περιτομὴ καρδίας ἐν πνεύματι, οὐ γράμματι, οὗ ὁ ἔπαινος οὐκ ἐξ ἀνθρώπων, ἀλλ' ἐκ Θεοῦ. » Ὅσοι τοιγαροῦν τὴν ἐν πνεύματι περιτομὴν διὰ Χριστοῦ πεπλουτήκαμεν, κλῆρος αὐτοῦ γεγόναμεν « ἐπὶ τὴν γῆν τὴν ἁγίαν, » ἵνα τὴν ἄνω νοῶμεν πόλιν, τὴν νοητὴν Ἱερουσαλήμ, ἧς τεχνίτης καὶ δημιουργὸς ὁ Θεὸς, ὁ φιλητήν τε αὐτὴν καὶ αἱρετὴν ποιούμενος. « Αἱρετιεῖ γὰρ, φησὶν, ἔτι τὴν Ἱερουσαλήμ. » Οὐκ ἀπίθανον δὲ πάλιν εἶπερ ἔλοιτό τις Ἱερουσαλὴμ οἴεσθαι καὶ νῦν ὠνομᾶσθαι τὴν Ἐκκλησίαν, ἣν καὶ Θεοῦ πόλιν ἀποκαλεῖ, λέγων ὁ θεσπέσιος Δαβίδ· « Καθάπερ ἠκούσαμεν, οὕτω καὶ εἴδομεν ἐν πόλει Κυρίου τῶν δυνάμεων, ἐν πόλει τοῦ Θεοῦ ἡμῶν. »

igitur circumcisionem in spiritu per Christum ut divitias acquisivimus, possessio ejus facti sumus « super terram sanctam, » ut superam civitatem meditemur, Jerusalem, quæ animo videtur, cujus et conditor Deus [61], qui ipsam amabilem et optabilem facit. « Eliget enim adhuc Jerusalem, » inquit. Non est insuper improbabile, si quis existimare volet, Jerusalem et nunc vocatam esse Ecclesiam, quam et Dei civitatem divinus David nominat, cum ait : « Sicut audivimus, ita et vidimus, in civitate Domini virtutum, in civitate Dei nostri [62]. »

*Εὐλαβείσθω πᾶσα σὰρξ ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ, διότι ἐγήγερται ἐκ νεφελῶν ἁγίων αὐτοῦ.*

Vers. 13. *Timeat omnis caro a facie ejus, quia excitatus est e nubibus sanctis suis.*

ΙϚ'. Ἐπιφώνημα μὲν τοῦτο καλὸν καὶ ἐπωφελὲς, καὶ πρόσκλησις ἀγαθὴ, τοῖς ἐθέλουσιν εὐδοκιμεῖν, εἴτε παρ' αὐτοῦ γέγονε τοῦ Θεοῦ, εἴτε μὴν ἐκ προσώπου τοῦ προφητικοῦ. Πλὴν ἐκεῖνο περιαθρητέον. Ὡς γὰρ πάντη τε καὶ πάντως ἀπολουμένων οἵπερ ἂν αὐτῷ μὴ πιστεύσειαν, εὐλαβεῖσθαι προστέταχε· τοῦτο καὶ αὐτὸς ὁ Χριστὸς τὴν εἰς αὐτὸν πίστιν οὐ προσιεμένοις ἐπιφώνει τοῖς ἐξ Ἰσραήλ· « Ἀμὴν, ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἐὰν μὴ πιστεύσητε ὅτι ἐγώ εἰμι, ἐν ταῖς ἁμαρτίαις ὑμῶν ἀποθανεῖσθε· » καὶ πάλιν, « Ὁ πιστεύων εἰς τὸν Υἱὸν, οὐ κρίνεται, ὁ δὲ μὴ πιστεύων, ἤδη κέκριται, ὅτι μὴ πεπίστευκεν εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ. » Ταύτῃτοι καὶ λίθος προσκόμματος, καὶ πέτρα σκανδάλου κατωνόμασται Χριστός. Ὥσπερ γάρ ἐστιν ὁμολογουμένως καλὸν καὶ σωτήριον τὸ πίστει στεφανοῦν αὐτὸν, οὕτω καὶ ὀλέθρου πρόξενον, τὸ μὴ εὐλαβεῖσθαι τὸν δι' ἡμᾶς ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς γεγονότα, καὶ οὐχ ἑτέρου του χάριν, ἢ ἵνα σώσῃ τὸ ἀπολωλός. Ἐγηγέρθαι δὲ ἐκ νεφελῶν ἁγίων αὐτὸν νομιοῦμεν πάλιν, ὡς ἐξ ἡρεμίας τῆς πάλαι καὶ αἰωπῆς ἀφιγμένον εἰς κίνησιν τῆς ἐν ἡμῖν φροντίδος, γεγονότα γε μὴν ἐκ σπέρματος ἁγίων Ἀβραὰμ, Ἰσαὰκ, Ἰεσσαὶ, καὶ Δαβὶδ, ἐκ τῶν σὺν ἐκείνοις γενεαλογουμένων, οὓς καὶ νεφέλας ἀποκαλεῖ, διά τοι τὸ ὑψοῦ φέρεσθαι τῶν ἁγίων τὸν νοῦν, καὶ παραιτεῖσθαι μὲν τὰ ἐπὶ τῆς γῆς καὶ φρόνημα τὸ κατερρίμμενον, ζητεῖ[ν] δὲ μᾶλλον τὰ ἄνω καὶ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, καὶ μὴν καὶ τὸ ἐν τάξει νεφῶν, τοῖς νοητοῖς ὑετοῖς κατάρδειν ἑτέρους. Ὅτι δὲ τὴν ἀνάστασιν ἐννοεῖ, πληροφορήσει πάλιν αὐτὸς ὁ Σωτὴρ, διὰ τῆς τοῦ Ψάλλοντος φωνῆς οὕτω λέγων· « Ἕνεκεν τῆς ταλαιπωρίας τῶν πτωχῶν καὶ τοῦ στεναγμοῦ τῶν πενήτων νῦν ἀναστήσομαι. » Ἐγήγερται τοίνυν, τουτέστι, κεκίνηται λοιπὸν εἰς ἐπικουρίαν τοῖς ἐπὶ τῆς γῆς πεπραχόσιν ἀθλίως. Αὐτὸς δὲ ἡ τῶν κακῶν ἁπάντων λύσις, καὶ τῆς ἀρχαίας ἀρᾶς τὸ πέρας, καὶ ἀρχὴ τοῦ παντὸς ἀγαθοῦ, καὶ δοτὴρ ἐλπίδος τῆς εἰς αἰῶνα τὸν μέλλοντα.

XVI. Pulchrum hoc, et utile epiphonema, et cohortatio bona volentibus bene audire, sive a Deo est, sive ex persona prophetæ. Verumtamen illud considerandum diligenter. Timere enim jubet, quasi perditis penitus, quicunque ipsi non crediderint. Hoc et ipse Christus Israelitis fidem in ipsum non admittentibus minabatur, cum diceret : « Amen dico vobis, nisi crediderit quia ego sum, moriemini in peccatis vestris [63]; » et iterum : « Qui credit in Filium, non judicatur; qui autem non credit, jam judicatus est, quia non credidit in nomine 672 Filii Dei [64]. » Idcirco et lapis offensionis et petra scandali dictus est Christus [65]. Quemadmodum enim citra dubitationem cujusdam laudabile et salutare est fide ipsum honorare, ita et exitiosum non timere, qui propter nos nostra suscepit, nec alia de causa quam ut salvaret quod perierat [66]. Excitatum autem ipsum ex nubibus sanctis suis præterea putabimus, ut qui ex antiqua quiete et silentio ad motum sollicitudinis circa nos venerit, natum ex semine sanctorum Abraham, Isaac, Jesse, et David, et aliorum qui in ordine generationis deinceps recensentur, quos et nubes appellat, quod sanctorum mens sublime feratur, et terrena cogitataque humilia repudiet, et superna potius ac cœlestia quærat : quinetiam, more nubium, pluviis quæ intelliguntur nec apparent, alios irriget. Quod autem exsurrectionem intelligat, rursum Salvator ipse testificatur, voce Psalmographi ita loquens : « Propter miseriam inopum et gemitum pauperum, nunc exsurgam [67]. » Excitatus est igitur, hoc est motus est de cætero ad ferendam opem miseris et afflictis super terram. Ipse autem malorum omnium est solutio, et veteris maledicti finis, et principium omnis boni, et largitor spei vitæ sempiternæ.

## ΚΕΦΑΛ. Γ'.

## CAP. III.

*Καὶ ἔδειξέ μοι Κύριος Ἰησοῦν τὸν ἱερέα τὸν μέγαν ἑστῶτα πρὸ προσώπου ἀγγέλου Κυρίου.*

Vers. 1, 2. *Et ostendit mihi Dominus Jesum sacerdotem magnum stantem ante faciem angeli Domini.*

[61] Hebr. xi, 10. [62] Psal. xlvii, 9. [63] Joan. viii, 24. [64] Joan. iii, 18. [65] I Petr. ii, 8. [66] Matth. xviii, 11. [67] Psal. xi, 6.



Digitized by Google

*Et diabolus stabat a dextris ejus, ut adversaretur ei. Et dixit Dominus ad diabolum : Increpet Dominus in te, diabole, et increpet in te qui elegit Jerusalem. Nonne ecce hoc ut torris extractus ex igne?*

A Καὶ ὁ διάβολος εἱστήκει ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ, τοῦ ἀντικεῖσθαι αὐτῷ. Καὶ εἶπε πρὸς τὸν διάβολον· Ἐπιτιμήσαι Κύριος ἐν σοὶ, διάβολε, καὶ ἐπιτιμήσαι ἐν σοὶ ὁ ἐκλεξάμενος τὴν Ἱερουσαλήμ. Οὐκ ἰδοὺ τοῦτο ὡς δαλὸς ἐξεσπασμένος ἐκ πυρός ;

XVII. Narratio visionem continet, verumtamen sensum habet historicum, sub ænigmate se insinuantem et ut imagine iterum Jesum describentem. Tenendum porro, prophetam visione jam re perfecta et ad exitum deducta verba facere. Est autem nequaquam fabulosus sermo, neque ab instituto alienus, neque otiosas narrationes acervat: verum, ut dixi, principio antequam evenirent, ista vidit, et annuntiare magnum operæ pretium ducit, dum ita erudiat et tutum reddat Israelem, ne similibus B sese delictis iterum involvat, iterumque captivus fiat, sciens se salvatum cum labore, et liberationem quoque ipsi opus erat gratiam **673** propemodum vel ipsis in cœlo angelis curæ ac sollicitudini fuisse. Ait ergo se vidisse stantem angelum, et coram eo Jesum filium Josedec sacerdotem magnum. Et angelus quidem typum et imaginem Christi gerebat : sacerdos autem totius populi personam sustinuisse potest intelligi : sic enim divina Scriptura eum accipit. Quare alicubi ad Mosen dicit Deus : « Et ecce ego accepi Levitas pro omnibus filiis Israel, dono dati sunt mihi [68]. » Quocirca nihil adversus decorum peccat oratio, pro omni populo sacerdotem accipiens. Postquam enim Israel, cultis idolis spretisque legibus per Mosen latis, abjectus est a facie C Dei, postmodum justa in eum ira expleta, misericordia a Deo est affectus, et denuo ad conspectum ejus revocatus. Et hoc, opinor, est, sub quodam integumento verborum, stare sacerdotem ante faciem angeli Domini. In ira quippe aversatur, et oculos removet a contemptoribus : contra miserans intuetur et respicit. Hinc et divinus Psaltes orabat ita : « Ne avertas faciem tuam a me, et ne declines in ira a servo tuo [69]. » Et iterum : « Respice in me, et miserere mei [70]. » Cæterum natura benignus et misericors Deus Israelem a peccato liberabat. Qui autem in illud induxerat Satanas stabat, nihilominus adversans, et se opponens illi, et deserens illum insuper, et, quod quidem ad arbitrium ac voluntatem ipsius attinebat, misericordiam, ut peccatis obnoxio et impietatis criminibus irretito et nullius frugis tribui non sinens. « Stabat enim, inquit, ac dextris ejus, » quodam modo dextera destruens : non enim sinistras res nostras, sed dextras et laudabiles oppugnat. Hoc contigisse cuidam in Christum impiorum beatus David sentiebat dicens : « Diabolus stet a dextris ejus [71]. » Adversabatur ergo Satanas : sed angeli voce increpabatur. Audivit enim dicentem : « Increpet Dominus in te, diabole, et increpet Dominus in te, qui elegit Jerusalem. » Considera enim quomodo illico Deo infestum et supernis calculis

IZ'. Ὅρασις μὲν τὸ διήγημα, πλὴν ἔχει λόγον ἱστορικὸν, αἰνιγματωδῶς εἰσβάλλοντα, καὶ ὡς ἐν εἰκόνι πάλιν τῷ Ἰησοῦ προσδιαγραφόμενον. Ἰστέον δὲ, ὅτι τῶν ἐν ταῖς ὁράσεσιν εἰς πέρας ἐκβεβηκότων, τοὺς περὶ αὐτῶν ὁ προφήτης ποιεῖται λόγους. Εἰκαιομυθὴς δὲ οὐδαμῶς, οὐδὲ μὴν κατόπιν τῶν ἐπιτηδευμάτων ἔρχεται, καὶ περιττῶν ἡμῖν διηγημάτων σωρεύει ὄγκον· ἀλλ', ὡς ἔφην, ἐν ἀρχαῖς πρὸ τῶν πραγμάτων τεθέαται ταῦτα, καὶ ἀπαγγέλλειν ποιεῖται περὶ πολλοῦ, σοφόν τε καὶ ἀσφαλῆ καθιστὰς τὸν Ἰσραὴλ, ἵνα μὴ τοῖς ἴσοις πταίσμασι περιπεσὼν, ἀλοίη καὶ δεύτερον, εἰδὼς, ὅτι σέσωσται μετὰ πόνου, καὶ μονονουχὶ φροντὶς γέγονε καὶ τοῖς ἐν οὐρανῷ ἀγγέλοις ἡ ἐπ' αὐτῷ λύτρωσίς τε καὶ χάρις. Ἔφη τοίνυν, ὅτι τεθέαται μὲν ἑστῶτα τὸν ἄγγελον, πρὸ προσώπου δὲ αὐτοῦ τὸν Ἰησοῦν τὸν Ἰωσεδὲκ, τὸν ἱερέα τὸν μέγαν. Καὶ ὁ μὲν ἄγγελος εἰς εἰκόνα καὶ τύπον εἱστήκει Χριστοῦ· ὁ δέ γε ἱερεὺς νοηθείη ἂν ἀντὶ παντὸς τοῦ λαοῦ· λαμβάνεται γὰρ οὕτω παρὰ ταῖς θείαις Γραφαῖς. Καὶ γοῦν ἔφη που πρὸς Μωσέα Θεός· « Καὶ ἰδοὺ ἐγὼ εἴληφα τοὺς Λευΐτας ἀντὶ πάντων τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ, δόμα δεδομένοι εἰσί μοι. » Ἔρχεται δὴ οὖν ὁ λόγος ἡμῖν οὐκ ἀπὸ σκοποῦ τοῦ πρέποντος, ἀντὶ παντὸς τοῦ λαοῦ τὸν ἱερέα δεχομένοις. Ἐπειδὴ γὰρ γέγονεν ὁ Ἰσραὴλ ἐκ προσώπου Θεοῦ, λελατρευκὼς εἰδώλοις, καὶ αὐτὸν δὲ τὸν διὰ Μωσέως ἀτιμήσας νόμον, εἶτα πληρωθείσης τῆς ἐπ' αὐτῷ δικαίας ὀργῆς, ἐκλήθη παρὰ Θεοῦ, κέκληταί τε πάλιν εἰς ὄψιν αὐτοῦ. Καὶ τοῦτο, οἶμαι, ἐστὶν αἰνιγματωδῶς τὸ ἑστάναι τὸν ἱερέα πρὸ προσώπου ἀγγέλου Κυρίου. Ἐν ὀργῇ μὲν γὰρ ἀποστρέφεται, καὶ ἀποκομίζει τοὺς ὀφθαλμοὺς τῶν εἰωθότων καταφρονεῖν· οἰκτείρων γε μὴν ἐφορᾷ καὶ ἐπισκέπτεται. Καὶ γοῦν ὁ θεσπέσιος Ψαλμῳδὸς προσηύχετο, λέγων· « Μὴ ἀποστρέψῃς τὸ πρόσωπόν σου ἀπ' ἐμοῦ, καὶ μὴ ἐκκλίνῃς ἐν ὀργῇ ἀπὸ τοῦ δούλου σου. » Καὶ πάλιν· « Ἐπίβλεψον ἐπ' ἐμὲ, καὶ ἐλέησόν με. » Ἀλλ' ὁ μὲν φύσει χρηστὸς καὶ φιλοικτίρμων Θεὸς ἠλευθέρου τῆς ἁμαρτίας τὸν Ἰσραήλ. Ὁ δέ γε εἰς ταύτην ἐμβεβληκὼς Σατανᾶς, εἱστήκει πάλιν ἀντικείμενός τε καὶ ἀντεξάγων αὐτῷ, καὶ καταγορεύων ἔτι, καὶ ὅσον ἦκεν εἰπεῖν εἰς τὸ αὐτῷ δοκοῦν, κατοικτείρεσθαι μὴ ἀφιείς, ὡς ἐν πλημμελ[ε]ίαις ὄντα, καὶ τοῖς τῆς δυσσεβείας ἐγκλήμασιν ἐνεχόμενον, καὶ οὐδὲν ἔχοντα δεξιόν. Εἱστήκει γὰρ, φησὶν, ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ, τρόπον τινὰ παραλύων τὰ δεξιά· πολεμεῖ γὰρ οὐχὶ τοῖς σκαιοῖς ἡμῶν πράγμασιν, ἀλλὰ τοῖς δεξιοῖς καὶ ἐπαινουμένοις. Τ[οι]οῦτό τι παθεῖν ἐπηρᾶτό τινα τῶν εἰς Χριστὸν δεδυσσεβηκότων ὁ μακάριος Δαβὶδ, λέγων· « Καὶ διάβολος στήτω ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ. » Ἀντέκειτο τοίνυν ὁ Σατανᾶς, πλὴν ἐπετιμᾶτο διὰ φωνῆς

[68] Num. III, 9, 10. [69] Psal. XXVI, 9. [70] Psal. XXIV, 16. [71] Psal. CVIII, 6.

Digitized by Google

ἀγγέλου. Ἤκουε γὰρ λέγοντος· « Ἐπιτιμήσαι Κύριος ἐν σοὶ, διάβολε, καὶ ἐπιτιμήσαι Κύριος ἐν σοὶ, ὁ ἐκλεξάμενος τὴν Ἰερουσαλήμ. » Ἄθρει γὰρ, ὅπως θερμάχον ἔδειξεν εὐθὺς, καὶ ταῖς ἄνωθεν ψήφοις ἀνοσίως ἀντιπράττοντα. Θεοῦ γὰρ οἰκτείροντος καὶ ἀπαλλάττοντος ἤδη πλημμελείας τὸν Ἰσραὴλ, εἰσδεξαμένου τε καὶ ἀπόλεκτον ἤδη ποιουμένου τὴν Ἰερουσαλὴμ, κατηγορῶν οὐ παύεται, καὶ κατακρίνειν ἀποτολμᾷ τοὺς ἠλεημένους. Οὐκοῦν ἀκόρεστον εἰς ὀργὰς διελέγχει δὴ λέγων· « Οὐκ ἰδοὺ τοῦτο ὡς δαλὸς ἐξεσπασμένος ἐκ πυρός; » Ὅμοιον γὰρ ὡς εἰ λέγοι τυχόν· Πεπλημμέληκεν ὁμολογουμένως ὁ Ἰσραὴλ, καὶ ταῖς σαῖς φιλοψογίαις ἐπεσχημένος ὁρᾶται. Πλὴν ἐκτέτικε δίκας· οὐ μετρίως, ἀνέτλη τὰς συμφορὰς, καὶ ἐξεσπάσθη μόλις, ὡς ἐκ πυρὸς δαλὸς ἡμίφλεκτος· οὕτω γὰρ τὰ ἐκ τῆς αἰχμαλωσίας ἀπεικονίσατο βλάβη. Ἄρτι καὶ μόλις τῆς ἀνηκέστου ταλαιπωρίας διέδρα τὴν φλόγα. Παῦσαι δὴ οὖν ἐγκαλῶν τοῖς ἠλεημένοις· « Θεὸς γὰρ ὁ δικαιῶν, τίς ὁ κατακρίνων; »

A impie obsistentem ostenderit. Deo siquidem miserante et Israelem jam peccatis exsolvente, eligenteque et electam reddente Jerusalem, accusare **674** non cessat, et misericordiam adeptos damnare audet. Quare ejus inexplebilem iram redarguit, inquiens: « Nonne ecce hoc ut torris extractus ex igne? » Perinde est enim ac si dicat fortasse: Peccavit Israel manifesto, et tuis criminationibus teneri videtur. Attamen non mediocriter punitus est, calamitates sustinuit, et vix ut torris semiustus ab igne extractus est: sic enim captivitatis detrimentorum et incommodorum quasi imaginem effinxit. Modo, et ægre quidem gravissimæ ærumnæ flammam effugit. Desine igitur misericordia dignatos accusare: « Deus enim si justificat, quis est qui condemnet[72]? »

B

Καὶ *Ἰησοῦς ἦν ἐνδεδυμένος ἱμάτια ῥυπαρὰ, καὶ εἱστήκει πρὸ προσώπου τοῦ ἀγγέλου τοῦ Κυρίου. Καὶ ἀπεκρίθη, καὶ εἶπε πρὸς τοὺς ἑστηκότας πρὸ προσώπου αὐτοῦ, λέγων· Ἀφέλετε τὰ ἱμάτια τὰ ῥυπαρὰ ἀπ' αὐτοῦ. Καὶ εἶπε πρὸς αὐτόν· Ἰδοὺ ἀφῄρηκα τὰς ἀνομίας σου. Καὶ ἐνδύσατε αὐτὸν ποδήρη, καὶ ἐπίθετε κίδαριν καθαρὰν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ.*

VERS. 3-5. *Et Jesus erat indutus vestibus sordidis, et stabat ante faciem angeli Domini. Et respondit (angelus) et dixit ad eos qui stabant ante faciem suam, dicens: Auferte vestimenta sordida ab eo. Et dixit ad eum: Ecce abstuli iniquitates tuas. Et induite eum veste talari, et imponite cidarim mundam super caput ejus.*

ΙΗ'. Παραδεχθέντος ἅπαξ εἰς τὸ παντὸς τοῦ λαοῦ πρόσωπον τοῦ λαχόντος ἱερουργεῖν, ἀπόχρη λοιπὸν, καθάπερ ἐγῷμαι, τοσοῦτον εἰπεῖν, ὅτι τὰ ῥυπαρὰ σύμβολον ἂν εἶεν οὐκ ἀσυμφανὲς τῆς ἀκαθαρσίας τοῦ λαοῦ. Κατημφιεσμένοι γὰρ ὥσπερ ταῖς σφῶν αὐτῶν ἁμαρτίαις, καὶ δυσαπόνιπτον ἔχοντες τῆς ἀσεβείας τὸν μῶμον, διετέλουν ἐν αἰχμαλωσίᾳ, ποιναῖς ὑπενηνεγμένοι, καὶ τῶν ἀνοσίως αὐτοῖς πεπλημμελημένων ἀποτινύντες δίκας. Ἐπειδὴ δὲ κατηλέει Θεὸς, ἀπαλλάττεσθαι τῆς ἁμαρτίας προστέταχεν, ἐλευθεροῦσθαι τῶν ῥυπαρῶν, καὶ μεταμφιέννυσθαι τρόπον τινὰ τὴν δικαιοῦσαν χάριν. Κατανεύει δὲ αὐτοῖς τοῦ πόνου τὸ πέρας, καὶ τῶν συμβεβηκότων τὴν λύσιν. Ὅπου γὰρ ἁμαρτίας ἄφεσις, ἕψεταί που καὶ τὸ ἀπαλλάττεσθαι δεῖν τῶν δι' αὐτὴν ἐπενηνεγμένων. Οὐκοῦν ἐν σχήματι Θεοῦ τοῖς ἑστηκόσι καὶ λειτουργοῦσιν αὐτῷ προστέταχεν ὁ μακάριος ἄγγελος ἀφελεῖν ἀπ' αὐτοῦ τὴν ῥυπῶσαν ἐσθῆτα, καὶ δὴ καί φησιν· « Ἰδοὺ ἀφῄρηκα τὰς ἀνομίας σου. » Εἶτα δεῖν ἔφη ποδήρη τε αὐτῷ καὶ κίδαριν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν δοθῆναι καθαρὰν, ἵνα διὰ τούτου νενομισμένως ἀεί πως συντρέχῃ ταῖς τῶν λαῶν καταστάσεσι, καὶ τῆς ἱερωσύνης δόξα. Καύχημα μὲν γὰρ τοῖς ἱερουργοῖς, ἡ τῶν ὑπὸ χεῖρα καθαρότης, καὶ ἐν λαμπροῖς αὐχήμασι τὸ τῆς ἱερωσύνης ἔχουσιν εὐκλεὲς, εὐδοκιμοῦντος τοῦ λαοῦ, καὶ ἀμωμήτως ἰόντος ἐπὶ τὸ Θεῷ δοκοῦν, καὶ τρυφερὸν ὑποφέροντος τὸν αὐχένα τοῖς παρ' αὐτοῦ θεσπίσμασι, ταύτητοι καὶ εὐμενῆ καὶ φίλον ἔχοντος τὸν Πατέρα Θεόν. Ἐπίκλημα δὲ καὶ μῶμος, τῶν ὑπεζευγμένων ἡ ῥαθυμία, καὶ τὸ ἀπερισκέπτως ἔσεσθαι πρὸς τὸ πλημμελές. Ὥσπερ γὰρ ἐν ἁμαρτίαις

XVIII. Assumpto semel sacerdote ad totius populi personam repræsentandam, satis est, ut existimo, deinceps hoc tantum dicere, sordida vestimenta symbolum sive indicium esse posse haud ambiguum immunditiæ populi. Quasi enim peccatis suis convestiti et impietatis maculas vix eluendas habentes, C captivitatem tolerabant, miseriis subjecti et nefarie commissorum pœnas luentes. Postquam autem misertus est Deus, a peccato liberos esse mandavit, et exui sordidis et indui aliquo modo justificante gratia. Innuit autem porro ipsis laborum et casuum finem. Ubi namque remittitur peccatum, illic etiam sequitur necessario malorum propter peccatum inflictorum depulsio. Quare nomine Dei astantibus et ministrantibus ipsi mandat beatus angelus auferre inquinatam vestem, additque: « Ecce abstuli iniquitates tuas. » Deinde ait cooperiendum veste talari, et cidarim mundam imponendam super caput ejus, ut ita legitime cum statu populi sacerdotii gloria semper conspiret. Gloriatio quippe sacerdotum est subjectorum puritas, et innocentia, **675** et honorem D sacerdotii sui splendido sibi ornamento ducunt, cum populus fertur laudibus, citraque reprehensionem ad Dei voluntatem sese accommodat, delicatasque cervices ejus oraculis submittit, atque ob eam causam Deum Patrem amicum sibi ac benevolum habet. Contra vituperatio et ignominia illorum est subjectorum socordia, et cæci impetus ad peccandum. Ut enim populo peccatis obstricto sordida quodammodo erant et sacerdotis vestimenta, sic ubi rursum probari consueverit, purum erit et conspicuum sa-

[72] Rom. VIII, 34.

Digitized by Google

cerdotii munus, multamque apud Deum fiduciam obtinebit. Quamobrem divinus Paulus, gentibus Christi sacro Evangelio ministrato, cum ex incrementis ad virtutem eos inclarescere et ei firma fide inhærere cerneret, ita scribit: « Propter gloriationem vestram, fratres, quam habemus in Domino Jesu [73]. » Et rursum: « Gaudium et corona mea vos estis [74]. »

VERS. 6, 7. *Et angelus stabat. Et contestatus est angelus Domini ad Jesum, dicens: Hæc dicit Dominus omnipotens: Si in viis meis ambulaveris, et præcepta mea custodiveris, et tu dijudicabis domum meam, et custodies atrium meum, et dabo tibi conversantes in medio stantium istorum.*

XIX. In Jesu magno sacerdote Christum omnium Salvatorem descriptum accipimus, cujus item personam ut gereret, a principio Aaron sacerdos institutus est. Hoc autem in loco ad ipsum filium Josedec dictum asserimus: « Hæc dicit Dominus omnipotens: Si in viis meis ambulaveris, et præcepta mea custodiveris, et tu dijudicabis domum meam, » et quæ sequuntur. Non enim talia Christo dici queunt: qui est via, justificatio Dei, et Patris sui domum ipse dijudicavit, ut Filius potestatem exercens. Erat enim Moses fidelis famulus in omni domo Dei: at Christus ut Filius super domum ejus, cujus domus nos sumus [75]. Ergo ad filium Josedec ista dicta sunto, ad Christum minime. Pollicetur autem Deus sacerdotium retenturum etiam post tempora captivitatis, ut sacerdotes præsint Israeli, et sanctam illam civitatem moderentur. Quoniam enim, captivitate inducta, et sanctis concrematis et sacrificiis sublatis, arbitrabantur nonnulli Mosaica funditus abolenda, **676** et legem nihil amplius valituram, quamquam nondum præsente illo tempore quo Unigenitum natum hominem apparere oportebat, idcirco Deus docens Israelem sub antiquis moribus futurum et sub imperio sacerdotum ætatem habiturum, haud secus quam ante captivitatem necessario affirmat, si legem sincere custodierit, ipsum rursum domum ejus dijudicaturum, et prima gloria potiturum, eum in sacro ministerio etiam sanctis angelis adjuvantibus. Non enim dici potest veterem legem virtutibus intelligentibus destitutam fuisse. Si enim legalia illa typi et umbræ erant, ergo ad Dei gloriam peragebantur. Hoc opinor sibi velle: « Dabo tibi conversantes in medio stantium horum, » hoc est, propemodum una sacrificantes et sacris officiis simul fungentes angelos. Perpende porro quomodo ubique sacra Scriptura angelos stare pronuntiet, stationis vocabulo significans eos ignaviæ non succumbere, sed mentem velut erectam, et in-

δντος τοῦ λαοῦ, ῥυπαρά πως ἦν καὶ τὰ τοῦ ἱερέως ἐσθήματα· οὕτως εἰωθότος πάλιν εὐδοκιμεῖν, καθαρὸν ἔσται καὶ διαφανὲς τῆς ἱερωσύνης τὸ χρῆμα (1), καὶ ἐν πολλῇ παῤῥησίᾳ τῇ παρὰ Θεῷ. Καὶ γοῦν ὁ θεσπέσιος Παῦλος ἱερουργήσας τοῖς ἔθνεσι τὸ Εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ, καὶ ταῖς εἰς τὸ ἄμεινον ἐπιδόσεσιν εὐδοκιμοῦντας βλέπων, καὶ βεβαίαν ἔχοντας τὴν ἐπ' αὐτῷ πίστιν, ἐπιστέλλει λέγων· « Νὴ τὴν ἡμετέραν καύχησιν, ἀδελφοί, ἣν ἔχομεν ἐν Κυρίῳ Ἰησοῦ. » Καὶ πάλιν· « Χαρὰ καὶ στέφανός μου ὑμεῖς ἐστε. »

*Καὶ ὁ ἄγγελος εἱστήκει. Καὶ διεμαρτύρατο ὁ ἄγγελος Κυρίου πρὸς Ἰησοῦν, λέγων· Τάδε λέγει Κύριος παντοκράτωρ· Ἐὰν ἐν ταῖς ὁδοῖς μου πορεύῃ, καὶ ἐν τοῖς προστάγμασί μου φυλάξῃ, καὶ σὺ διακρινεῖς τὸν οἶκόν μου, καὶ φυλάξεις τὴν* B *αὐλήν μου, καὶ δώσω σοι ἀναστρεφομένους ἐν μέσῳ τῶν ἑστηκότων τούτων.*

ΙΘ'. Εἰς ὑποτύπωσιν μὲν τοῦ πάντων Σωτῆρος Χριστοῦ παρεδεξάμεθα τὸν Ἰησοῦν τὸν ἱερέα τὸν μέγαν· τέθειτο γὰρ εἰς τοῦτο καὶ Ἀαρὼν ἐν ἀρχαῖς. Πλὴν ἔν γε τοῖς προκειμένοις πρὸς αὐτὸν εἰρῆσθαί φαμεν τὸν Ἰωσεδὲκ τὸ, « Τάδε λέγει Κύριος παντοκράτωρ· « Ἐὰν ἐν ταῖς ὁδοῖς μου πορεύῃ, καὶ ἐν τοῖς προστάγμασί μου φυλάσσῃ, καὶ σὺ διακρινεῖς τὸν οἶκόν μου, » καὶ τὰ τούτοις ἑπόμενα. Οὐ γὰρ ἂν εἴρητο τὰ τοιάδε Χριστῷ· αὐτὸς γάρ ἐστιν ἡ ὁδὸς, αὐτὸς τὸ δικαίωμα τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, αὐτὸς διέκρινε τὸν οἶκον αὐτοῦ, κατεξουσιάζων ὡς Υἱός. Ἦν μὲν γὰρ ὁ θεσπέσιος Μωσῆς πιστὸς θεράπων ἐν ὅλῳ C τῷ οἴκῳ τοῦ Θεοῦ· Χριστὸς δὲ ὡς Υἱὸς ἐπὶ τὸν οἶκον αὐτοῦ, οὗ οἶκός ἐσμεν ἡμεῖς. Οὐκοῦν εἰρήσθω μὲν πρὸς τὸν τοῦ Ἰωσεδὲκ τὰ τοιάδε, πρὸς δέ γε Χριστὸν οὐκέτι. Ἐπηγγέλλετο δὲ Θεὸς, τὴν κατὰ νόμον ἱερωσύνην κρατήσειν ἔτι καὶ μετά γε τοὺς τῆς αἰχμαλωσίας καιροὺς, ὥστε τοὺς ἱερατεύοντας κατάρχειν τοῦ Ἰσραὴλ, καὶ τὴν ἁγίαν διέπειν πόλιν ἐκείνην. Ἐπειδὴ γὰρ συμβάσης τῆς αἰχμαλωσίας, καὶ τῶν ἁγίων ἐμπεπρησμένων, καὶ θυσίας οὐκέτι προσκεκομισμένης, ᾤοντό τινες πρὸς ἀνατροπὴν οἰκήσεσθαι παντελῆ τὰ Μωσέως, καὶ ἀπρακτήσειν τὸν νόμον, καίτοι μήπω παρόντος τοῦ καιροῦ, καθ' ὃν ἀναδείκνυσθαι ἐχρῆν ἐνηνθρωπηκότα τὸν Μονογενῆ· ταύτῃτοι Θεὸς ἀναπείθων, ὅτι τοῖς ἀρχαίοις ἔθεσιν ὑποκείσεται πάλιν ὁ Ἰσραὴλ, καὶ ὑπὸ χεῖρα πράξει τῶν D ἱερέων, καθὰ καὶ πρὸ τῆς αἰχμαλωσίας, ἀναγκαίως φησὶν, ὡς εἰ γένοιτο γνήσιος νομοφύλαξ ὁ Ἰησοῦς, αὐτὸς πάλιν διακρινεῖ τὸν οἶκον αὐτοῦ, καὶ ἐν δόξῃ κείσεται τῇ πρώτῃ, συλλειτουργούντων αὐτῷ καὶ ἁγίων ἀγγέλων. Οὐ γάρ πού φαμεν, ὡς ἔρημος ἦν δυνάμεων λογικῶν ὁ πάλαι νόμος. Εἰ γὰρ καὶ ἦν ἐν τύποις καὶ σκιαῖς τὰ ἐν νόμῳ, ἀλλ' οὖν εἰς δόξαν ἐτελεῖτο Θεοῦ. Τοῦτο οἶμαι δηλοῦν τὸ, « Δώσω σοι ἀναστρεφομένους ἐν μέσῳ τῶν ἑστηκότων τούτων, » τουτέστι, μονονουχὶ συνιερατεύοντας καὶ συλλειτουργοῦντας ἀγγέλους. Ἄθρει δὲ ὅπως πανταχοῦ τοὺς

[73] Rom. xv, 17. [74] Philipp. iv, 9. [75] Hebr. iii, 2-6.

(1) Combefisius (*Monum. E. G.* II, 646) legit σχῆμα, *habitus*. EDIT.

Digitized by Google

ἁγίους ἀγγέλους ἑστάναι φησὶ τὸ Γράμμα τὸ ἱερὸν, τῷ τῆς στάσεως ὀνόματι καταδηλοῦν τὸ μὴ ὀκλάζειν αὐτοὺς εἰς τὸ ῥᾴθυμον, ἀλλ' οἷον ὀρθὴν ἀεὶ καὶ ἀσθενῆ οὐκ ἀνεχομένην τὴν διάνοιαν ἔχειν, ἑστῶσάν τε μετὰ Θεοῦ. Οὕτω καὶ ἐν τῷ Ἰεζεκιὴλ γεγραμμένον εὑρήσομεν περὶ τῶν Χερουβὶμ, ὅτι « Τὰ σκέλη αὐτῶν ὀρθά. » Κάμπτεται μὲν γὰρ, καὶ λίαν εὐκόλως, ἡ ἀνθρώπου διάνοια, καὶ ἔστιν εὐπετὴς εἰς γε τὸ θέλειν ἀῤῥωστῆσαι τὸ ῥᾴθυμον. Ἔστηκε δὲ ὥσπερ τῶν ἄνω πνευμάτων ἡ ἁγία πληθύς. Ταύτητοι καὶ πρὸς Σιὼν ἐλέγετο παρὰ Θεοῦ· « Στῆσον σεαυτὴν, Σιών. » Ἀνατίθει δὲ καὶ ὁ μακάριος Δαβὶδ τῷ Θεῷ τὰς χαριστηρίους ᾠδὰς, οὕτω λέγων· « Ἔστησεν ἐπὶ πέτραν τοὺς πόδας μου. » Τὸ γὰρ ἀκλινὲς ἐν τούτοις καὶ τὸ πεπηγὸς τῆς γνώμης, τῷ τῆς στάσεως ὀνόματι κατεσήμηνεν ὁ πνευματοφόρος.

firmitatis expertem, et cum Deo stantem retinere. Ita et in Ezechiele scriptum invenimus de Cherubim: « Et pedes eorum recti [76]. » Curvatur enim, et quidem perfacile, mens humana, et pigritia levi negotio corripitur. Supernorum autem spirituum sancta multitudo stat quodammodo. Quare et Sioni dictum est a Deo: « Fac ut stes, Sion. » Offert item beatus David Deo cantica gratiarum actoria, ita dicens: « Statuit supra petram pedes meos [77]. » Quibus verbis ille spiritu plenus immobilitatem animique firmitudinem expressit.

*Ἄκουε δὴ, Ἰησοῦ, ἱερεὺς ὁ μέγας, σὺ δὲ, καὶ οἱ πλησίον σου, καὶ οἱ καθήμενοι πρὸ προσώπου σου, διότι ἄνδρες τερατοσκόποι εἰσὶ, διότι ἰδοὺ ἐγὼ ἄγω τὸν δοῦλόν μου, Ἀνατολὴ ὄνομα αὐτῷ. Διότι ὁ λίθος, ὃν δέδωκα πρὸ προσώπου Ἰησοῦ, ἐπὶ τὸν λίθον τὸν ἕνα, ἑπτὰ ὀφθαλμοί εἰσιν.*

VERS. *Audi igitur, Jesu, sacerdos magne, tu vero et proximi tui, et qui sedent ante faciem tuam, quia viri portentorum spectatores sunt, quia ecce ego adduco servum meum, Oriens nomen ipsi. Quia lapis quem dedi ante faciem Jesu, super lapidem unum, septem oculi sunt.*

Κ'. Διὰ τῶν ἀρτίως ἡμῖν εἰρημένων κατεπηγγέλλετο τῷ Ἰησοῦ, ἦγουν μᾶλλον, ὅπερ ἐστὶν ἀληθέστερον, τῇ κατὰ νόμον ἱερωσύνῃ, τὸ διακρίνειν τὸν οἶκον αὐτοῦ, καὶ κατάρχειν ἔτι λαοῦ, καὶ τῆς κατὰ νόμον λατρείας ἀποπεραίνειν τοὺς τύπους. Ἄθρει δέ μοι τὴν οἰκονομίαν, καὶ τῶν θείων διασκέψεων τὸ πολὺ λίαν εὐτεχνές· Ἔμελλε, καὶ οὐκ εἰς μακρὰν, μετατεθήσεσθαι τὰ ἐν νόμῳ πρὸς λατρείαν τὴν ἀληθινὴν, καὶ τῶν τύπων τὸ ἀκαλλὲς μεταχαράττεσθαί τε πρὸς ἀξιέραστόν τε καὶ πνευματικὴν πολιτείαν. Ἔμελλον ἀποσοβεῖσθαι τοῦ ἀμπελῶνος οἱ κυριοκτονήσαντες γεωργοὶ, καὶ ἐκδοθήσεσθαι τὸ χωρίον ἑτέροις, τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις δηλονότι καὶ εὐαγγελισταῖς, οἳ καρποφόρον αὐτὴ καὶ εὐανθὲς ἀποφαίνειν ἔμελλον, τῆς προὐργιαιτάτης ἀξιοῦντες φροντίδος. « Ἔμελλε βασιλεὺς δίκαιος βασιλεύειν, καὶ ἄρχοντες μετὰ κρίσεως ἄρχειν, » κατὰ τὴν τοῦ προφήτου φωνήν. Ἔμελλεν ἕτερος ἀνίστασθαι ἱερεὺς, οὐ κατὰ τὴν τάξιν Ἀαρὼν, ἀλλὰ « κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδὲκ, » τῶν ἁγίων λειτουργὸς, καὶ τῆς σκηνῆς τῆς ἀληθινῆς, ἣν ἔπηξεν ὁ Κύριος, καὶ οὐκ ἄνθρωπος. Εἰσῆλθε γὰρ εἰς τὰ Ἅγια τῶν ἁγίων ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, « Οὐ δι' αἵματος τράγων καὶ μόσχων, διὰ δὲ τοῦ ἰδίου αἵματος, αἰωνίαν λύτρωσιν εὑράμενος, καὶ μιᾷ προσφορᾷ τελειώσας εἰς τὸ διηνεκὲς, κατὰ συνείδησιν τοὺς ἁγιαζομένους. » Ἵνα τοίνυν μὴ ψευδοεπής τε καὶ εἰκαιόμυθος ἀναφαίνηται Θεὸς, ἀεὶ καὶ διηνεκῶς τῇ κατὰ νόμον ἱερωσύνῃ ὑπισχνούμενος ἐποπτήσειν τε καὶ διακρίνειν τὸν οἶκον αὐτοῦ, ἀναγκαίαν ποιεῖται τοῦ κατὰ Χριστὸν μυστηρίου τὴν προαγόρευσιν, ἐμφαίνων, ὅτι καταλήξει μὲν τὰ ἐν νόμῳ, διακρινεῖ δὲ αὐτὸς τὸν ἴδιον οἶκον διὰ τοῦ ἰδίου γεννήματος, τουτέστι, τοῦ Υἱοῦ. Ταύτητοι μονονουχὶ καὶ διαμαρτύρεται αὐτόν τε τὸν Ἰησοῦν, καὶ τοὺς πλησίον αὐτοῦ, καὶ τοὺς καθημένους πρὸ προσώπου αὐτοῦ, ἵνα Λευῖται νοῶμεν καὶ ἱερέας. Λειτ-

XX. Supra pollicebatur Jesu, imo certe, ut dicam verius, legali sacerdotio dijudicationem domus suæ, et principatum ultra in populum, et finitionem typorum, seu umbrarum cultus juxta legem recepti. Expende porro mihi œconomiam divinorumque consiliorum summam peritiam. Erant, nec multo post, ad cultum verum germanumque transferenda legalia, **677** typorumque ruditas in speciem amabilis et spiritualis politiæ immutanda. Erant abigendi a vinea agricolæ, Domini interfectores, et ager locandus aliis, sanctis apostolis videlicet et evangelistis, eum fructiferum et florentissimum utilissima sollicitudine sua reddituris [78]. « Erat rex justus regnaturus, et principes cum judicio imperaturi [79], » secundum vocem prophetæ. Surrecturus erat alius sacerdos, non secundum ordinem Aaron, sed « secundum ordinem Melchisedech [80], » sanctorum minister sacer, et tabernaculi veri, quod fixit Dominus, non homo [80*]. Intravit enim Sancta sanctorum Dominus noster Jesus Christus: « Non per sanguinem hircorum et vitulorum, sed per proprium sanguinem, æterna redemptione inventa, et una oblatione consummatis in perpetuum secundum conscientiam sanctificatis [81]. » Ne igitur falsa et inania locutus videatur Deus, legali sacerdotio pollicitus, ipsum semper atque in perpetuum domum suam inspecturum et judicaturum, mysterium Christi prænuntiare debuit, et ostendere desitura quidem legalia, se autem dijudicaturum domum suam per genitum ex sese, hoc est Filium. Quamobrem propemodum etiam contestatur et ipsum Jesum, et proximos ejus, et sedentes ante faciem ejus, puta Levitas et sacerdotes. Ordo enim Leviticus summo sacerdoti ministrans astabat: seniores autem sacerdotes, utillis superiores et sacratiores, juxta legem, concilii quoque honore condecorati sunt [82]. Portentorum porro spectatores illos

[76] Ezech. I, 7. [77] Psal. XXXIX, 3. [78] Matth. XXI, 33-39. [79] Isa. XXXII, 1. [80] Psal. CIX, 4. [80*] Hebr. VIII, 2. [81] Hebr. IX, 12; X, 14. [82] Num. XVI, 2.

Digitized by Google

appellat, hoc est, semper quærentes signa videre, prodigiorum cupidos. Nescio enim quomodo gens Judæa ad hæc natura fertur. Itaque cum Christus fecisset quasi flagellum de funiculis, omnesque e templo ejecisset, dixissetque : « Auferte ista hinc, et nolite facere domum Patris mei, domum negotiationis, » accesserunt, et quæsierunt : « Quod signum ostendis quia hæc facis? et quis dedit tibi hanc potestatem [83] ? » Accesserunt et alii, cum hac petitione : « Magister, volumus a te signum videre [84]. » Idcirco, quoniam, inquit, viri sunt portentorum, seu miraculorum speculatores, discant tecum et futura, signorum quæ petunt perpetratorem semper potentissimum. Quisnam autem hic? « Ecce ego adduco servum meum, Oriens nomen ejus. » Deus igitur secundum naturam et ex Deo Patre apparuit Unigenitus, secundum hoc liber. **678** Nihilominus exinanivit semetipsum, secundum Scripturas [85], demittens se in id quod non erat, et appellatus servus propter naturam humanam, quamvis omnium Dominus esset, tanquam Deus. Sed idem et Oriens erat, id est, Sol justitiæ [86]. Exortus est enim, et illuminavit nos velut in tenebris degentes [87], et tantum non etiam tanquam nocte et veterno obrutos mundanis voluptatibus, mentisque oculum tenebris effusum habentes, excitavit ad vigiliam, et gratia sua nos illustravit. Hinc et sapiens Paulus nobis præcepit, hoc ipsum significans : « Nox præcessit, dies autem appropinquavit. Abjiciamus ergo opera tenebrarum, et induamur arma lucis, sicut in die honeste ambulemus [88]. » Et iterum : « Surge, qui dormis, et exsurge a mortuis, et illuminabit te Christus [89]. » Promulgat igitur ante insignia facta Salvatoris nostri, quæ præsens editurus est. Nominat servum, quoniam in servi forma venit; Orientem, quia lumen verum est, idem et dies, et clarus lucifer in mentibus exoriens et corda lucida efficiens. Insuper lapidem vocat : quin et datum ante faciem Jesu, et septem habere oculos autumat. Oportebat enim imprimis sacerdotium legale, cujus typum posuimus Jesum, quasi ante faciem et ante oculos habere semper lapidem electum, angularem, pretiosum, in fundamentum Sion decretum, multis oculis intuentem omnia [90]. Septem quippe integritatem perfectionemque declarare solent. Sterilis igitur dicitur parere septem [91]. Mille autem oculis omnia intueri, et inspicere res nostras divinam et ineffabilem Filii naturam non potest quispiam dubitare : « Vivus est enim sermo Dei, et efficax, et penetrabilior omni gladio ancipiti, et pertingens usque ad divisionem animæ et spiritus, compagum quoque et medullarum, et discretor cogitationum et intentionum cordis, et non est ulla creatura invisibilis in conspectu ejus. Omnia autem nuda et aperta sunt oculis ejus, » sicut scriptum est [92]. Υἱοῦ φύσις, οὐκ ἂν ἐνδοιάσειέ τις· « Ζῶν γὰρ ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐνεργὴς, καὶ τομώτερος ὑπὲρ πᾶσαν μάχαιραν δίστομον, καὶ διικνούμενος ἄχρι μερισμοῦ ψυχῆς καὶ πνεύματος, ἁρμῶν τε καὶ μυελῶν, καὶ

A ουργοῦν μὲν γὰρ τῷ ἀρχιερεῖ ἔστηκε τὸ τάγμα τὸ Λευϊτικόν· οἱ δέ γε πρεσβύτεροι ἱερεῖς, ὡς ἐκείνων ἀμείνους ἔτι, καὶ ἱερώτεροι κατὰ τὸν νόμον, καὶ τῇ συνεδρίᾳ τετίμηντο. Τερατοσκόπους γε μὴν αὐτοὺς ὀνομάζει, τουτέστιν, ἀεὶ σημεῖα ζητοῦντας ὁρᾷν, τῶν τεράτων ἐφιεμένους. Φύσει γάρ πως ἀεὶ τοιοῦτόν ἐστι τὸ τῶν Ἰουδαίων ἔθνος. Καὶ γοῦν, ὅτε ὁ Χριστὸς ποιήσας ὡσεὶ φραγέλλιον ἐκ σχοινίων, πάντας ἐξέβαλεν ἐκ τοῦ ἱεροῦ, λέγων, « Ἄρατε ταῦτα ἐντεῦθεν, καὶ μὴ ποιεῖτε τὸν οἶκον τοῦ Πατρός μου, οἶκον ἐμπορίου, » προσῆσαν λέγοντες· « Τί σημεῖον δεικνύεις, ὅτι ταῦτα ποιεῖς; καὶ τίς ἔδωκέ σοι τὴν ἐξουσίαν ταύτην; » Εὑρήσομεν δὲ καὶ ἑτέρους προστόντας, καὶ λέγοντας αὐτῷ· « Διδάσκαλε, θέλομεν ἀπὸ σοῦ σημεῖον ἰδεῖν. » Οὐκοῦν ἐπειδήπερ, φησὶν,

B ἄνδρες εἰσὶ τερατοσκόποι, μανθανέτωσαν ἅμα σοὶ τὰ ἐσόμενα, καὶ σημείων ὧν αἰτοῦσιν ἀεὶ τὸν παναλκέστατον ἀποτελεστήν. Καὶ τίς δὴ οὖν οὗτός ἐστιν; « Ἰδοὺ ἐγὼ ἄγω τὸν δοῦλόν μου, Ἀνατολὴ ὄνομα αὐτῷ. » Θεὸς μὲν οὖν κατὰ φύσιν καὶ ἐκ Θεοῦ Πατρὸς πέφηνεν ὁ Μονογενὴς, καὶ ὡς τοῦτο ὑπάρχων, ἐλεύθερος. Ἀλλὰ κεκένωκεν ἑαυτὸν, κατὰ τὰς Γραφὰς, καθιεὶς εἰς ὅπερ οὐκ ἦν, καὶ κεχρημάτικε δοῦλος, διὰ τὸ ἀνθρώπινον, καίτοι Κύριος πάντων ὑπάρχων, ὡς Θεός. Ἀλλ' ἦν καὶ οὗτος Ἀνατολὴ, τουτέστι, δικαιοσύνης Ἥλιος. Ἀνέσχε γὰρ καὶ ἐπέλαμψεν οἷάπερ ἐν σκότει διατελοῦσιν ἡμῖν, μόνον δὲ οὐχὶ καὶ

C ὡς ἐν νυκτὶ καὶ ὕπνῳ κεκαρωμένους ταῖς κοσμικαῖς ἡδοναῖς, καὶ τῆς διανοίας τὸν ὀφθαλμὸν κατεσκοτισμένους, ἠγειρέ τε πρὸς νῆψιν, καὶ λαμπροὺς ἀπέφηνε τῇ παρ' ἑαυτοῦ χάριτι. Τοιγάρτοι καὶ ὁ σοφὸς ἡμῖν ἐπιστέλλει Παῦλος, αὐτὸ δὴ τοῦτο καταμηνύων· « Ἡ νὺξ προέκοψεν, ἡ δὲ ἡμέρα ἤγγισεν. Ἀποθώμεθα οὖν τὰ ἔργα τοῦ σκότους, καὶ ἐνδυσώμεθα τὰ ἔργα τοῦ φωτὸς, ὡς ἐν ἡμέρᾳ εὐσχημόνως περιπατήσωμεν. » Καὶ πάλιν· « Ἔγειρε, ὁ καθεύδων, καὶ ἀνάστα ἐκ τῶν νεκρῶν, καὶ ἐπιφαύσει σοι ὁ Χριστός. » Προανακηρύττει τοιγαροῦν τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐπιδημίας τὰ λαμπρὰ κατορθώματα. Δοῦλον δέ φησιν αὐτὸν διά τοι, τὸ ἐν δούλου καθικέσθαι μορφῇ· Ἀνατολὴν δὲ, ὅτι φῶς ἐστι τὸ ἀληθινὸν αὐτὸς, καὶ ἡμέρα, καὶ λαμπρὸς ἑωσφόρος, εἰς νοῦν ἀνατέλλων, καὶ καταφαιδρύνων καρδίας. Ὀνομάζει δὲ πρὸς τούτῳ καὶ

D Λίθον αὐτὸν, καὶ μὴν καὶ δεδόσθαι φησὶ πρὸ προσώπου Ἰησοῦ, ἑπτά τε ἔχειν τοὺς ὀφθαλμοὺς διισχυρίζεται. Ἔδει γὰρ μάλιστα τὴν κατὰ νόμον ἱερωσύνην, ἧς εἰς τύπον ἐθήκαμεν τὸν Ἰησοῦν, οἱονεὶ πρὸ προσώπου καὶ πρὸ ὀφθαλμῶν ἔχειν διὰ παντὸς τὸν λίθον τὸν ἐκλεκτὸν, τὸν ἀκρογωνιαῖον, τὸν ἔντιμον, τὸν εἰς τὰ θεμέλια Σιὼν, τὸν πολλοῖς ὀφθαλμοῖς ἐφορῶντα τὰ πάντα. Τὸ γὰρ ἑπτὰ, τοῦ τελείως ἔχοντος ἀεί πώς ἐστι σημαντικόν. Στεῖρα γοῦν λέγεται τεκεῖν ἑπτά. Ὅτι δὲ μυρίοις ὄμμασιν ἐφορᾷ πάντα καὶ ἐπισκέπτεται τὰ καθ' ἡμᾶς ἡ θεία τε καὶ ἀπόῤῥητος τοῦ

[83] Joan. II, 14-19. [84] Matth. XII, 38. [85] Philipp. II, 7, 8. [86] Malach. IV, 2. [87] Luc. I, 79. [88] Rom. XIII, 12, 13. [89] Ephes. V, 14. [90] Isa. XXVIII, 16; I Petr. II, 6. [91] I Reg. II, 5. [92] Hebr. IV, 12, 13.

Digitized by Google

κριτικὸς ἐνθυμήσεων, καὶ ἐννοιῶν καρδίας, καὶ οὐκ ἔστι κτίσις ἀφανὴς ἐνώπιον αὐτοῦ. Πάντα δὲ γυμνὰ καὶ τετραχηλισμένα τοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ, » κατὰ τὸ γεγραμμένον.

*Ἰδοὺ ἐγὼ ὀρύξω βόθρον, λέγει Κύριος παντοκράτωρ, καὶ ψηλαφήσω πᾶσαν τὴν ἀδικίαν τῆς γῆς ἐκείνης ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ.*

ΚΑ'. Ἔδειξεν ὄντως καὶ φῶς καὶ ἀνατολὴν τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, καὶ ὅτι τοῖς ἐν σκότει καὶ σκιᾷ θανάτου, τουτέστι, τοῖς πεπλανημένοις, ἀνατολὴς ἀνέλαμψε δίκην. Ἀλλ' ἦν ἀναγκαῖον, καὶ τὸ τῆς οἰκονομίας προαναφανῆναι πέρας, τουτέστι, τὸν ὑπὲρ ἡμῶν ἁπάντων θάνατον, ὃν ἑκὼν ἀνέτλη, σταυρῷ παραδοὺς τὸ ἴδιον σῶμα, ἐφ' ᾧ καὶ τὸ τῶν Ἰουδαίων προσκέκρουκεν ἔθνος, καὶ τῆς πρὸς αὐτὸν οἰκειότητος ἀποβέβληται. Ἐπειδὴ γὰρ οὐ συνέντες οἱ δείλαιοι, εἰκότως ἀπώλισθον τῆς ἐλπίδος, καὶ κακοὶ κακῶς ἀπολώλασι, δειναῖς καὶ ἀφύκτοις ἑναλόντες συμφοραῖς· βόθρῳ δὴ οὖν παρεικάζει τὸν τοῦ Σωτῆρος σταυρόν. Πεπτώκασι γὰρ ὥσπερ εἰς βόθρον οἱ τὸ Δεσποτικὸν ἐκχέαντες αἷμα, καὶ σταυρῷ παραδοῦναι τολμήσαντες τὸν ἀρχηγὸν τῆς ζωῆς. Εἰ δὲ καὶ αὐτὸς ὁ Πατὴρ τὸν βόθρον ὀρωρυχέναι λέγοιτο, σκανδαλιζέσθω μηδείς· ἐννοείτω δὲ μᾶλλον, ὡς ἐκμεμέστωταί πως [τῆς] οἰκονομίας ὁ λόγος. Ὅμοιον γὰρ τοῦτό ἐστι τῷ διὰ Χριστοῦ σοφῶς τε καὶ ἀτρεκῶς εἰρημένῳ· « Εἰς κρῖμα ἐγὼ εἰς τὸν κόσμον τοῦτον ἦλθον, ἵνα οἱ μὴ βλέποντες βλέπωσι, καὶ οἱ βλέποντες τυφλοὶ γένωνται. » Καίτοι, πῶς οὐκ ἀληθὲς εἰπεῖν, ὡς οὐ ταύτης ἕνεκα παρεγένετο τῆς αἰτίας, ἵνα τυφλοὶ γένωνταί τινες, ἀλλ' ἡ τῶν μὴ νοούντων φαυλότης μονονουχὶ καὶ διαβέβληκε τῆς ἀρίστης οἰκονομίας τὸν τρόπον; Οὐ γὰρ ἤθελον βλέπειν, καίτοι μετὸν αὐτοῖς τοῦ θείου φωτός. Οὕτω κἀνθάδε νοήσεις. Πέπομφε μὲν γὰρ τὸν Υἱὸν ὁ Πατὴρ, « ἵν' ὁ κόσμος σωθῇ δι' αὐτοῦ· » διὰ δὲ τῶν μὴ συνιέντων ἀπόνοιαν, γέγονε βόθρος καὶ πάγη τοῖς σταυρώσασιν ὁ ἀπεσταλμένος. Νενόμισται δὲ τάχα που καὶ ὀρύξαι τὸν βόθρον ὁ πεπομφώς. « Ὀρύξω δὴ οὖν τὸν βόθρον, φησὶ, καὶ ψηλαφήσω πᾶσαν τὴν ἀδικίαν τῆς γῆς ἐκείνης ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ. » Τὸ δὲ, Ψηλαφήσω, φησὶν ἀντὶ τοῦ, Ζητήσω καὶ περιεργάσομαι λεπτῶς. Ἀπεκτόνασι μὲν γὰρ τοὺς ἁγίους προφήτας καὶ τοὺς κατὰ καιροὺς ἀπεσταλμένους οἰκέτας. Οὓς μὲν γὰρ ὕβρισαν, οὓς δὲ ἐλιθοβόλησαν, οὓς δὲ ἀπέκτειναν. Ἀλλ' ἦν ἀνεξίκακος ἔτι Θεός· οἰκέται γὰρ ἦσαν καὶ ὁμόδουλοι τοῖς ἀπεκτονόσιν οἱ πεπονθότες. Ἐπεὶ δὲ ἀχαλίνοις ὁρμαῖς εἰς τοῦτο διάττοντες, καὶ πολὺ βλέποντες εἰς ἀνοσιότητα, καὶ εἰς αὐτὸν ἐκτόπως πεπαρῳνήκασι τὸν Υἱὸν, καὶ εἰς τὸν ἐν τῷ σταυρῷ κατώλισθον βόθρον, οὐκ ἀφῆκεν αὐτῶν ἀψηλάφητον τὴν ἁμαρτίαν. Ἐζήτησε γὰρ καὶ ποιναῖς ὑπέθηκε τοὺς ἠσεβηκότας, ἁπάσης τῆς Ἰουδαίων γῆς καθορίζων τὸν ὄλεθρον ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ, καθ' ἣν ἔφασαν προσάγοντες αὐτὸν τῷ Πιλάτῳ· « Τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐφ' ἡμᾶς καὶ ἐπὶ τὰ τέκνα ἡμῶν. » Εἰ γὰρ καὶ μὴ συμβέβηκε παραχρῆμα τὰ ἐκ θείας ὀργῆς, εἰ μὴ ἐζήτηνται δίκας ὑπερθέσεως· δίχα ἀλλ' οὖν ἡ παρὰ Θεοῦ δικαία ψῆφος γέγονεν ἐπ' αὐτοῖς, ὄλεθρον, ὡς ἔφην, τῆς Ἰουδαίων

A *Ecce ego fodiam foveam, dicit Dominus omnipotens, et contrectabo omnem iniquitatem terræ illius in die una.*

XXI. Ostendit Dominum nostrum Jesum Christum vere et lumen et orientem esse, et eum in tenebris atque umbra versantibus, **679** hoc est, seductis et errantibus, instar orientis refulsisse[93]. Sed oportebat etiam œconomiæ scopum ac metam prius declarare, hoc est mortem, quam pro nobis omnibus libens sustinuit, corpore suo ad crucem tradito, in quo et Judaica gens peccavit, et ab ejus amicitia depulsa est. Quoniam enim non intellexerunt miseri, spe sua merito sunt orbati, et mali male perierunt, atrocibus et ineluctabilibus calamitatibus circumventi[94]. Cum fovea igitur Salvatoris crucem comparat. Nam quasi in foveam deci
B derunt, qui Dominicum effudere sanguinem, et auctorem vitæ cruci affixerunt[95]. Quod si et ipse Pater fodisse foveam dicitur, nemo offendatur : sed illud cogitet potius, quam plenus sit sermo divinæ providentiæ ac dispensationis. Simile enim hoc est illi quod per Christum sapienter ac vere dictum est : « In judicium ego in hunc mundum veni, ut qui non vident, videant, et videntes cæci fiant[96]. » Quanquam vere dici potest, ipsum non propter hanc causam advenisse ut quidam cæci fierent, sed non intelligentium nequitia tantum non etiam œconomiæ modum criminata est. Non enim videre voluerunt, tametsi divinæ lucis copia illis fieret. Idem et hic intellige. Misit enim Filium Pater, « Ut
C mundus salvaretur per ipsum[97]. » Propter vecordiam autem non intelligentium qui missus est, fovea et laqueus crucifixoribus suis factus est. Ac fortasse etiam foveam fodisse existimandus est ipse qui misit. Ait igitur : « Fodiam foveam, et contrectabo omnem iniquitatem terræ illius in die una. » Contrectabo, inquit, pro, quæram, et adamussim indagabo. Prophetas enim sanctos et missos suis quosque temporibus servos occiderunt. Alios enim contumelia affecerunt, alios lapidarunt, alios jugularunt[98]. Verum tolerantiam adhuc adhibebat Deus : servi enim erant et conservi interficientium qui hæc patiebantur. Quoniam vero effrenata audacia eo prosiluerunt, et tantam impietatem consciverunt
D ut in ipsum Filium atrociter debaccharentur, et in foveam crucis lapsi sunt, peccatum eorum incontrectatum non præterivit. Quæsivit enim et pœnis subjecit impios, toti Judæorum regioni pestem et exitium decernens die una qua clamabant, Pilato eum offerentes : « Sanguis ejus super nos et super filios nostros[99]. » Etsi enim non statim iram divinam supplicium est consecutum, etsi non citra procrastinationem pœnæ sunt expetitæ, tamen justa Dei **680** sententia in eos lata est, per Judæam,

[93] Luc. I, 78. [94] Matth. XXI, 41. [95] Act. III, 15. [96] Joan. IX, 39. [97] Joan. III, 17. [98] Matth. XXI, 35. [99] Matth. XXVII, 25.

Digitized by Google

ut memoravi, diffusa pernicies. Itaque abductus est quidem Christus ad crucem, sequentibus feminis lamentantibus et plorantibus, ad quas conversus ait : « Filiæ Jerusalem, nolite flere super me, sed super vos ipsas flete, et super filios vestros [1]. » Traditi sunt enim in exitium et cædem, et evenit illis quod est apud Isaiam : « Terra vestra deserta, civitates vestræ succensæ igni, regionem vestram coram vobis alieni devorant ipsam, et desolata est, subversa a populis alienis [2]. »

VERS. 10. *In die illa, dicit Dominus omnipotens, convocate unusquisque proximum suum subter vitem, et subter ficum suam.*

XXII. Malis omnibus obrutum iri, peccato eorum contrectato, qui quasi in foveam deciderint, propter Christum ab se in crucem actum, aperte prædixit. Credentibus autem et diligentibus eum id non damnosum, imo lætitiæ et jucundæ cujusdam delectationis materiam futurum utiliter prænuntiat. Attestatur hæc etiam justus Simeon. Ubi enim divinum infantem conspexit, ipsumque in ulnas accepit, sic prophetavit : « Ecce positus est hic in ruinam et in resurrectionem multorum, et in signum cui contradicetur [3]. » Ceciderunt enim, qui sanguinem justum super capita sua hauserunt, velut projecti, et jacentes, et pedibus diabolicis substrati : erecti sunt qui ex gentibus ad fidem venerunt. Et ipse Christus alicubi sanctis discipulis mortem in cruce sibi sustinendam prædicit. Quos ut tristes vidit, consolans addidit : « Mulier quando parit, tristitiam habet, quia venit hora ejus. Postquam autem peperit, gaudio gaudet, quia natus est homo in mundum. Et vos nunc quidem tristitiam habetis, iterum autem videbitis me, et gaudebit cor vestrum [4]. » Sic et excitatus a mortuis flentes in horto mulieres salutando allocutus est [5]. » Convenit porro etiam quemlibet eum diligentium super cruce et resurrectione dicere, « Convertisti planctum meum in gaudium mihi; conscidisti saccum meum, et circumdedisti me lætitia [6]. » Quomodo enim non evanuit luctus, et ablatæ sunt omnes lacrymæ ab omni facie, ut dicit propheta [7], Christo in vitam revocato, **681** et imperio mortis ab eo destructo ? Vita enim est natura sua [8], tanquam Deus, quamvis in carne apparuit. Itaque *die illa*, ait, hoc est illo tempore quo ex mortuis revixerit et ceciderint crucifixores, « convocate unusquisque proximum suum subter vitem et ficum. » Ac si quis volet talem sensum simplicem et obvium admittere, voces has spiritualium gaudiorum symbolum esse affirmabit. Præterea et illud non sine improbabilitate dici posse reor, ficum et vitem videri appellatam Ecclesiam, cujus item divinus Cantor meminit, supernum ac cœlestem sponsum, Christum scilicet, per ambagem compellans : « Uxor tua sicut vitis

καταχέουσα γῆς. Καὶ γοῦν ἀπεκομίζετο μὲν ὁ Χριστὸς ἐπὶ τὸν σταυρὸν, εἵποντο δὲ καὶ γυναῖκες θρηνοῦσαί τε καὶ κλαίουσαι· εἶτα πρὸς ταύτας ἔφασκεν ἐπιστραφείς· « Θυγατέρες Ἰερουσαλὴμ, μὴ κλαίετε ἐπ' ἐμοὶ, πλὴν ἐφ' ἑαυταῖς κλαίετε καὶ ἐπὶ τοῖς τέκνοις ὑμῶν. » Παραδέδονται γὰρ εἰς ὄλεθρον καὶ σφαγὴν, καὶ συμβέβηκεν αὐτοῖς τὰ διὰ φωνῆς Ἡσαΐου· « Ἡ γῆ ὑμῶν ἔρημος, αἱ πόλεις ὑμῶν πυρίκαυστοι, τὴν χώραν ὑμῶν ἐνώπιον ὑμῶν ἀλλότριοι κατεσθίουσιν αὐτὴν, καὶ ἠρήμωται κατεστραμμένη ὑπὸ λαῶν ἀλλοτρίων. »

*Ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, λέγει Κύριος παντοκράτωρ, συγκαλέσατε ἕκαστος τὸν πλησίον αὐτοῦ ὑποκάτω ἀμπέλου καὶ ὑποκάτω συκῆς αὐτοῦ.*

ΚΒ'. Ὅτι μὲν ἐν παντὶ γενήσονται κακῷ, ψηλαφωμένης αὐτῶν τῆς ἁμαρτίας, οἱ καθάπερ εἰς βόθρον κατενηνεγμένοι, διά γε τὸ σταυρῶσαι Χριστὸν, προμεμήνυκεν ἐναργῶς. Ὅτι δὲ τοῖς πιστεύουσι, καὶ ἠγαπηκόσιν αὐτὸν, οὐκ ἀκερδὲς ἔσται τὸ χρῆμα, μᾶλλον δὲ καὶ πρὸς εὐφροσύνης καὶ τέρψεων ἐπιτερπῶν, προαγορεύει χρησίμως. Μαρτυρήσει δὲ τούτοις καὶ ὁ δίκαιος Συμεών. Ὅτε γὰρ τὸ θεῖον τεθέαται βρέφος, καὶ εἰς ἀγκάλας ἐδέξατο, προεφήτευσε, λέγων· « Ἰδοὺ οὗτος κεῖται εἰς πτῶσιν καὶ ἀνάστασιν πολλῶν, καὶ εἰς σημεῖον ἀντιλεγόμενον. » Πεπτώκασι γὰρ οἱ τὸ δίκαιον αἷμα ταῖς σφῶν αὐτῶν ἐπαντλήσαντες κεφαλαῖς, ὥσπερ ἐῤῥιμμένοι, καὶ κείμενοι, καὶ ὑπὸ πόδας ὄντες διαβολικούς· ὠρθώθησαν δὲ οἱ ἐξ ἐθνῶν. Καὶ αὐτὸς δέ που Χριστὸς, προανεφώνει μὲν τοῖς ἁγίοις μαθηταῖς τὸ ἐπὶ τῷ σταυρῷ πάθος· ἐπειδὴ δὲ γεγονότας ἐν κατηφείαις τεθέαται, παρεκάλει λέγων· « Ἡ γυνὴ ὅταν τίκτῃ, λύπην ἔχει, ὅτι ἦλθεν ἡ ὥρα αὐτῆς. Ὅταν δὲ τέκῃ, χαρᾷ χαίρει, ὅτι ἐγεννήθη ἄνθρωπος εἰς τὸν κόσμον. Καὶ ὑμεῖς νῦν μὲν λύπην ἔχετε, ὕστερον δὲ ὄψεσθέ με, καὶ χαρήσεται ὑμῶν ἡ καρδία. » Οὕτω καὶ ἐγηγερμένος ἐκ νεκρῶν, ταῖς ἐν τῷ κήπῳ κλαιούσαις γυναιξὶ προσεφώνει τὸ, Χαίρετε. Πρέποι δ' ἂν, καὶ ἕκαστον τῶν ἀγαπώντων αὐτὸν ἐπί γε τῷ σταυρῷ καὶ τῇ ἀναστάσει λέγειν· « Ἔστρεψας τὸν κοπετόν μου εἰς χαρὰν ἐμοὶ, διέῤῥηξας τὸν σάκκον μου, καὶ περιέζωσάς με εὐφροσύνην. » Πῶς γὰρ οὐκ οἴχεται μὲν ἐκ ποδῶν τὸ πενθεῖν, ἀφῄρηται δὲ πᾶν δάκρυον ἀπὸ προσώπου, κατὰ τὴν τοῦ προφήτου φωνὴν, ἐγηγερμένου Χριστοῦ, καὶ [τὸ] τοῦ θανάτου καταλύσαντος κράτος; Ζωὴ γάρ ἐστι κατὰ φύσιν ὡς Θεὸς, κἂν εἰ πέφηνεν ἐν σαρκί. Οὐκοῦν *τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ*, φησὶ, τουτέστι, κατ' ἐκεῖνο καιροῦ, καθ' ὃν ἀναβιώῃ ἐκ νεκρῶν, πεπτωκότων τῶν ἐσταυρωκότων, συγκαλέσατε ἕκαστος τὸν πλησίον αὐτοῦ ὑποκάτω ἀμπέλου, καὶ ὑποκάτω συκῆς. Καὶ εἰ μὲν βούλοιτό τις ἁπλοῦν καὶ πρόχειρον τὸν τοιοῦτον εἰσδέχεσθαι νοῦν, τέρψεων εἶναι τῶν πνευματικῶν σύμβολον διαβεβαιώσεται τὰ ὠνομασμένα. Οὐκ ἀπίθανον δὲ εἶναί φημι πρὸς τούτῳ κἀκεῖνο εἰπεῖν, ὅτι συκῆν καὶ ἄμπελον ἔοικεν ἀποκαλεῖν τὴν Ἐκκλησίαν, ἧς καὶ ὁ θεσπέσιος Μελ-

[1] Luc. XXIII, 28. [2] Isa. I, 7. [3] Luc. II, 34. [4] Joan. XVI, 21, 22. [5] Joan. XX, 15-17. [6] Psal. XXIX, 12. [7] Isa. XXV, 8. [8] Joan. XIV, 6.

Digitized by Google

φῶς διαμέμνηται, λέγων αἰνιγματωδῶς πρὸς τὸν ἄνωθεν καὶ ἐξ οὐρανοῦ νυμφίον, τουτέστι, Χριστόν· « Ἡ γυνή σου ὡς ἄμπελος εὐθηνοῦσα, ἐν τοῖς κλίτεσι τῆς οἰκίας σου. » Ἔφη δέ που καὶ αὐτὸς ὁ τῶν ὅλων Θεός· « Αἱ ἄμπελοι κυπρίζουσιν, ἔδωκαν ὀσμὴν, ἡ συκῆ ἐξήνεγκεν ὀλύνθους αὐτῆς. » Ὡς γὰρ ἤδη τῶν Ἐκκλησιῶν ἀρξαμένων ἐν κόσμῳ διὰ τῆς εἰς αὐτὸν εὐωδιάζειν πίστεως, τὰς ἀμπέλους ἔφη κυπρίζειν, καὶ μὴν καὶ ἐκφαίνεσθαι τοὺς ὀλύνθους· νοηθείεν ἂν καὶ οὗτοι, τῶν ἄρτι πεπιστευκότων ἡ οὔπω μὲν πέπειρος καὶ γλυκεῖα πληθὺς, ἐσομένη δὲ κατὰ βραχὺ, καὶ ταῖς εἰς τὸ ἄμεινον ἐπιδόσεσιν ἰοῦσα πρὸς τοῦτο. Ἀδρυνθέντες γὰρ, καὶ εἰς ἄνδρα τέλειον ἀναβεβηκότες τοῦ πληρώματος τοῦ Χριστοῦ, γλυκεῖς οἷάπερ ἐσόμεθα καρποὶ τῷ Θεῷ, καθάπερ μητρί τινι τῇ Ἐκκλησίᾳ προσπεφυκότες. Οὐκοῦν διά τε συκῆς καὶ ἀμπέλου νοουμένων τῶν Ἐκκλησιῶν, ὑπ' αὐταῖς ἐσόμεθα, καὶ ἐν αὐταῖς καταλύσομεν, προτροπάδην ἀλλήλοις ἐκεῖνο λέγοντες τὸ προφητικόν· « Δεῦτε, ἀναβῶμεν εἰς τὸ ὄρος Κυρίου, καὶ εἰς τὸν οἶκον τοῦ Θεοῦ Ἰακώβ, καὶ ἀναγγελεῖ ἡμῖν τὴν ὁδὸν αὐτοῦ, καὶ πορευσόμεθα ἐν αὐτῇ. » Εἰ δὲ δὴ γένοιτο τούτου τυχεῖν, ἐπαίνου παντὸς ἀξιώσομεν τοὺς εἰς τοῦτο κεκληκότας, πάλιν ἐκεῖνο λέγοντες· « Εὐφράνθην ἐπὶ τοῖς εἰρηκόσι μοι· Εἰς οἶκον Κυρίου πορευσόμεθα. » Τέρψεως γὰρ ἡμῖν τῆς ἀνωτάτω τὸ χρῆμα καρπὸς νοοῖτ' ἂν εἰκότως. Τοιγάρτοι πάλιν ἐροῦμεν κατὰ τὸν Ψαλμῳδόν· « Μίαν ἠτησάμην παρὰ Κυρίου, ταύτην ζητήσω, τοῦ κατοικεῖν με ἐν οἴκῳ Κυρίου πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς μου, τοῦ θεωρεῖν με τὴν τερπνότητα Κυρίου, καὶ ἐπισκέπτεσθαι τὸν ἅγιον αὐτοῦ. »

A abundans, in lateribus domus tuæ [9]. » Ait et ipse universorum Deus quodam loco : « Vineæ florentes dederunt odorem suum, et ficus protulit grossos suos [10]. » Ut enim jam, Ecclesiis in mundo fide in ipsum inchoatis, vineas suavem spirare odorem, ac florere atque insuper grossos parere dicit : quorum nomine nuper fide initiatorum nondum matura et dulcis multitudo, futura autem paulatim et incrementis ad meliora huc progrediens intelligi potest. Adepti enim magnitudinem, « et in virum perfectum plenitudinis Christi [11] » evecti, dulces quasi fructus erimus Deo, Ecclesiæ velut matri agnati. Quapropter per ficum et vitem intellectis Ecclesiis, sub ipsis erimus, et in ipsis diversabimur, cohortandoque inter nos dicemus illud propheticum : B « Venite, ascendamus ad montem Domini, et ad domum Dei Jacob, et annuntiabit nobis viam suam, et ambulabimus in ea [12]. » Quod si assecuti fuerimus, omnimodis prædicabimus qui nos ad hoc vocarunt, dicemusque : « Lætatus sum in his qui dixerunt mihi : In domum Domini ibimus [13]. » Summa enim lætitia fructus noster intelligi jure queat. Proinde rursus illud Psalmographi exclamabimus : « Unam petivi a Domino, hanc requiram, ut inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ : ut videam voluptatem Domini, et visitem templum sanctum ejus [14]. »

# ΤΟΜΟΣ ΔΕΥΤΕΡΟΣ.

## ΚΕΦΑΛ. Δ'.

***Καὶ ἐπέστρεψεν ὁ ἄγγελος ὁ λαλῶν ἐν ἐμοὶ, καὶ ἐξήγειρέ με, ὃν τρόπον, ὅταν ἐξεγερθῇ ἄνθρωπος ἐξ ὕπνου αὐτοῦ, καὶ εἶπε πρός με· Τί σὺ βλέπεις; Καὶ εἶπα· Ἑώρακα, καὶ ἰδοὺ λυχνία χρυσῆ ὅλη, καὶ τὸ λαμπάδιον ἐπάνω αὐτῆς, καὶ ἑπτὰ λύχνοι ἐπάνω αὐτῆς, καὶ ἑπτὰ ἐπαρυστρίδες τοῖς λύχνοις τοῖς ἐπάνω αὐτῆς, καὶ δύο ἐλαῖαι ἐπάνω αὐτῆς, μία ἐκ δεξιῶν τοῦ λαμπαδίου αὐτῆς, καὶ μία ἐξ εὐωνύμων.***

ΚΓ'. Τὸ, Ἐπέστρεψεν, ἐν τούτοις οὐχ ὡς ἐκ τόπου νοήσομεν (εἴθιστο γὰρ κομιδῇ), νομιοῦμεν δὲ μᾶλλον, τὴν ὡς ἐξ ὁράσεως τῆς ἐξ ἀμφοῖν ἐφ' ἑτέραν εὐθὺς D καὶ γείτονα μεταφοίτησιν, ὅλον δὲ ὅτι πνευματικήν. Ἐπειδὴ δὲ νήψεως ἀκράτου χρεία καὶ τῆς ὑπὲρ νοῦν τὸν ἀνθρώπινον, ἔν γε δὴ μάλιστα τούτοις λεπτὴν ἐνετίθει ἐπιγρήγορσιν τῷ προφήτῃ Θεὸς, μαθητεύοντος ἀγγέλου τοῦ λαλοῦντος ἐν αὐτῷ, ὡς δοκεῖν ἐξ ὕπνου διεγερθῆναι. Τοιαύτη γάρ πώς ἐστι τῆς ἐν ἡμῖν διανοίας ἡ κατάστασις, καὶ πολὺ δὴ μείων παρὰ τὴν οὖσαν ἐν τοῖς ἁγίοις ἀγγέλοις, ὥστε φαίη τις ἂν ἐγρήγορσιν μὲν τὰ ἐκείνων, ἐν ὕπνῳ δὲ ὥσπερ τὰ καθ' ἡμᾶς. Ἐπειδὴ δὲ ὁ θεσπέσιος ἄγγελος γνώμην τε καὶ νοῦν πρὸς τοῦτῳ δὴ παρ-

C

# TOMUS SECUNDUS.

## 682 CAP. IV.

VERS. 1-3. ***Et reversus est angelus qui loquebatur in me, et suscitavit me sicut cum suscitatur homo de somno suo, et dixit ad me : Quid tu vides? Et dixi : Vidi, et ecce candelabrum aureum totum, et lampas super ipsum, et septem lucernæ super illud, et septem infusoria lucernis super ipsum; et duæ olivæ super illud, una a dextris lampadis ejus, et una a sinistris.***

XXIII. Reversum esse hic non ut ex loco accipimus, id enim perquam ineptum esset : statuemus autem potius ex ambabus visionibus ad aliam statim et vicinam spiritualem utique transiri. Quoniam vero in his maxime singulari vigilantia opus est, et majore quam pro captu humano, acrem vigiliam immittit prophetæ Deus, docente angelo qui in ipso loquebatur, ut se e somno putaret excitatum. Talis est enim animi nostri conditio, multoque inferior quam in sanctis angelis, ut asseverare possit quispiam illos esse in perpetua vigilia, nos quasi in perpetuo somno. Postquam autem divinus angelus voluntatem, et mentem quoque eo inclinatam vidit, ut quod fiebat subtiliter satis

[9] Psal. CXXVII, 3. [10] Cant. II, 13. [11] Ephes. IV, 13. [12] Isa. II, 3. [13] Psal. CXXI, 1. [14] Psal. XXVI, 4.

Digitized by Google

Γέγονε δὴ καὶ ἡμῖν αὐτοῖς εἰρήνη Χριστὸς, ὃς καὶ πάντα συντρίψας πόλεμον, μεστὴν ἀπέφηνε ἁγίων τὴν Ἐκκλησίαν. Καὶ πολλοὶ μὲν τὰς φρένας ἐν αὐτῇ, μυρίοι τε ὅσοι καὶ ἐξαίρετοι, οἷς καὶ ὁ σοφὸς Ἰωάννης ἐπιστέλλει, λέγων· « Γράφω ὑμῖν, Πατέρες, ὅτι ἐγνώκατε τὸν ἀπ' ἀρχῆς. » Παῖδες δὲ ὥσπερ ἄνηθοι καὶ κόρια μικρὰ τῶν ἄρτι πεπιστευκότων ἡ νηπιωτάτη πληθὺς, μονονουχὶ τοῖς πνευματικοῖς σκιρτήμασι τὴν ἁγίαν ὄντως καταλλύνουσα πόλιν, τουτέστι, τὴν Ἐκκλησίαν. Οἷς καὶ τὸ λέγειν ἁρμόσειεν ἄν· « Δεῦτε ἀγαλλιασώμεθα τῷ Κυρίῳ, ἀλαλάξωμεν τῷ Θεῷ τῷ Σωτῆρι ἡμῶν. » Εἰ δὲ δὴ λέγοιντο καὶ ἐπερείδεσθαι ῥάβδῳ τυχὸν οἱ πρεσβῦται, νοήσεις ὅτι μικροὺς καὶ μεγάλους ὑποστηρίζει Χριστὸς, ἡ ῥάβδος ἡ ἐξ Ἰεσσαὶ καὶ τῆς δυνάμεως ὠνομασμένη, ἣν ἐκ τῆς ἄνω Σιὼν πέπομφεν ἡμῖν ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ, ὡς χαίροντας ἡμᾶς ἐπὶ τούτῳ λέγειν· « Ἡ ῥάβδος σου καὶ ἡ βακτηρία σου αὗταί με παρεκάλεσαν. »

B Factus est igitur et nobis ipsis pax Christus [6], qui et omne bellum contrivit [7], et Ecclesiam sanctis implevit. Et prudentia quidem præstantes, et electi in ea innumerabiles inveniuntur, quibus et sapiens Joannes scribit in hunc modum : « Scribo vobis, patres, quoniam cognovistis eum qui ab initio est [8]. » Velut impuberes autem pueri et puellæ parvulæ sunt recens fidem complexorum infantissima multitudo, propemodum spiritualibus saltationibus sanctam civitatem, puta Ecclesiam, revera condecorantes. Quibus apposite dicas : « Venite, exsultemus Domino, jubilemus Deo salutari nostro [9]. » Et quamvis dicantur senes forte bacule se sustentare, intellige parvos et magnos a Christo sustentatum iri, qui virga Jesse [10] et virtutis [11] est nominatus, quam ex superna Sion nobis emisit Deus et Pater, ut idcirco gaudentes dicamus : « Virga tua et baculus tuus ipsa me consolata sunt [12]. »

*Τάδε λέγει Κύριος παντοκράτωρ· Εἰ ἀδυνατήσει ἐνώπιον τῶν καταλοίπων τοῦ λαοῦ τούτου ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις, μὴ καὶ ἐνώπιόν μου ἀδυνατήσει; λέγει Κύριος παντοκράτωρ.*

C **717** Vers. 6. *Hæc dicit Dominus omnipotens : Si impossibile erit coram reliquiis populi hujus in diebus illis, numquid et coram me impossibile erit? dicit Dominus omnipotens.*

ΜΑ'. Τὰ μεγάλα καὶ ὑπερφερῆ τῶν πραγμάτων δέχεταί πως ἐφ' ἑαυτοῖς τὸ ἀπιστεῖσθαι φιλεῖν, καὶ οὐκ ἀθαύμαστον ἔχει τὴν εἰς πέρας διεκδρομήν. Καὶ γοῦν ἡ Σάῤῥα διαγελᾷ μὲν ἐξ ἀπιστίας τὴν ἐπί γε τῷ Ἰσαὰκ ὑπόσχεσιν, εἰς γῆρας ὁρῶσα, καὶ τοῖς τῆς ἀνθρωποτήτος νόμοις ἀντιθεῖσα τὸ ἀμήχανον. Πλὴν ἐκτέτοκε παρ' ἐλπίδα, βάσιμον αὐτῇ τὸ χρῆμα τιθέντος Θεοῦ. Ἦν οὖν ἄρα καὶ σφόδρα εἰκὸς καταδονεῖσθαι ταῖς διψυχίαις τοὺς ἐκ τῆς αἰχμαλωσίας λελυτρωμένους, καὶ οὐ σφόδρα θαῤῥεῖν, ὡς εἰς τοσαύτην αὐτοῖς εὐημερίαν βαδιεῖται τὰ πράγματα, ὡς ἀνάμεστον μὲν γενέσθαι τὴν Ἱερουσαλὴμ τῶν γεγηρακότων, καὶ πάντων ὁρᾶσθαι χορεύς ἐν αὐτῇ καὶ κορασίων ὀρχήματα, καὶ τὰ ἐκ βαθείας εἰρήνης ὑπάρξειν ἀγαθά. Κατεθεῶντο γὰρ τείχη κατερῥιμμένα, οἰκίας ἐμπεπρησμένας, ἁπάσας δὲ τὰς ἐν κύκλῳ πόλεις θηρίων ἀγρίων ἐνδιαιτήματα, διά τοι τὸ κεχενῶσθαι παντελῶς τῶν κατοικούντων αὐτὰς, καὶ ἀγροὺς μὲν τοὺς πάλαι παμφόρους τε καὶ εὐανθεῖς ἀκανθῶν ὑπάρχειν μεστοὺς, οὐδὲν ἔχοντας τῶν ὡρίμων, διολωλὸς δὲ εἰς ἅπαν τῶν ἀγροίκων τὸ γένος. Ἦν οὖν ἐντεῦθεν, ὡς ἔφην, ἀπιστεῖν εἰκὸς, ὡς εἰς πέρας αὐτοῖς ἐκβήσεται τὰ ἐπηγγελμένα. Ταύτῃ τοι Θεὸς διψυχεῖν οὐκ ἐᾷ· θαρσεῖν δὲ κελεύει, καὶ ἐμπε-

D XLI. Res magnæ et eminentes prope incredibiles videri solent, nec sine admiratione ad finem suum decurrunt. Quare Sara ut incredula ridet promissa de concipiendo Isaac, senectutem respiciens, et humanæ naturæ legibus impossibilitatem opponens [13]. Verumtamen peperit præter spem, cum ei Deus negotium expeditum et quasi meabile reddidisset. Erat igitur vehementer conveniens, captivitate liberatos ancipiti cogitatione distrahi, nec ita multum confidere, res ipsorum adeo felices ac beatas fore, ut repleretur Jerusalem senibus, et chori puerorum puellarumque saltationes in ea cernerentur, et diuturnæ pacis commoda exsisterent. Contemplabantur enim muros excisos, domus concrematas, et omnes urbes circumcirca ferarum immanium cubilia, quod incolis omnino viduatæ essent, et agros quondam fertilissimos et florentissimos spinarum refertos, nihil habentes maturum, et agrestium seu rusticorum genus deletum penitus. Hinc igitur, ut dixi, de promissis ad rem ipsam conferendis ambigere haud absurdum erat. Quod Deus non sinit, sed confidendum hortatur, et confirmat eos hunc in modum : « Si impossibile erit coram reliquiis populi hujus in diebus illis, numquid et coram me impossibile erit? »

[6] Ephes. II, 14. [7] Osee, II, 18. [8] I Joan. II, 13. [9] Psal. XCIV, 1, 2. [10] Isa. XI, 1. [11] Psal. CIX, 2. [12] Psal. XXII, 4. [13] Gen. XVIII, 10.

Digitized by Google

Quod enim vobis est impossibile, Deo ut omnipotenti est factu facile. Ipse enim est Dominus virtutum, voluntate efficiens quæ naturæ metas longe excedunt, et citra moram placita sua ad exitum pervehit. Ait porro alicubi Judæis Deus et Pater, res præclaras ex adventu Salvatoris nostri orituras prænuntians : « Videte, contemptores, et resipiscite, et admiramini, quia opus ego operor in diebus vestris, quod non credetis, si quis narraverit vobis [15]. » Quod enim ad sermonem nostrum attinet, omnem admirationem sermonemque incarnationis mysterium superat : similiter inde ad nos profecta beneficia. Quomodo enim non fide propemodum caret, Verbum ex Deo natum unitum esse corpori, et suscepisse formam servi [16], et sustinuisse crucem [16], contumeliasque et verbera, et vesana Judæorum opprobria pertulisse? Aut quomodo quis non summopere admiretur **718** œconomiæ exitum, quando destructum est peccatum, destructa mors, profligata corruptio, et homo olim fugitivus gratia adoptionis filiorum deinceps illustratus cernitur? Itaque dicat Christus propter hæc ipsa : « Si impossibile erit coram reliquiis populi hujus in diebus illis, numquid et coram me impossibile erit? » Omnia enim illi levia et plana sunt : et volenti quidpiam eximium facere, nihil, opinor, obnitetur.

δοῖ, λέγων· « Εἰ ἀδυνατήσει ἐνώπιον τῶν καταλοίπων τοῦ λαοῦ τούτου ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις, μὴ καὶ ἐνώπιόν μου ἀδυνατήσει; » Ὃ γάρ ἐστιν ἡμῖν ἀμήχανον, εὐκατόρθωτον δηλαδὴ τῷ πάντα ἰσχύοντι Θεῷ. Ἔστι γὰρ αὐτὸς ὁ τῶν δυνάμεων Κύριος, θελήσει πληρῶν καὶ τὰ λίαν ὑπερφυῆ, καὶ εἰς πέρας ἄγων ἀμελλητὶ τὸ δοκοῦν. Ἔφη δέ που πρὸς Ἰουδαίους ὁ Θεὸς καὶ Πατήρ, τὰ ἐκ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐπιδημίας προαναφωνῶν κατορθώματα· « Εἴδετε, οἱ καταφρονηταί, καὶ ἐπιβλέψατε, καὶ θαυμάσατε, ὅτι ἔργον ἐγὼ ἐργάζομαι ἐν ταῖς ἡμέραις ὑμῶν, ὃ οὐ μὴ πιστεύσητε, ἐάν τις ἐκδιηγῆται ὑμῖν. » Ὅσον μὲν γὰρ ἧκει εἰς λόγους τοὺς ἐν ἡμῖν, ὑπὲρ θαῦμα καὶ λόγον καὶ αὐτὸ τὸ τῆς ἐνανθρωπήσεως μυστήριον· οὐδὲν δὲ ἧττον καὶ τὰ ἐντεῦθεν ἡμῖν ἐκβεβηκότα κατορθώματα. Πῶς γὰρ οὐκ ἀπιστίας ἐγγὺς τὸν ἐκ Θεοῦ φύντα Λόγον ἐνωθῆναι σαρκὶ, καὶ ἐν τῇ τοῦ δούλου γενέσθαι μορφῇ, καὶ ὑπομεῖναι σταυρὸν, ὕβρεις τε καὶ αἰκίας ὑπενεγκεῖν, καὶ τῆς Ἰουδαίων ἀθελτηρίας τὰς παροινίας; Ἢ πῶς οὐκ ἄν τις ὑπεραγάσαιτο τῆς οἰκονομίας τὴν ἔκβασιν, ὅπου καθῄρηται μὲν ἡ ἁμαρτία, κατήργηται δὲ καὶ ὁ θάνατος, καὶ ἀπελήλαται φθορὰ, καὶ ὁ πάλαι δραπέτης ἄνθρωπος τῇ τῆς υἱοθεσίας χάριτι κατηγλαϊσμένος ὁρᾶται λοιπόν; Οὐκοῦν λεγέτω Χριστὸς ἐπί γε τούτοις αὐτοῖς· « Εἰ ἀδυνατήσει ἐνώπιον τῶν καταλοίπων τοῦ λαοῦ τούτου ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις, μὴ καὶ ἐνώπιόν μου ἀδυνατήσει; » Λεῖα γὰρ πάντα αὐτῷ καὶ ἱππήλατα, καί τι τῶν ἀναγκαίων ἐθέλοντι κατορθοῦν, εἴη ἄν, οἶμαι, τὸ ἀντιστατοῦν οὐδέν.

A

B

**Vers. 7, 8.** *Hæc dicit Dominus omnipotens : Ecce ego denuo salvo populum meum de terra orientis, et de terra occidentis, et adducam eos, et habitabo in medio Jerusalem, et erunt mihi in populum, et ego ero eis in Deum in veritate et justitia.*

*Τάδε λέγει Κύριος παντοκράτωρ· Ἰδοὺ ἐγὼ ἀνασώζω τὸν λαόν μου ἀπὸ γῆς ἀνατολῶν, καὶ ἀπὸ γῆς δυσμῶν, καὶ εἰσάξω αὐτοὺς, καὶ κατασκηνώσω ἐν μέσῳ Ἰερουσαλὴμ, καὶ ἔσονταί μοι εἰς λαὸν, κἀγὼ ἔσομαι αὐτοῖς εἰς Θεὸν, ἐν ἀληθείᾳ καὶ δικαιοσύνῃ.*

C

XLII. Salvavit quidem et olim Deus progeniem Israel, bello dispersos Hierosolymam congregans, et habitans inter illos, dum templum divinum instaurari, rursum sacrificiis sese placari, et precibus coli, et festis diebus agendis honorari permittit. Cæterum quod dicit se rursum salvare populum suum ex oriente et occidente, quadrabit in Emmanuelem, qui totum sub cœlo mundum vocavit, cum per fidem ceu verriculo a mundi finibus usque homines conclusit, et universam gentium multitudinem in vere sanctam et fama inclytam civitatem, quæ est « Ecclesia Dei viventis [17], » et cœlestis Jerusalem, congregavit. Habitasse autem illum in medio ejus quis dubitet? Factus est siquidem similis nostri, « et cum hominibus conversatus est [18] » in carne. Id quod per alium prophetam Deus prænuntiavit, « Confide, non dissolvantur manus tuæ. Dominus Deus tuus potens in te salvabit te, adducet super te lætitiam, et innovabit te in charitate sua [19]. » Quin et nobiscum est : non enim reliquit nos orphanos [20]; pro se autem misit Paracletum, et per ipsum adest diligentibus se, quod testatur illis verbis : « Ecce ego vobis-

ΜΒ'. Σέσωκε μὲν καὶ πάλαι Θεὸς τοὺς ἐξ αἵματος Ἰσραὴλ, κατεσκεδασμένους τῷ πολέμῳ συναγείρων εἰς Ἱεροσόλυμα, καὶ κατοικήσας ἐν αὐτοῖς, διά γε τοῦ καὶ τὸν θεῖον ἐγεῖραι ναὸν, καὶ ἐφεῖναι πάλιν αὐτοῖς ταῖς κατὰ νόμον θυσίαις καταμειλίσσεσθαί τε καὶ ἀποπεραίνειν εὐχὰς, καὶ ἀποπληροῦν ἑορτάς. Πλὴν τὸ ἀνασώζειν τὸν ἴδιον φάναι λαὸν ἐξ ἀνατολῶν καὶ δυσμῶν, πρέποι ἂν εἰκότως τῷ Ἐμμανουὴλ, ὃς πᾶσαν ἐκάλεσε τὴν ὑπ' οὐρανὸν, σαγηνεύσας διὰ τῆς πίστεως τοὺς ἐκ περάτων τῆς γῆς, καὶ πᾶσαν ἐθνῶν ἀγέλην συναγηγερκὼς εἰς τὴν ἁγίαν ἀληθῶς καὶ διαβόητον πόλιν, ἥτις ἐστὶν « Ἐκκλησία Θεοῦ ζῶντος, » ἡ ἐπουράνιος Ἱερουσαλήμ. Ὅτι δὲ καὶ ἐσκήνωσεν ἐν μέσῳ αὐτῆς, πῶς ἔστιν ἀμφιβαλεῖν; Γέγονε γὰρ καθ' ἡμᾶς, « καὶ τοῖς ἀνθρώποις συνανεστράφη » μετὰ σαρκός. Καὶ τοῦτο ἡμῖν δι' ἑτέρου προφήτου Θεὸς προανεφώνει, λέγων· « Θάρσει, Σιὼν, μὴ παρείσθωσαν αἱ χεῖρές σου. Κύριος ὁ Θεὸς δυνατὸς ἐν σοὶ σώσει σε, ἐπάξει ἐπὶ σὲ εὐφροσύνην, καὶ καινιεῖ σε ἐν τῇ ἀγαπήσει αὐτοῦ. » Ἀλλὰ καὶ σύνεστιν ἡμῖν· οὐ γὰρ ἀφῆκεν ἡμᾶς ὀρφανοὺς, πέπομφε δὲ ἡμῖν ἀνθ' ἑαυτοῦ τὸν Παράκλητον, καὶ

D

[15] Habac. I, 5; Act. XIII, 41. [16] Philipp. II, 6, 7. [17] Hebr. XII, 2. [17] I Tim. III, 15. [18] Baruch III, 38. [19] Sophon. III, 16, 17. [20] Joan. XIV, 18.

Digitized by Google

σύνεστι δι' αὐτοῦ τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτὸν, καὶ πληροφορήσει, λέγων· « Ἰδοὺ ἐγὼ μεθ' ὑμῶν εἰμι πάσας τὰς ἡμέρας, ἕως τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος. » Γέγονε τοίνυν αὐτοῦ λαὸς οἵ ποτε οὐ λαοί, καὶ οἱ τῶν λίθων προσκυνηταὶ, τὴν ἀρχαίαν καὶ βέβηλον καταμυσαττόμενοι πλάνησιν, Θεὸν αὐτὸν ἐπεγραψάμεθα, καὶ τοῦτον « ἐν ἀληθείᾳ καὶ δικαιοσύνῃ. » Οὐ γὰρ ἐν ἴσῳ τοῖς τοῦ γράμματος φίλοις, τύποις καὶ σκιαῖς προσκείμεθα, παραδεξάμενοι δὲ μᾶλλον εἰς νοῦν καὶ καρδίαν τὴν τῶν εὐαγγελικῶν κηρυγμάτων λαμπρότητα, τὴν ἀληθῆ τελοῦμεν λατρείαν, καὶ τῆς ἀνδανούσης αὐτῷ δικαιοσύνης ἀπρὶξ ἐχόμενοι, τὴν ἐν πνεύματι πληροῦμεν προσκύνησιν. « Πνεῦμα γὰρ ὁ Θεὸς, » καθά φησιν αὐτὸς ὁ Υἱὸς, « καὶ τοὺς προσκυνοῦντας αὐτὸν, ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ δεῖ προσκυνεῖν. »

A cum sum omnibus diebus, usque ad consummationem sæculi [31]. » Factus est igitur populus ejus, qui aliquando non populus [32] : et qui lapides adorare solebamus, veterem et impurum errorem detestantes, ipsum nobis Deum ascivimus, et hunc « in veritate et justitia. » Non enim sicut quibus littera cordi est, typis et umbris adhæremus : quin potius admissa in animum evangelicarum prædicationum claritate, **719** verum cultum exhibemus, et quam ille probat justitiæ affixi, adorationem in spiritu præstamus. « Spiritus enim est Deus, » ut ipse Filius dixit : « et adorantes eum, in spiritu et veritate oportet adorare [33]. »

*Τάδε λέγει Κύριος παντοκράτωρ· Κατισχυέτωσαν αἱ χεῖρες ὑμῶν τῶν ἀκουόντων ἐν ταῖς ἡμέραις ταύταις τοὺς λόγους τούτους ἐκ στόματος τῶν προφητῶν, ἀφ' ἧς ἡμέρας τεθεμελίωται ὁ οἶκος Κυρίου παντοκράτορος, καὶ ὁ ναὸς ἀφ' οὗ ᾠκοδόμηται.*

B Vers. 9. *Hæc dicit Dominus omnipotens : Confortentur manus vestræ, qui auditis in diebus istis sermones hos ex ore prophetarum, ex qua die fundata est domus Domini omnipotentis, et templum ex quo ædificatum est.*

ΜΓ'. Ὑπισχνεῖται μὲν τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτὸν ὁ τῶν ὅλων Θεὸς τὰ ὑπὲρ ἐλπίδα πολλάκις, ψευδομυθεῖ δὲ οὐδαμῶς, ἀλλ' ἰδίᾳ δυνάμει καὶ ἀπορρήτοις τισὶν ἐνεργείαις ἀποπεραίνει κατὰ καιροὺς, ἅπερ ἂν βούλοιτο, καὶ λίαν ἀκονιτί. Πρέποι δ' ἂν ἡμᾶς οὐκ ἀσθενοῦντας τῇ πίστει, πάντη τε καὶ πάντως ἐπιμαρτυρεῖν αὐτῷ, τὸ πάντα δύνασθαι διαπεραίνειν εὐκόλως· ἀνδρίζεσθαι δὲ πρὸς ἔργα δι' ὧν ἐσόμεθα λαμπροὶ, καὶ τὸν εὐκλεῆ τῆς ἐπιεικείας ἀποκερδανοῦμεν στέφανον, καταπείθεσθαί τε τοῖς παρ' αὐτοῦ λόγοις, καὶ ποδηγοὺς ποιεῖσθαι σπουδάζειν τοὺς, οἵπερ ἂν εἶεν κατὰ καιροὺς τῶν θείων ἡμῖν θεσπισμάτων ἀπλανέστατοι διακομισταί. Κατεπηγγέλλετο δὲ ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς διὰ τῶν ἁγίων προφητῶν τὰ ἐκ τῆς ἐνανθρωπήσεως ἀγαθὰ, καὶ ὅσον μὲν ἥκει εἰς ἀνθρωπίνας ἐννοίας, ἀπιστίαν, ὡς ἔφην, οὐ μακρὰν τὸν λόγον ἐτίθει, τῶν χαρισμάτων τὸ μέγεθος ἀφηγούμενος. Ἀλλ' ἐν πίστει πεποιήμεθα καὶ τὰ ὑπὲρ ἔννοιαν, τοῖς τῆς εὐσεβείας ὑφηγηταῖς εὐαφῆ τρόπον τινὰ καὶ εὐήνιον τὸν τῆς διανοίας δεδωκότες αὐχένα. Καιρὸς δὲ ὁ πρέπων ταῖς τῶν ἀγαθῶν χορηγίαις, καὶ τῇ παρ' ἡμῶν αὐτῶν ὑποταγῇ τῆς Ἐκκλησίας ἡ ἀνάδειξις. Θέα γὰρ ὅπως καὶ τὰ πρὸς ἡμῶν προσέταττεν ὁ τῶν ὅλων Θεὸς κατισχύειν, καὶ ἔργα πληροῦν, καὶ τοῖς τῶν προφητῶν κατατίθεσθαι λόγοις, « ἀφ' ἧς ἡμέρας τεθεμελίωται ὁ οἶκος Κυρίου παντοκράτορος, καὶ ὁ ναὸς ἀφ' οὗ ᾠκοδόμηται. »

XLIII. Diligentibus se universorum Deus crebro omni spe majora promittit, nec fallit ullo modo, sed virtute sua et inexplicabilibus quibusdam efficientiis præstat suis temporibus, et facillime quæ voluerit. Decet autem nos in fide non labantes testimonium dare, eum efficere omnia nullo negotio posse : et viros nos præbere ad opera per quæ claritudinem consequemur, et probitatis coronam gloriosam acquiremus ; obtemperare demum ejus sermonibus, et studere duces sequi illos qui per tempora nobis divina oracula nulla erroris suspicione apportant et explanant. Promisit autem Dominus noster Jesus Christus per sanctos prophetas bona ex incarnatione promanatura, et quod ad cogitationes quidem humanas attinet, incredibilem orationem attulit, ut dixi paulo ante, cum magnitudinem beneficiorum exponerem. Verum fidei mandavimus quæ in cogitationem nostram non cadebant, pietatis ducibus cervicem mentis nostræ quodammodo contrectabilem et habenis facile parentem subjicientes. Tempus autem bonorum largitioni et obedientiæ nostræ opportunum, est Ecclesia proposita. Vide enim quomodo et quæ officii nostri sunt, universorum Deus confortare jubet, et opera obire, et prophetarum dictis assentiri, « a die quo fundata est domus Domini omnipotentis, et ex quo templum ædificatum est. »

*Διότι πρὸ τῶν ἡμερῶν τούτων ὁ μισθὸς ἀνθρώπων οὐκ ἔσται εἰς ὄρησιν, καὶ ὁ μισθὸς τῶν κτηνῶν οὐχ ὑπάρξει, καὶ τῷ ἐκπορευομένῳ καὶ τῷ εἰσπορευομένῳ οὐκ ἔσται εἰρήνη ἀπὸ τῆς θλίψεως. Καὶ ἐξαποστελῶ πάντας τοὺς ἀνθρώπους, ἕκαστον πρὸς τὸν πλησίον αὐτοῦ.*

Vers. 10. *Quia ante dies illos merces hominum non erit in lucrum, et merces jumentorum non subsistet, et egredienti et ingredienti non erit pax præ tribulatione. Et emittam omnes homines, unumquemque ad proximum suum.*

ΜΔ'. Ἡ τῶν Ἑβραίων ἔκδοσις οὐχ ὡς ἐπὶ μέλλοντος καιροῦ ποιεῖται τοὺς λόγους, χρόνον δὲ τίθησι τὸν παρῳχηκότα. « Πρὸ γὰρ τῶν ἡμερῶν ἐκείνων,

XLIV. Hebræa editio non habet verbum futuri temporis, sed præteriti. Ait enim, « Ante dies illos merces **720** hominum non erat in lucrum, et merces

[31] Matth. xxviii, 20. [32] Osee ii, 23. [33] Joan iv, 24.

Digitized by Google

jumentorum non erat. » Et, « Ingredienti et egredienti non erat pax. » Est autem valde consentanea oratio, cujus veritatem narrationis auctoritas confirmat. Tale enim quiddam significare vult. Venerunt Babylone in sanctam civitatem Israelitæ, sed in loco non erat eis sanctificatio, templo pridem diruto : non erat sacrificium et libatio, altari everso. Deinde hortatus est eos universorum Deus ut ante omnia ipsis tam necessariorum curam præcipuam gererent, templumque de integro construerent, divinumque in eo altare rursus erigerent, ut legibus instituta decentissime peragere, et universorum Deum conciliare possent. Ast illi variis de causis differebant, nunc pecuniæ fingentes inopiam, nunc ædificare prohibentium perversitatem prætexentes. Et cum insuper Deum offenderent, crebris et alia post aliam plagis feriebantur, sterilitatibus, inquam, cœli corruptionibus, et vicinorum populorum impressionibus et incursionibus. Criminis autem loco universorum Deus illis inertiam objicit, ita per prophetam Aggæum loquens : « Populus hic dicit : Non venit tempus ædificandi domum Domini. Si tempus quidem vobis est habitare in domibus concavis, domus autem Domini ista non ædificata est [11]. » Cum enim, ut dixi, in socordiam et negligentiam maxime conducibilium præcipitassent, crebris egestatibus et bellis a vicinis multabantur. Postquam autem templum reædificarunt, supplicia desierunt, et suppetebant illis omnia, utebanturque rebus secundissimis. Idcirco ait : « Ante dies istos, » hoc est, priusquam erigeretur templum, « merces hominum non erat ad lucrum, et merces jumentorum non erat. » Agricolæ enim sine mercede, et nullis plane fructibus collectis, cum bobus una delassatis ab agro discedebant. « Sed neque ingredientibus aut egredientibus pax erat. » Ingredientes et egredientes de urbe in urbem aliquando, aut mercaturæ faciendæ, aut alius negotii causa proficiscentes nominat. Itaque nec illis pax, inquit, a finitimis populis qui vexabant, ut dixi, Israel, et quilibet consanguineum seu fratrem seu vicinum ut hostem capitalem intuebatur.

Sciendum vero, priusquam hominis naturam Dei Filius susciperet, et Ecclesia constitueretur, nullam fuisse mercedem hominibus, neque **721** jumentis. Nam in hac vita ratione excellentes, et prudentiæ opinione insignes, et qui homines numerari possent, infructuosam et inutilem operam in discipulis ponebant, et neque singulare quippiam litteris consignabant, neque aliis aut intelligendo, aut loquendo prodesse poterant. Similiter qui vulgari et pecudum more vitam ducebant, absque mercede permanebant : nequibant enim quidquam Deo probatum agere. Sed neque erat omnino pax in terra, grege dæmonum omnia permiscente et mundum tumultu implente, ut

[11] Agg. I, 3, 4.

A φησιν, ὁ μισθὸς τῶν ἀνθρώπων οὐκ ἦν εἰς ὄνησιν, καὶ ὁ μισθὸς τῶν κτηνῶν οὐχ ὑπῆρχε. » Καὶ πάλιν, « Τῷ ἐκπορευομένῳ καὶ τῷ εἰσπορευομένῳ οὐκ ἦν εἰρήνη. » Ἔχει δὲ καὶ σφόδρα τὸ εἰκὸς ὁ λόγος, καὶ τὸ ἀληθὲς ἐν τούτοις παρίστησι τῶν διηγημάτων ἡ δύναμις. Βούλεται γάρ τι τοιοῦτον ὑποδηλοῦν. Ἦκον μὲν γὰρ ἐκ Βαβυλῶνος εἰς τὴν ἁγίαν πόλιν οἱ ἐξ Ἰσραήλ· ἀλλ' οὐκ ἦν αὐτοῖς ἁγίασμα τῷ τόπῳ, κατασεσεισμένου τοῦ πάλαι ναοῦ· οὐκ ἦν θυσία καὶ σπονδὴ, μὴ ἑστῶτος θυσιαστηρίου. Εἶτα προὔτρεπεν ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, τῶν οὕτως αὐτοῖς ἀναγκαίων προὐργιαιτάτην θέσθαι φροντίδα, καὶ ἀναδείμασθαι μὲν τὸν ναὸν, ἀνορθῶσαι δὲ καὶ τὸ θεῖον ἐν αὐτῷ θυσιαστήριον, ὡς ἂν ἔχοιεν ἀποπεραίνειν εὖ μάλα τὰ νενομισμένα, καὶ καταμειλίσσεσθαι τὸν τῶν ὅλων

B Θεόν. Οἱ δὲ ποικίλως διανεβάλ[λ]οντο, ποτὲ μὲν χρημάτων πλαττόμενοι σπάνιν, ποτὲ δὲ τῶν κωλυόντων οἰκοδομεῖν δυστροπίας προφασιζόμενοι. Εἶτα προσκρούοντες πρὸς τοῦτο Θεῷ, συχναῖς καὶ ἀλλεπαλλήλοις ἐπαίοντο πληγαῖς, ἀκαρπίαις δὴ λέγω, καὶ ἀνεμοφθορίαις, καὶ τῶν ὁμόρων ἐθνῶν ἐφόδοις καὶ καταδρομαῖς. Ἐπίκλημα δὲ αὐτοῖς ἐποιεῖτο ὁ τῶν ὅλων Θεὸς τὸ ῥᾴθυμον, οὕτω λέγων διὰ φωνῆς Ἀγγαίου τοῦ προφήτου· « Ὁ λαὸς οὗτος λέγουσιν· Οὐχ ἥκει ὁ καιρὸς τοῦ οἰκοδομῆσαι τὸν οἶκον Κυρίου. Εἰ καιρὸς μὲν ὑμῖν ἐστι τοῦ οἰκεῖν ἐν οἴκοις κοιλοστάθμοις, ὁ δὲ οἶκος Κυρίῳ οὐκ ᾠκοδόμηται. » Ἀναπεπτωκότες γὰρ, ὡς ἔφην, εἰς ῥᾳθυμίας, ταῖς τῶν ἀναγκαίων ἐνδείαις κατεπαίοντο συνεχῶς καὶ πολέμοις τοῖς γείτοσιν. Ἐπειδὴ δὲ ἀνεγηγέρκασι τὸν

C ναὸν, πέπαυται τὰ ἐξ ὀργῆς, πάντα δὲ ἦν ἅλις αὐτοῖς, καὶ πολὺ τῆς εὐημερίας παρέκειτο πλάτος. Ταύτῃ τοι φησί· « Πρὸ τῶν ἡμερῶν τούτων, » τουτέστι, πρὶν ἀναστῆναι τὸν ναὸν, « ὁ μισθὸς τῶν ἀνθρώπων οὐκ ἦν εἰς ὄνησιν, καὶ ὁ μισθὸς τῶν κτηνῶν οὐχ ὑπῆρχεν. » Ἄμισθοι γὰρ οἱ γηπόνοι, καὶ οὐδὲν ὅλως συναγηγερκότες, ὁμοῦ τοῖς συγκεκμηκόσι βουσὶν ἀπηλλάττοντο τῶν ἀγρῶν. « Ἀλλ' οὐδὲ τοῖς ἐκπορευομένοις ἢ τοῖς εἰσπορευομένοις ἦν εἰρήνη. » Εἰσπορευομένους δὲ καὶ ἐκπορευομένους τοὺς ἐκ πόλεως εἰς πόλιν ἰόντας ἔσθ' ὅτε φησὶν, ἢ τὸ ἐμπορικὸν ἔχοντας ἐπιτήδευμα, ἦγουν καὶ ἑτέρων ἕνεκα πραγμάτων. Οὐκοῦν οὐδὲ ἐκείνοις εἰρήνη, φησὶ, τῶν ὁμόρων ἐθνῶν ἐκλελυπηκότων, ὡς ἔφην, ἔτι τὸν Ἰσραὴλ, καὶ ἑκάστου βλέποντος ὡς ἕνα τῶν ὅτι μάλιστα ἐχθρῶν τὸν ἐγγὺς ἐξ αἵματος, ἢ καὶ ἀδελφὸν, ἢ καὶ γείτονα.

D Ἰστέον δὲ, ὅτι πρὶν ἐνανθρωπῆσαι τὸν Μονογενῆ, καὶ ἀναδειχθῆναι τὴν Ἐκκλησίαν, οὐδεὶς ἦν τοῖς ἀνθρώποις μισθὸς, οὔτε μὴν τοῖς κτήνεσιν. Οἵ τε γὰρ ἐν τῷδε τῷ βίῳ λογικώτεροι, καὶ συνέσεως ἔχοντες δόξαν, οἵ δὴ καὶ ἄνθρωποι νομισθεῖεν ἄν, ἀκερδῆ καὶ ἄχρηστον τὴν ἐν τοῖς λόγοις εἶχον σπουδὴν, οὔτε συγγράφοντές τι τῶν ἀναγκαίων, οὔτε μὴν νοεῖν ἢ λαλεῖν ἑτέροις δυνάμενοι. Ὁμοίως δὲ καὶ οἱ τὸν ἀγελαῖον καὶ κτηνώδη τρίβοντες βίον ἄμισθοι διετέλουν· οὐ γὰρ ἦν ἐργάσασθαί τι τῶν ἐπαινουμένων παρὰ Θεῷ. Ἀλλ' οὐδὲ ἦν ὅλως ἐπὶ γῆς εἰρήνη, τῆς τῶν δαιμονίων ἀγέλης διακυκώσης τὰ πάντα, καὶ θορύβου μεστὴν ἀποφαινούσης τὴν γῆν,

Digitized by Google

ὡς εἶναι τὰ πάντων πράγματα καὶ μέντοι τὰς διανοίας ὡς ἐν δονήσει καὶ σάλῳ, καὶ τὸ βεβηκὸς οὐκ ἔχειν.

A res atque adeo mentes omnium velut quassarentur et fluctibus pulsarentur, nec firmitudinis quidquam haberent.

*Καὶ νῦν οὐ κατὰ τὰς ἡμέρας τὰς ἔμπροσθεν ἐγὼ ποιήσω τοῖς καταλοίποις τοῦ λαοῦ τούτου, λέγει Κύριος παντοκράτωρ· ἀλλ' ἢ δείξω εἰρήνην. Ἡ ἄμπελος δώσει τὸν καρπὸν αὐτῆς, καὶ ἡ γῆ δώσει τὰ γεννήματα αὐτῆς, καὶ ὁ οὐρανὸς δώσει τὴν δρόσον αὐτοῦ, καὶ κατακληρονομήσω τοῖς καταλοίποις τοῦ λαοῦ μου τούτου ταῦτα πάντα.*

VERS. 11, 12. *Et nunc non juxta dies qui ante fuerunt ego faciam reliquiis populi hujus, dicit Dominus omnipotens : sed monstrabo pacem. Vinea dabit fructum suum, et terra dabit germina sua, et cœlum dabit rorem suum, et possidere faciam reliquias populi mei omnia hæc.*

ΜΕ'. Συμμεθίστησι ταῖς ὀργαῖς καὶ τὰ ἐξ αὐτῶν συμβαίνοντα, καὶ ἀποδραμεῖσθαί φησιν ὁμοῦ τοῖς τῶν πλημμελημάτων καιροῖς τὰς δίκας. Πεπαυμένης γὰρ τῆς ἁμαρτίας, μᾶλλον δὲ ἤδη ποινὰς τὰς ὑπὲρ αὐτῆς ἐκτετικότος τοῦ Ἰσραὴλ, καταλήξειν ἔφη τὰς συμφορὰς, καὶ μάλα εἰκότως, καὶ ἀπράκτήσειν ἔτι B τὴν τῶν ἀνιαρῶν ἔφοδον. Βεβούλευται γὰρ ἐπ' αὐτοῖς οὐκ ἀδελφὰ τοῖς πρώτοις, ἀλλ' ὅσα βλέπει πρὸς ἡμερότητα. Ταῦτα δὲ ἦν εἰρήνης ἐπίδοσις, καὶ ἀμφιλαφὴς τῶν ἡδίστων αὐτοῖς χορηγία, ὡς εὔβοτρυν μὲν ὁρᾶσθαι τὴν ἄμπελον, βαθὺ δὲ κομῶσι λῃστοις τὴν ἀρόσιμον γῆν τοὺς τῶν γηπόνων ἱδρῶτας ἀμείβεσθαι, οὐρανοῦ δηλονότι μονονουχὶ καὶ συνθέοντος, καὶ δρόσοις καταπιαίνοντος ἀγροὺς καὶ τὰ ἐν αὐτοῖς. Ἕψεται γὰρ πάντως τοῖς τοῦ Δεσπότου νεύμασιν οὐρανός τε καὶ γῆ, καὶ ἁπλῶς ἡ κτίσις. Κλῆροι δὲ ταῦτα τῷ Ἰσραὴλ, Θεοῦ κατευρύνοντος τὴν εὐημερίαν, καὶ παντὸς ἀνιαροῦ ἀπαλλάττοντος.

XLV. Cum ira etiam inde provenientia submovet, et ait, cum temporibus peccandi simul pœnas recessuras. Facto enim fine peccandi, imo Israele jam plagis propter peccatum punito, desituras promittit calamitates, juste admodum, et in posterum nihil triste in eos incursurum : decrevisse enim in illos priorum dissimilia, ex media nimirum mansuetudine. Hæc erant, pacis incrementum, et rerum ipsis jucundissimarum larga suppeditatio, ut vinea botris frequens cerneretur, arva densis segetibus colonorum sudoribus responderent, cœlo utpote quasi concurrente, et roribus rura, et ruris opes ad pinguitudinem nutriente. Plane enim Domini nutus cœlum et terra, et generatim creatura omnis sequitur. Hæ fuerunt sortes Israel, Deo felicitatem dilatante, et omni molestia liberante.

Ἁρμόσειε δ' ἂν ὁ ἐπὶ τῷδε λόγος τῷ πάντων ἡμῶν Σωτῆρι Χριστῷ. Πρὸ μὲν γὰρ τῶν τῆς ἐπιδημίας καιρῶν ἐβαδίζομεν ἕκαστος κατὰ τὸ αὐτῷ δοκοῦν, κτηνώδη καὶ ἀλογώτατον διαβιοῦντες βίον, καὶ ταῖς τῶν δαιμονίων ἀπάταις συνεζευγμένοι. Ἐπεὶ δὲ πεπτωκότας μονονουχὶ, καὶ κατερριμμένους εἰς γῆν, καὶ ὑπὸ πόδας ὄντας ἐχθρῶν ὤκτειρεν ὁ Πατὴρ, οὐκέτι « πεποίηκεν ἡμῖν κατὰ τὰς ἡμέρας τὰς ἔμπροσθεν. » Οὐ γὰρ περιεῖδεν ἔτι πλεονεκτουμένους, καὶ ὑπὸ τυράννῳ πράττοντας ὠμῷ, πρὸς πᾶν ὁτιοῦν τῶν αἰσχίστων ἡμᾶς ἀποφέροντι· δέδωκε δὲ μᾶλλον ἡμῖν τὴν ἐξ οὐρανῶν εἰρήνην τουτέστι Χριστὸν, ὃς καὶ ἀπάσης ἡμῖν τῆς εὐκαρπίας τῆς νοητῆς δεδώρηται χορηγίαν. Ἐμπεπλήσμεθα γὰρ σίτου τε καὶ οἴνου, καὶ δεδώρηκεν ἡμῖν ἡ ἄμπελος ἡ ἀληθινὴ, τουτέστι, Χριστὸς, τὸν ἑαυτῆς καρπὸν, τὸν εὐφραίνοντα καρδίαν ἀνθρώπου, κατὰ τὸ γεγραμμένον. Αὐτὸς δὲ ὑπάρχει καὶ ὁ κόκκος τοῦ σίτου, καὶ τὸ δράγμα τὸ ἱερόν· αὐτὸς ἡμῖν ἀπεφάνθη ζωὴ, ἀπέδειξε δὲ καὶ εὐανθεστάτους, ταῖς ἐξ οὐρανοῦ καταπιαίνων δρόσοις, δῆλον δὲ ὅτι ταῖς νοηταῖς καὶ διὰ τοῦ πνεύματος, ὧν καὶ ὁ Θεσπέσιος Δαβὶδ διαμέμνηται, λέγων· « Ὡς δρόσος Ἑρμὼν ἡ καταβαίνουσα ἐπὶ τὰ ὄρη Σιών. » Ταῦτα δὲ ἡμῖν ἐν κλήρου μοίρᾳ παρὰ Θεοῦ, καὶ μερὶς ἀγαθὴ, ἐπείτοι γεγόναμεν Ἰσραὴλ, τουτέστι, νοῦς ὁρῶν Θεόν· τεθεάμεθα γὰρ ἐν Υἱῷ τὸν Πατέρα.

Sermo hic Christo Salvatori omnium nostrum aptabitur. Nam ante tempora adventus ejus ambulabamus unusquisque juxta arbitrium suum, vitam pecudum et a ratione alienissimam viventes, et dæmonum fraudibus irretiti [28]. Ast ubi collapsos quodammodo, et prostratos, et sub inimicorum pedibus jacentes miseratus est Pater, non amplius « fecit nobis secundum dies priores. » **722** Non enim passus est nos ultra subjugari, et sub crudeli tyranno degentes, ad quidvis indignissimum abduci ; sed pacem de cœlo impertivit, hoc est Christum, qui et omnis fertilitatis quæ mente comprehenditur ubertatem nobis largitus est. Repleti enim sumus frumento et vino [29] : et dedit nobis vera vitis [27], hoc est, Christus fructum suum lætificantem cor hominis, sicut scriptum est [30]. Ipse est et granum frumenti [29], et sacer manipulus; ipse factus est nobis vita [30], reddiditque florentissimos cœlesti rore inebrians, intelligibili, inquam, et spirituali, cujus et divinus David meminit : « Sicut ros Hermon, qui descendit super montes Sion [31-33]. » Hæc nobis a Deo sors et pars bona contigit, postquam facti sumus Israel, hoc est, mens Deum videns : in Filio enim Patrem vidimus [33].

*Καὶ ἔσται ὃν τρόπον ἦτε ἐν κατάρᾳ ἐν τοῖς ἔθνεσιν, ὁ οἶκος Ἰούδα καὶ οἶκος Ἰσραὴλ, οὕτως*

VERS. 13. *Et erit sicut eratis in maledictione inter gentes, domus Juda et domus Israel, sic salvabo vos,*

[28] Ephes. II, 2, 3. [29] Joel II, 19. [27] Joan. XV, 1. [30] Psal. CIII, 15; Eccl. XL, 20. [29] Joan. XII, 24, 25. [30] Joan. XI, 25. [31-33] Psal. CXXXII, 3. [33] Joan. XIV, 9.

Digitized by Google

*et eritis in benedictione. Confidite et confortamini in manibus vestris.*

XLVI. In captivitatem ducti Israelitæ, et victorum iniqua imperia perferentes, etiam maledicti sunt vocati, dicentibus quibusdam, quod a vero non abhorret, Ne mihi contingat quod Israeli. Ubi autem eos salvavit misericors Deus, et in pristina bona sunt restituti, cum calamitatibus opinionem quoque maledictorum habere desierunt. Benedicti sunt enim, et æque ut olim beati fuerunt; Deo supernis bonis eos oblectante, et totius securitatis velut campos ipsis pandente.

Quod in nobis ipsis verum conspicitur. Eramus enim maledicti, gregibus dæmonum subditi, et ad omne genus improbitatis illorum scelere devoluti [35]. Ast ubi Deum universorum opificem cognovimus, et a Christo cogniti sumus, tunc, tunc cantare intra nosmetipsos didicimus : « Benedicti nos a Domino, qui fecit cœlum et terram [36]. » Quoniam autem ad tantum honorem et gloriam vocati sumus, bonis operibus operam dare nos necesse est, et affectiones vitiosas viriliter debellare, et peccatum exsecrari, et in evangelicis legibus servandis excellere, et ad id quod Deo gratum est rite efficiendum incumbere. Audivimus enim acclamantem nobis, **723** « Confidite et confortamini in manibus vestris. » Adepti porro sumus a Christo, ut confidere debeamus : vicit enim pro nobis mundum [36], et conculcavit hostes, et templum suum a morte invictum ostendit, et iniquitatis os obturavit, ut et nos in his clarescamus [37]. Vicit enim, ut dixi, non sibi, sed nobis infirmis, quibus bona victoriæ suæ comparavit.

VERS. 14, 15. *Quia hæc dicit Dominus omnipotens : Sicut cogitavi ut affligerem vos, cum provocassent ad iram me patres vestri, dicit Dominus omnipotens, et non me pœnituit ; sic paratus sum, et cogitavi in diebus istis, ut benefaciam Jerusalem et domui Juda. Confidite.*

XLVII. Divinis consiliis nihil posse obsistere, rursum etiam ex his liquet. Quod enim Deus decreverit, et voluerit facere, id profecto prorsus eveniet. Sic enim per Isaiam loquitur, naturæ suæ vires potentissimas demonstrans : « Et dixi : Omne consilium meum stabit, et omnia quæcunque cogitavi faciam [38]. » Quocirca ex iis quæ ipsos divina ira sæviente perpeti contigit, ex his ipsis, inquam, apertissime licet intelligere, etiam lætitiæ viam eis dilatari, volente Deo et felicitatem indulgente, imo ex benignitate sua cupiente potius ut omnibus bonis redundent. Quemadmodum enim, inquit, volentem vos affligere propter multa peccata vestra nihil cohibuit : ita et bona cogitanti et satis afflictos misericordia prosequi volenti nihil

διασώσω ὑμᾶς, καὶ ἔσεσθε ἐν εὐλογίᾳ. Θαρσεῖτε καὶ κατισχύετε ἐν ταῖς χερσὶν ὑμῶν.

ΜΖ'. Αἰχμάλωτοι γεγονότες οἱ ἐξ Ἰσραὴλ, καὶ ταῖς τῶν ἐλόντων πλεονεξίαις ἐνειλημμένοι, κεχρηματίκασι καὶ ἐπάρατοι, φασκόντων τινῶν, κατά γε τὸ εἰκός· Οὕτω μὴ γενοίμην ὡς ὁ Ἰσραήλ. Ἐπειδὴ δὲ σέσωκέ τε αὐτοὺς ὁ φιλοικτίρμων Θεὸς, καὶ ἐν τοῖς ἀρχαίοις γεγόνασιν ἀγαθοῖς, συναποβεβλήκασι ταῖς συμφοραῖς καὶ τὸ δοκεῖν εἶναι κατηραμένοι. Ηὐλόγηνται γὰρ, καὶ οὐδὲν ἧττον γεγόνασι ζηλωτοὶ καθὰ καὶ πάλαι, Θεοῦ κατευφραίνοντος τοῖς ἄνωθεν ἀγαθοῖς, καὶ ἁπάσης αὐτοῖς εὐθυμίας ἁπλοῦντος τὴν μέθεξιν.

Τοῦτο δὲ αὐτὸ καὶ ἐφ' ἡμῶν αὐτῶν ἀληθὲς ὂν ὁρᾶται πάλιν. Ἦμεν γὰρ ἐπάρατοι, ταῖς τῶν δαιμονίων ἀγέλαις ὑπεζευγμένοι, καὶ πρὸς πᾶν εἶδος φαυλότητος διὰ τῆς ἐκείνων δυστροπίας κατενηνεγμένοι. Ἐπειδὴ δὲ Θεὸν ἐγνώκαμεν τὸν τῶν ὅλων δημιουργὸν, καὶ ἐγνώσθημεν τῷ Χριστῷ, τότε δὴ, τότε καὶ ἀναμέλπειν ἐφ' ἑαυτοῖς δεδιδάγμεθα· « Εὐλογημένοι ἡμεῖς τῷ Κυρίῳ τῷ ποιήσαντι τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν. » Ἐπειδὴ δὲ εἰς τοῦτο κεκλήμεθα τιμῆς τε καὶ δόξης, φιλεργεῖν ἀναγκαῖον, καὶ κατανδρίζεσθαι τῶν παθῶν, καὶ στυγητὴν ποιεῖσθαι τὴν ἁμαρτίαν, καὶ τοῖς εὐαγγελικοῖς ἐμπρέπειν νόμοις, καὶ ἐπείγεσθαι κατορθοῦν τὸ ἀρέσκον τῷ Θεῷ. Ἀκηκόαμεν γὰρ ἐπιφωνοῦντο : ἡμῖν· « Θαρσεῖτε καὶ κατισχύετε ἐν ταῖς χερσὶν ὑμῶν. » Ἐσχήκαμεν δὲ παρὰ Χριστοῦ τὸ χρῆναι θαρσεῖν· νενίκηκε γὰρ ὑπὲρ ἡμῶν τὸν κόσμον, καὶ πεπάτηκεν ἐχθροὺς, καὶ θανάτου κρείττονα τὸν οἰκεῖον ἔδειξε ναὸν, καὶ τὸ τῆς ἀνομίας ἐνέφραξε στόμα, ἵνα καὶ ἡμεῖς δι' αὐτὸν ἐν τούτοις εὐδοκιμῶμεν. Νενίκηκε γὰρ, ὡς ἔφην, οὐχ ἑαυτῷ μᾶλλον, ἀλλ' ἡμῖν τοῖς ἠσθενηκόσι, τὰ ἐκ τοῦ νικῆσαι κατορθῶν ἀγαθά.

*Διότι τάδε λέγει Κύριος παντοκράτωρ· Ὃν τρόπον διενοήθην τοῦ κακῶσαι ὑμᾶς, ἐν τῷ παροργίσαι με τοὺς πατέρας ὑμῶν, λέγει Κύριος παντοκράτωρ, καὶ οὐ μετενόησα· οὕτω παρατέταγμαι καὶ διανενόημαι ἐν ταῖς ἡμέραις ταύταις, τοῦ καλῶς ποιῆσαι τὴν Ἱερουσαλὴμ καὶ τὸν οἶκον Ἰούδα. Θαρσεῖτε.*

ΜΖ'. Ὅτι ταῖς θείαις βουλαῖς τὸ ἀντιστατοῦν οὐδὲν, κἀκ τῶνδε δὴ πάλιν ἐφίησι νοεῖν. Ὃ γὰρ ἂν βουλεύσαιτο Θεὸς, καὶ ἕλοιτο πληροῦν, τοῦτο δὴ πάντως ἐκβήσεται. Οὕτω που καὶ διὰ φωνῆς Ἡσαΐου φησὶ, τῆς αὐτοῦ φύσεως τὸ παναλκὲς ἀποφαίνων· « Καὶ εἶπα· « Πᾶσά μου ἡ βουλὴ στήσεται, καὶ πάντα ὅσα βεβούλευμαι ποιήσω. » Οὐκοῦν ἐξ ὧν συνέβη παθεῖν αὐτοὺς ἐπενηνεγμένης τῆς θείας ὀργῆς, ἐκ τούτων αὐτῶν συνιέναι, καὶ μάλα σαφῶς, ἔστιν, ὅτι καὶ ἡ τῆς εὐθυμίας αὐτοῖς κατευρύνεται τρίβος ἐθέλοντός γε αὐτοῦ καὶ ἐφιέντος εὐημερεῖν, μᾶλλον δὲ καὶ ὀρέγοντος φιλανθρωπίᾳ τὸ ἐν παντὶ χρῆναι γενέσθαι καλῷ. Ὥσπερ γὰρ, φησὶ, κακοῦν ὑμᾶς ἐθέλοντα διὰ πολλὴν ἁμαρτίαν ἀπεῖρξεν οὐδέν· οὕτω καὶ χρηστὰ βουλευομένῳ, καὶ κατοικτείρειν

[35] II Petr. II, 12 14. [36] Psal. CXIII, 15. [37] Joan. XVI, 33. [38] Psal. CVI, 2 seqq. [39] Isa. XLVI, 10.

Digitized by Google

ἐθέλοντι πεπονθότας ἀρκούντως οὐδὲν ἔσται τὸ ἐμποδών. « Παρατέταγμαι γὰρ εὖ ποιῆσαι τὴν Ἱερουσαλὴμ καὶ τὸν οἶκον Ἰούδα. » Ἐμφαντικὴ δὲ λίαν ἡ λέξις. Οὐ γὰρ ἔφη μόνον, ὅτι Βεβούλευμαι καὶ διανενόημαι τυχὸν, ἀλλ' εἰς τοῦτο προῆλθον γνώμης καὶ τῆς ἐφ' ὑμῖν ἡμερότητος, ὥστε καὶ παρατέταγμαι· τοῦτο δέ ἐστι σκέψεως ἐντόνου μήνυσις ἐναργής. Κατασφραγίζει δὲ τὴν ὑπόσχεσιν εἰς ἀλήθειαν, τὸ « Θαρσεῖτε » προστιθείς.

A erit impedimento. « Paratus sum enim benefacere Jerusalem et domui Juda. » Magna est in voce emphasis. Non enim tantum ait, puta, Deliberavi et cogitavi, sed eo processi voluntatis et mansuetudinis erga vos, ut et me paraverim, seu instruxerim, quæ est intentæ commentationis minime dubia significatio. Obsignat autem promissionis veritatem, adjiciendo, « Confidite. »

Οὕτω καὶ ἡμᾶς αὐτοὺς διὰ τῆς πίστεως κεκλημένους εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἀσφαλίζεται Χριστός. Ὥσπερ γὰρ πρὸ τῆς κλήσεως πρὸς πᾶν εἶδος φαυλότητος κατωλισθηκότας, παραδέδωκε μὲν εἰς ἀδόκιμον νοῦν, ἐκάκωσε δὲ δι' ἀκαθαρσίαν· οὕτω καὶ ἐν ταῖς ἡμέραις ταύταις διενοήθη τε καὶ παρατέτακται, καθά φησιν αὐτὸς, εἰς γε τὸ εὖ ποιῆσαι τὴν Ἐκκλησίαν καὶ τὸν οἶκον Ἰούδα, τουτέστιν, ἡμᾶς τοὺς ἐξομολογουμένους αὐτῷ, εὐφημίαις καταγεραίροντας ὡς Δεσπότην, ὡς Σωτῆρα καὶ Λυτρωτήν· *αἴνεσις* γὰρ ὁ Ἰούδας ἑρμηνεύεται. Οἶκος δὲ Ἰούδα καὶ ἑτέρως νοοῖτ' ἂν ἡ Ἐκκλησία. Κεχρημάτικε γὰρ οἶκος Χριστοῦ, ὃς ἀνατέταλκεν ἐξ Ἰούδα, κέκληται δὲ οὕτω καὶ παρὰ τῇ θεοπνεύστῳ Γραφῇ. Καὶ γοῦν ὁ πατριάρχης Ἰακὼβ οὕτως αὐτοῦ διαμέμνηται, λέγων· « Ἰούδα, σὲ αἰνέσαιαν οἱ ἀδελφοί σου. » Καὶ πάλιν· « Ἐκ βλαστοῦ, υἱέ μου, ἀνέβης. » Ἀνέβη γὰρ ὁ Χριστὸς ἐκ ῥίζης Ἰεσσαὶ, καὶ καθάπερ ἀπὸ βλαστοῦ τῆς ἁγίας Παρθένου, βακτηρία καὶ ῥάβδος δυνάμεως, κατὰ τὴν τοῦ προφήτου φωνήν. Ἡμῖν οὖν ἄρα καὶ τὸ « Θαρσεῖτε » λέγεται, καὶ μάλα εἰκότως. « Ὅπλῳ γὰρ εὐδοκίας » ἐστεφάνωσεν ὁ Πατὴρ τῇ διὰ Χριστοῦ σωτηρίᾳ καὶ χάριτι.

Sic et nos ipsos per fidem vocatos in agnitionem veritatis securos reddit Christus. Sicut enim ante vocationem in omne genus vitiorum delapsos in reprobum sensum tradidit [39], et propter immunditiam dire multavit: sic et in diebus istis cogitavit et instructus est, ut ait ipse, ut benefaciat Ecclesiæ et domui B Juda, hoc est, nobis, qui confitemur ei, ut Dominum, et Salvatorem, et Liberatorem laudibus venerantes: **724** siquidem voci Juda notio laudis subjecta est. Aliter item Ecclesia domus Juda queat intelligi. Appellata est enim domus Christi, qui ex Juda ortus est, quo etiam nomine a divinitus inspirata Scriptura nuncupatur. Itaque patriarcha Jacob his verbis ejus meminit: « Juda, te laudent fratres tui [40]. » Et rursum: « Ex germine, fili mi, ascendisti [41]. » Ascendit enim Christus ex radice Jesse [42], et velut e germine sanctæ Virginis, baculus et virga virtutis, juxta prophetæ vocem [43]. Nobis igitur etiam « Confidite » dicitur, et æquissime. « Scuto enim bonæ voluntatis, » salute et gratia per Christum Pater coronavit nos [44]. C

*Οὗτοι οἱ λόγοι οὓς ποιήσετε. Λαλεῖτε ἀλήθειαν ἕκαστος πρὸς τὸν πλησίον αὐτοῦ, καὶ κρῖμα εἰρηνικὸν κρίνετε ἐν ταῖς πύλαις ὑμῶν, καὶ ἕκαστος τὴν κακίαν τοῦ πλησίον αὐτοῦ μὴ λογίζεσθε ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν, καὶ ὅρκον ψευδῆ μὴ ἀγαπᾶτε· διότι ταῦτα πάντα ἐμίσησα, λέγει Κύριος παντοκράτωρ*

Vers. 16, 17. *Isti sunt sermones quos facietis. Loquimini veritatem unusquisque ad proximum suum, et judicium pacificum judicate in portis vestris, et unusquisque malum contra amicum suum ne cogitetis in cordibus vestris, et juramentum mendax ne diligite: quia hæc omnia odi, dicit Dominus omnipotens.*

ΜΗ'. Οὐκ ἀπειθεῖν ἑλομένοις καὶ εἰς ἐξίτηλον πολιτείαν ἀποφοιτᾷν, ἠγαπηκὼς δὲ μᾶλλον τὴν εὐθεῖαν διαστείχειν ὁδὸν, καὶ τὴν εὐαγῶς ἠρημένοις, ἐπαγγέλλεται Θεὸς τὰ ἐκ τῆς ἰδίας ἡμερότητος ἐπιδώσειν ἀγαθὰ, καὶ μὴν καὶ παρατετάχθαι πρὸς τὸ χρῆναι λοιπὸν εὖ ποιεῖν αὐτούς. Ἥκιστα μὲν γὰρ ψευδοεπεῖς ὁρᾶσθαι προστέταχε, ποιεῖσθαι δὲ μᾶλλον ἐν ἀτρεκείᾳ τοὺς λόγους, ὀρθότητα δὲ τὴν ἐπὶ τοῖς κρίμασιν ἀγαπᾶν, καὶ τὴν ἐφ' ἑκάστῳ πράγματι ψῆφον εὐθῆ τε καὶ ἀνεπίπληκτον πάντη τε καὶ πάντως ἐκφέρειν, οὐ λημμάτων αἰσχρῶν ἡττωμένους, οὐκ εἰς κέρδη βλέποντας αἰσχρὰ, καὶ χρημάτων ἕνεκα τὴν τοῦ δικαίου προδιδόντας χάριν, ἀλλ' εἰς μόνον ὁρῶντας τὸ ἀνδάνον Θεῷ· ἀνιέντας δὲ καὶ ἀδελφοῖς, εἰ δή πού τι παραπταίσειαν ἢ ὁρῶντες, ἢ λέγοντες, καὶ προσέτι τούτοις παρωθουμένους εὖ μάλα τὸ ψευδορκεῖν· μεμισηκέναι γὰρ διισχυρίζεται τὰ τοιάδε τῶν κακῶν.

XLVIII. Quibus cordi est non detrectare imperium nec vitæ genus vanum persequi, sed recto itinere ingredi et sancte vivere malunt, iis Deus mansuetudinis suæ bona daturum, atque etiam instructum se fore ad iis deinceps benefaciendum polliceatur. Mandavit enim minime falsiloquos videri, sed veros potius sermones edere, et judiciorum integritatem diligere, et de unaquaque re sententiam sinceram nullique vituperationi affinem penitus, citra turpis lucri cupiditatem pronuntiare, non turpem quæstum spectantes [45], et pecuniarum causa Dei gratiam prodentes, sed solum Dei beneplacitum intuentes: condonantes item fratribus, si quid illi eos aut verbo aut facto læserint, et præter ista studiose perjurium fugitantes: odisse enim se mala hujuscemodi affirmat.

[39] Rom. I, 28 seqq. [40] Gen. XLIX, 8. [41] ibid. 9. [42] Isa. XI, 1. [43] Psal. CIX, 2. [44] Psal. V, 13. [45] I Timoth. III, 8.

Digitized by Google

Perpende porro quomodo nihil typicum aut umbratile facere jubeat. Non enim imperat immolare boves, nec incendere thura, sed veluti gracilem quamdam et tornatilem, et tantum non evangelicam vitam eos exercere postulat. Quoniam enim in his pauca nobis de Salvatoris adventu indicata sunt, dcirco et mandatum induci necesse fuit, quod divina ejus jussa loqueretur. Si enim decet nos divina verba sequentes loqui veritatem, **725** quæ Christi sunt omnino disseremus: Christus enim est veritas[46]. Ideo et sapientissimus Petrus paratissimos nos esse præcepit ad respondendum « cuivis rationem nos poscenti de ea quæ in nobis est spe[47]. » Quod si quæ Christi sunt loqui assueverint, et cum in lingua semper habuerint, et animo et corde meditati fuerint, justi plane erunt, et excellentes, pacificique et mites, et insuper patientes, et pejerare nescientes, quin penitus nec jurantes. Meminerunt enim illud dicere : « Sit autem sermo vester : Est, est, et, Non, non [48]. »

A Ἄθρει δὲ ὅπως οὐδὲν ἐπιτάττει δρᾶν τῶν ἐν σκιαῖς ἢ τύποις. Οὐ γάρ τοι χρῆναι βουθυτεῖν, οὐδὲ μὴν λιβάνῳ τιμᾶν ἐντέλλεται, ἀλλ' οἷον ἰσχνήν τινα, καὶ τετορνευμένην, μόνον δὲ οὐχὶ καὶ εὐαγγελικὴν ἐπασκῆσαι βούλεται ζωήν. Ἐπειδὴ γὰρ ὁ βραχὺς ἡμῖν ἐν τούτοις περὶ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐπιδημίας πεποίηται λόγος, ταύτῃ τοι καὶ ἀναγκαίως ἐντολὴ συνεισάγεται τὰ δι' αὐτοῦ λαλοῦσα θεσπίσματα. Εἰ γὰρ δὴ προσήκει τοῖς θείοις ἡμᾶς ἑπομένους λόγοις λαλεῖν τὴν ἀλήθειαν, τὰ Χριστοῦ πάντως διαλεξόμεθα· Χριστὸς γάρ ἐστιν ἡ ἀλήθεια. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ σοφώτατος Πέτρος ἑτοιμοτάτους ἡμᾶς γενέσθαι προστέταχε πρὸς ἀπολογίαν « παντὶ τῷ ἐρωτῶντι ἡμᾶς λόγον περὶ τῆς οὔσης ἐν ἡμῖν ἐλπίδος. » Εἰ δὲ δὴ τὸ Χριστοῦ λαλεῖν εἰθισμένοι, καὶ αὐτὸν ἔχοντες ἐπὶ γλώσσης ἀεί, καὶ νοῦ, καὶ καρδίας, μελέτην πεποιημένοι, δίκαιοί που πάντως εἶεν ἄν, καὶ τῇ κατὰ πᾶν ὁτιοῦν ὀρθότητι διαπρέποντες, εἰρηνικοί τε καὶ πρᾶοι, καὶ πρός γε τούτῳ καὶ ἀνεξίκακοι, καὶ ψευδορκεῖν οὐκ εἰδότες, μᾶλλον δὲ οὐδὲ ὀμνύντες ὅλως. Διαμέμνηται γὰρ λέγοντος αὐτοῦ· « Ἔστω δὲ ὑμῶν ὁ λόγος τὸ Ναὶ, ναὶ, καὶ τὸ Οὒ, οὔ. »

B

Vers. 18, 19. *Et factus est sermo Domini omnipotentis ad me, dicens : Hæc dicit Dominus omnipotens : Jejunium quartum, et jejunium quintum, et jejunium septimum, et jejunium decimum erunt domui Juda in gaudium, et in lætitiam, et in festivitates bonas, et lætabimini, et veritatem et pacem diligite*

*Καὶ ἐγένετο λόγος Κυρίου παντοκράτορος πρὸς μὲ, λέγων· Τάδε λέγει Κύριος παντοκράτωρ. Νηστεία ἡ τετρὰς, καὶ νηστεία ἡ πέμπτη, καὶ νηστεία ἡ ἑβδόμη, καὶ νηστεία ἡ δεκάτη ἔσονται τῷ οἴκῳ Ἰούδα εἰς χαρὰν, καὶ εὐφροσύνην, καὶ εἰς ἑορτὰς ἀγαθὰς, καὶ εὐφραν θήσεσθε, καὶ τὴν ἀλήθειαν καὶ τὴν εἰρήνην ἀγαπήσατε.*

XLIX. Necessarium duco discendi cupidis rursum prius exponere causas jejuniorum, de quibus hoc loco dicitur, et quod sit quartum, quodnam quintum, et reliqua, septimum scilicet, et decimum. Sic enim opportune et apte quæ sit mandatorum vis deinde enucleando, adjungemus. Igitur capta sancta civitate, et exusto templo, et Israele simul cum vasis sacris in captivitatem abducto [49], qui salvi restabant in Judæa, dies quibus hæc pati contigisset odiosos et exsecrabiles habebant, factisque cœtibus planctus lamentationesque suscipiebant, cibo se ut in jejuniis abstinentes. Quæ autem unoquoque dierum a nobis modo dictorum evenerint, age exponamus. Ait ergo beatus Jeremias : « Et factum est in anno nono regni ejus, Sedeciæ utique, in mense decimo, decima mensis venit Nabuchodonosor rex Babylonis, et omnis exercitus ejus contra Jerusalem, et circumvallarunt eam, et ædificaverunt circum eam lapidibus quadris, et venit civitas in angustias usque ad undecimum annum regis Sedeciæ, in mense quarto, nona die mensis. Et invaluit fames in civitate, et non erant panes populo terræ; et dirupta est civitas, et omnes viri bellatores egressi sunt nocte via urbis inter muros **726** et antemurale, quod erat versus hortum regis [50]. » Postea cæde liberorum Sedeciæ et exoculatione ejus intersita, ita pergit : « In mense quinto, decima mensis venit Nabuzardan princeps coquorum, qui stabat ante faciem regis Babylonis, in Jerusalem, et succendit domum Domini, et

ΜΘ'. Ἀναγκαῖον οἶμαι τοῖς φιλομαθέσι προαφηγήσασθαι πάλιν τῶν ἐνθάδε λεγομένων νηστειῶν τὰς C αἰτίας, καὶ ποία ἡ τετρὰς, τίς δὲ ἡ πέμπτη, καὶ αἱ τούτων ἐφεξῆς ἑβδόμη τε καὶ δεκάτη. Προσεποίσομεν γὰρ οὕτως ἐπὶ καιροῦ καὶ ἐν κόσμῳ λοιπὸν τῶν προστεταγμένων τὴν δύναμιν. Οὐκοῦν μετὰ τὸ ἁλῶναι τὴν ἁγίαν πόλιν, καὶ κατεμπρησθῆναι τὸν ναὸν, ἀποκομισθῆναι δὲ ὁμοῦ τοῖς ἱεροῖς σκεύεσιν αἰχμάλωτον τὸν Ἰσραὴλ, οἱ σεσωσμένοι τε καὶ περιλειφθέντες κατὰ τὴν Ἰουδαίαν, τὰς ἡμέρας, ἐν αἷς τὰ τοιάδε παθεῖν συμβέβηκεν ἀποφράδας ἡγοῦντο καὶ στυγητὰς, καὶ δὴ κατὰ πληθὺν συνθέοντες, κομμὸν ἐποιοῦντο καὶ θρῆνον, ἀσιτοῦντες ὡς ἐν νηστείαις. Τίνα δὲ δὴ τὰ συμβεβηκότα καὶ ἐν ἑκάστῃ τῶν ἀρτίως ἡμῖν εἰρημένων ἡμερῶν, φέρε λέγωμεν. Ἔφη τοίνυν ὁ μακάριος Ἱερεμίας· « Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ ἔτει τῷ ἐννάτῳ τῆς βασιλείας αὐτοῦ, δῆλον δὲ ὅτι D Σεδεκίου, ἐν τῷ μηνὶ τῷ δεκάτῳ, δεκάτῃ τοῦ μηνὸς ἦλθε Ναβουχοδονόσωρ βασιλεὺς Βαβυλῶνος, καὶ πᾶσα ἡ δύναμις αὐτοῦ ἐπὶ Ἱερουσαλὴμ, καὶ περιεχάρακωσαν αὐτὴν, καὶ περιῳκοδόμησαν αὐτὴν τετραπόδοις λίθοις κύκλῳ, καὶ ἦλθεν ἡ πόλις εἰς συνοχὴν, ἕως ἐνδεκάτου ἔτους τῷ βασιλεῖ Σεδεκίᾳ, ἐν μηνὶ τῷ τετάρτῳ, ἐννάτῃ τοῦ μηνός. Καὶ ἐστερεώθη ὁ λιμὸς ἐν τῇ πόλει, καὶ οὐκ ἦσαν ἄρτοι τῷ λαῷ τῆς γῆς, καὶ διεκόπη ἡ πόλις, καὶ πάντες οἱ ἄνδρες οἱ πολεμισταὶ ἐξῆλθον νυκτὸς κατὰ τὴν ὁδὸν τῆς πόλεως ἀναμέσον τοῦ τείχους καὶ τοῦ προτειχίσματος, ὃ ἦν κατὰ τὸν κῆπον τοῦ βασιλέως. » Εἶτα δὴ μέσον παρ-

[46] Joan. xiv, 6. [47] II Petr. iii, 15. [48] Matth. v, 37. [49] IV Reg. xxv, 9. [50] Jerem. lii, 4-7.

Digitized by Google

ελθεῖς τῶν Σεδεκίου παίδων τὴν σφαγήν, αὐτοῦ δὲ τὴν τύφλωσιν, ἔφη πάλιν· « Ἐν μηνὶ τῷ πέμπτῳ, δεκάτῃ τοῦ μηνὸς ἦλθε Ναβουζάρδαν ὁ ἀρχιμάγειρος, ὁ ἑστηκὼς κατὰ πρόσωπον τοῦ βασιλέως Βαβυλῶνος εἰς Ἰερουσαλήμ, καὶ ἐνέπρησε τὸν οἶκον Κυρίου, καὶ τὸν οἶκον βασιλέως, καὶ πάσας τὰς οἰκίας τῆς πόλεως, καὶ πᾶσαν οἰκίαν μεγάλην ἐνέπρησεν ἐν πυρί, καὶ πᾶν τεῖχος Ἰερουσαλὴμ κύκλῳ καθεῖλεν ἡ δύναμις τῶν Χαλδαίων ἡ μετὰ τοῦ ἀρχιμαγείρου. » Ἀκούεις ὅπως ἐν τῷ δεκάτῳ ἔτει πεπολιόρκηκεν ὁ Ναβουχοδονόσωρ τὴν Ἰερουσαλήμ, εἶτα τῷ τετάρτῳ μηνὶ τοῦ δεκάτου ἔτους διακεκόφθαι φησὶ τὴν πόλιν· ἐν δὲ τῷ πέμπτῳ μηνὶ καὶ αὐτὸν ἐμπεπρῆσθαι τὸν ναὸν καὶ ἅπασαν δὲ τὴν πόλιν διισχυρίζεται παρὰ τοῦ ἀρχιμαγείρου. Ἀποφράδας δὴ οὖν τὴν τετάρτην, καὶ τὴν πέμπτην, καὶ τὴν δεκάτην ἡμέραν ἐποιοῦντο, δι' ἃς εἶπον αἰτίας. Τίς δὲ καὶ ἡ ἑβδόμη, πάλιν εἰπεῖν ἀναγκαῖον. Ἐπειδὴ γὰρ εἶλε τὴν Ἰερουσαλὴμ ὁ ἀρχιμάγειρος, κεχειροτόνηκε τὸν Γοδολίαν εἰς καθηγητὴν τοῖς καταλοίποις τῶν Ἰουδαίων ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις· εἶτα τοῦτο δεδρακὼς ἀπῆλθεν εἰς Βαβυλῶνα. Ἐπειδὴ δὲ τοῦτο οὕτω πεπράχθαι μεμαθήκασιν οἱ περισωθέντες ἐξ Ἰουδαίων, συνέδραμον ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις, καὶ ἦσαν ἐν ἐλπίσι τοῦ κατοικεῖν ἐπὶ τὴν γῆν. Ἀλλ' ἐν τῷ μηνὶ τῷ ἑβδόμῳ, καθὰ γέγραπται, τὸν Γοδολίαν ἀνεῖλεν ὁ Ἰσμαὴλ· καὶ διεσπάρη πᾶς ὁ λαὸς τότε, καὶ ἀπέδραμον εἰς τὴν Αἴγυπτίων, καὶ διολώλασιν ἐκεῖ. Στυγητὴν οὖν ἐποιοῦντο καὶ τὴν ἑβδόμην ἡμέραν, καὶ αὐτὸν δὲ τὸν μῆνα, ταύτης ἕνεκεν τῆς αἰτίας. Ἦδε μὲν οὖν τῶν νηστειῶν ἡ πρόφασις. Ἐπειδὴ δὲ ἀκόλουθον ἦν, πεπαυμένων τῶν ἐξ ὀργῆς, καὶ ἀνακομισθέντος τοῦ Ἰσραὴλ εἰς Ἱεροσόλυμα, καὶ τῶν σκυθρωπῶν παρεληλακότων, μὴ νηστεύειν ἔτι καὶ κόπτεσθαι, μεταπλάττεσθαι κελεύει τὸ πένθος εἰς εὐθυμίαν, ἥδεσθαί τε μᾶλλον ἐφ' οἷς ἔχουσι λαβόντες παρὰ Θεοῦ, ἡγοῦν διὰ μνήμης ἔχειν τὰ ἐφ' οἷς τετιμώρηνται κατὰ καιροὺς, πλημμελοῦντες ἀφυλάκτως, καὶ πρὸς πᾶν ὁτιοῦν τῶν ἐκτόπων ἀναίδην ὠλισθηκότες

A domum regis, et omnes domos urbis, et omnem domum magnam combussit igni, et omnem murum Jerusalem in circuitu evertit exercitus Chaldæorum, qui erat cum principe coquorum [81]. » Audis quo pacto « mense decimo anni noni » anno decimo Nabuchodonosor Hierosolymam obsederit; deinde quarto mense anni undecimi diruptam esse civitatem. In mense autem quinto etiam ipsum templum et totam urbem a principe coquorum inflammatam narrat. Atros igitur, seu nefastos quartum, et quintum, et decimum dies propter causas a me dictas numerabant. Quæ autem septima fuerit, præterea dicendum est. Postquam enim princeps coquorum Jerusalem evertit, Godoliam principem Judæis, qui Hierosolymis remanserant, creavit: quo facto Babylonem repetivit. Quod ubi cognoverunt superstites B Judæi, Hierosolymam cum spe ibidem habitandi confluxerunt. Sed mense septimo Godoliam occidit Ismael; et dissipatus est omnis populus tunc, confugitque in Ægyptum, ubi periit [82]. Hanc ob causam et septimum diem et ipsum mensem abominati sunt. Atque hæc est jejuniorum occasio. Et quoniam consequens erat, cessantibus plagis, et Israele Hierosolymam reverso, et tristibus finitis ultra non jejunare et plangere, luctum mutare lætitia et gaudere potius jubet de bonis a Deo acceptis, sive meminisse, ob quæ olim puniti fuerint, cum liberrime sceleribus se commacularent, et ad quidvis nefarium nullo pudore ruerent.

Δέδρακε τοῦτο καὶ εἰς ἡμᾶς ὁ Χριστός. Ἔστρεψε γὰρ « ἡμῖν τὸν κοπετὸν εἰς χαρὰν, διέῤῥηξε τὸν σάκκον καὶ περιέζωσεν εὐφροσύνην, » κατὰ τὴν τοῦ Ψάλλοντος φωνήν. Ἐπαιτιώμεθα δὲ οὐδαμῶς, ὅτι Θεὸν οὐκ εἰδότες ποτὲ, καὶ προσκυνοῦντες τῇ κτίσει παρὰ τὸν κτίσαντα, πεπτώκαμεν ὑπὸ πόδας ἐχθρῶν, καὶ εἰς νοῦν ἀδόκιμον παρεδόθημεν· εὐχαριστοῦμεν δὲ μᾶλλον ἐφ' οἷς ἠλεήμεθα, καὶ σεσώσμεθα, « καὶ ἐκ χειρὸς ἐχθρῶν λελυτρώμεθα, » καὶ τὴν ἁγίαν οἰκοῦμεν πόλιν, τουτέστι τὴν Ἐκκλησίαν, ἠξιώμεθά τε λοιπὸν εὐχαῖς καὶ θυσίαις ταῖς πνευματικαῖς καταγεραίρειν αὐτὸν, ἀγαπῶμεν δὲ καὶ ὡς εἰρήνην, καὶ ἀλήθειαν, καὶ θυμηδίας τῆς ἀνωτάτω πρόφασιν τὸ χρῆμα καταλογίζεσθαι παρὰ τῆς θείας δεδιδάγμεθα Γραφῆς. « Αὐτὸς γάρ ἐστιν ἡ εἰρήνη ἡμῶν· » αὐτὸς, ὡς ἔφην, ἡ ἀλήθεια· δι' αὐτὸν ἐσμεν ἐν ἐλπίσιν ἀγαθαῖς, καὶ ἐν τῷ κατευφραίνεσθαι δεῖν, κατηφείας ἁπάσης ἐξῃρημένης

C Fecit hoc etiam nobis Christus. Convertit enim « planctum nostrum in gaudium, conscidit saccum nostrum, et circumdedit nos lætitia, » ut Psaltes canit [83]. Nec conquerimur ulla ex parte, quod cum aliquando Deum ignorantes, et creaturam potius quam Creatorem adorantes sub pedes hostium nostrorum redacti, et in sensum reprobum traditi sumus [84]: quin gratias agimus, **727** quod misericordiam et salutem consecuti, « et de manu inimicorum liberati [85] » sanctam civitatem, hoc est Ecclesiam incolimus, et digni sumus habiti qui deinceps votis et sacrificiis spiritualibus ipsum veneremur; et charum habemus, et eam rem pacem, et veritatem, et summæ jucunditatis occasionem reputare a divina Scriptura docti sumus. « Ipse enim est pax D nostra [86]: » ipse, ut dixi, veritas [87]: propter ipsum bene speramus, et omni mœstitudine profligata triumphamus.

*Τάδε λέγει Κύριος παντοκράτωρ· Ἔτι ἥξουσι λαοὶ πολλοὶ, καὶ κατοικοῦντες πόλεις πολλὰς, καὶ συνελεύσονται κατοικοῦντες πέντε πόλεις*

VERS. 20-22. *Hæc dicit Dominus omnipotens: Adhuc venient populi multi, et habitantes civitates multas, et congregabuntur habitantes quinque civitates*

[81] Jerem. LII, 12-14. [82] Jerem. XL, 8-17; LI, 1, seqq.; IV Reg. XXV, 23 seqq. [83] Psal. XXIX, 12. [84] Rom. I, 25 seqq. [85] Luc. I, 74. [86] Ephes. II, 14. [87] Joan. XIV, 6.

Digitized by Google

*in unam civitatem, dicentes : Eamus ut deprecemur faciem Domini, et quæramus faciem Domini omnipotentis. Vadam et ego, et venient populi multi et gentes multæ, ut quærant faciem Domini omnipotentis in Jerusalem, et ut propitient faciem Domini.*

εἰς μίαν πόλιν, λέγοντες· *Πορευθῶμεν δεηθῆναι τοῦ προσώπου Κυρίου καὶ ἐκζητῆσαι τὸ πρόσωπον Κυρίου παντοκράτορος. Πορεύσομαι κἀγώ, καὶ ἥξουσι λαοὶ πολλοὶ, καὶ ἔθνη πολλὰ ἐκζητῆσαι τὸ πρόσωπον Κυρίου παντοκράτορος ἐν Ἱερουσαλὴμ, καὶ τοῦ ἐξιλάσασθαι τὸ πρόσωπον Κυρίου.*

L. Convertente Christo luctum nostrum in gaudium, et in diem festum, et in lætitias bonas, et transferente in jucunditatem lamenta, non jam de vocatis ad salutem singuli in fide accedent, et cum Deo per sanctificationem conjungentur, sed civitates inter se ad hoc deinceps hortabuntur, venientque catervatim omnes gentes, prioribus semper acclamantibus qui posteriores sunt, « Vadam et ego. » Scriptum est enim : « Ferrum ferrum acuit, vir autem acuit faciem alterius [58]. » Semper enim aliorum alacritas aliis ad bona consectanda stimulus invenitur. Quis est vero urbibus, sive gentibus finis propositus? propitiare et exquirere faciem Domini, hoc est Christum, qui est imago simillima Dei et Patris [59], « et figura substantiæ ejus, et splendor gloriæ [60], » de quo et divinus David : « Faciem tuam illumina super servum tuum [61]. » Illuminavit enim pax et facies, ut dixi, Dei et Patris, ipsum habentes benevolum ac propitium ; et peccati noxas repellemus « justificati per fidem : non ex operibus justitiæ quæ fecimus nos, sed secundum magnam misericordiam suam [62]. » Misericors enim et bonus est, et ad se accedentibus peccata dimittit [63]. **728** Ipsum exquirentes servandis legum sanctis omnino invenimus, et per ipsum Deo ac Patri adhæremus : « Ipse enim est pax nostra » quod Scripturæ testantur [64].

LIX. Transit nunc oratio ad ipsum justum, et Salvatorem, atque etiam mansuetum regem, id est Christum, et illustria atque admiranda adventus ejus opera declarat. « Exinanivit enim semetipsum[1] » libens, homo factum unigenitum Dei Verbum. « Sustinuit crucem, confusione contempta[2] » et pro omnium vita animam suam commutavit, Deo et Patri mundum in sanguine testamenti æterni acquisivit, cujus typus fuit sanguis per Mosen sapientissimum veteribus aspersus. Inquit enim : « Accepto Moses sanguine et libro ipso, aspersit omnem populum, dicens : Hic est sanguis testamenti, quod disposuit ad vos Deus[3]. » Sed illa quidem typi, et veritatis simulacrum fuerunt : successit ipsa veritas Christus, qui omnes nos in sanguine testamenti mercatus est. « Redempti enim sumus non corruptibilibus auro vel argento, ut discipulus ejusdem ait, sed pretioso sanguine tanquam agni immaculati, et incontaminati Christi[4]. » Tu igitur, inquit, justissime et mansuetissime rex, in sanguine testamenti vinctos tuos (hoc est, quos vinculis charitatis constrinxisti, quibusque persuasisti, uti mentis cervicem jugo tuo submitterent, et palam illigarent) emisisti, hoc est extulisti, sive eduxisti, sive dimisisti « ex lacu non habente aquam. » Quibus verbis aut infernum, ubi non est vita, significari dicimus ; aquam enim pro symbolo vitæ accipiamus licet; aut certe infernum convenientissime falsorum deorum fallaciam interpretabimur. **739** Vere enim fovea est, in quam si quis penitus deciderit, vita futura ac sempiterna carebit. Evacuasse autem infernum Christum mortuum, et spiritibus in custodia detentis aperuisse portas inferas, neminem latet. Inquit et alicubi universorum Deus per Jeremiam de Israelitis desertoribus suis, et ad fallaciam insani deorum cultus stulte conversis : « Obstupuit cœlum super hoc, et inhorruit plurimum vehementer, dicit Dominus : quia duo mala fecit populus meus. Me dereliquerunt fontem aquæ viventis, et foderunt sibi lacus contritos, qui non poterunt aquam continere[5]. » Quemadmodum enim fons vitæ, et fons vivificans est recta et erroris expers Dei cognitio : ita velut lacus inaquosi, et contriti idololatriæ ludicra, et aberrationes ab ipsa possunt intelligi. Deinde ipsos vinctos compellans, ad spem bonam eos erigit : « Sedebitis in munitione vincti congregationis. » Munitionem, ut mihi videtur Ecclesiam appellat, ut munitam in Christo, et inconcussam. Sessionem dicit in fide quamdam stabilitatem. Scriptum est enim de Deo : « Quoniam tu sedens in sæcula[6], » hoc est stabilem et inconcussam naturam habens. Eritis igitur securi, inquit, firmitatem fidei habentes, o vincti congregationis meæ, quæ est in Christo justificatorum sancta multitudo. Non autem caritu-

[1] Philipp. II, 7. [2] Hebr. XII, 2. [3] Exod. XXIV, 8. [4] I Petr. I, 18. [5] Jerem. II. 13. [6] Psal. XXVIII, 10.

Digitized by Google

ram mercede eorum in omnibus rebus arduis patientiam et stabilitatem in dilectione Dei, significat, cum adjungit : « Et pro una die peregrinationis tuæ duplicia reddam tibi. » Quod dicere vult, tale est. Peregrini enim, et advenæ sunt omnes sancti, et brevis est valde cujusque hominis vita in corpore, ut idcirco eam propter summam brevitatem cum uno die comparare fortasse possis. Itaque pro uno die peregrinationis tuæ, inquit, hoc est pro brevi, et modico tempore hujus vitæ, quam in corpore degis, dupliciter, et affatim te remunerabo. Ait et alicubi Christus: « Mensuram bonam et confertam, et coagitatam et superefluentem dabunt in sinum vestrum [7]. » Haud enim æqualia actionibus nostris præmia exspectamus : sed cum magno auctario, cum dator sit munificus.

A αἰῶνα, » τουτέστιν ἱδρυμένην ἔχων καὶ ἀκατάσειστον φύσιν. Ἔσεσθε δὴ οὖν ἐν ἀσφαλείᾳ, φησὶ, τὸ βεβηκὸς ἔχοντες εἰς πίστιν, ὦ δέσμιοι τῆς ἐμῆς συναγωγῆς εἶεν δ' ἂν οὗτοι τῶν ἐν Χριστῷ δεδικαιωμένων ἡ ἁγία πληθύς. Ὅτι δὲ οὐκ ἄμισθον ἔχουσι τὴν ἐφ' ἅπασι τοῖς ἀρίστοις ὑπομονήν, καὶ μὴν τὸ ἐρηρεισμένον εἰς ἀγάπησιν τὴν ἐπὶ Θεῷ, κατασημαίνει, λέγων· « Καὶ ἀντὶ μιᾶς ἡμέρας παροικίας σου, διπλᾶ ἀντα-

B ποδώσω σοι. » Καί τι τοιοῦτον ἐστὶν ὃ βούλεται λέγειν. Πάροικοι μὲν γὰρ ἐπὶ γῆς, καὶ παρεπίδημοι πάντες εἰσὶν οἱ ἅγιοι, βραχὺς δὲ λίαν ὁ ἐν σώματι βίος ἀνθρώπου παντὸς, κἂν εἴ τις αὐτὸν ὀλίγον ὄντα παντελῶς, ὡς τάχα που καὶ ἡμέρᾳ παρεικάζεσθαι μιᾷ. Οὐκοῦν ἀντὶ μιᾶς ἡμέρας τῆς παροικίας σου, φησὶ, τουτέστιν ἀντὶ βραχέος τε καὶ συνεσταλμένου χρόνου τῆς ἐν σώματι ζωῆς διπλᾶς τε καὶ ἐν πλεονασμῷ τὰς ἀμοιβὰς ἀποδώσω. Ἔφη δέ που καὶ ὁ Χριστὸς, ὅτι « Μέτρον καλὸν, πεπιεσμένον, καὶ σεσαλευμένον, καὶ ὑπερεκχυνόμενον δώσουσιν εἰς τὸν κόλπον ὑμῶν. » Οὐ γάρ που τὰς ἰσοστάθμους ὧν ἂν δράσαιμεν προσδοκῶμεν ἀμοιβὰς, ἀλλ' ἐν προσθήκῃ πολλῇ, πλουσιόδωρος γὰρ ὁ διδούς.

Vers. 13. *Quoniam tetendi te mihi, Juda, ut arcum, implevi Ephraim.*

**740** LX. Quonam modo vocanda sit, et per fidem ingressura gentium multitudo, miser contra futurus, qui olim triumphabat, hoc est Satanas, spoliatus adoraturus, quos cupidissime acquisierat, adhuc declarat. Alloquitur autem quasi sanctos apostolos, sive magistros ex Israel, qui et gentium regiones percursantes, ad agnitionem veritatis indigenas vocarunt, et reli suo concluserunt. Ait ergo : « O Juda, intendi te mihi arcum, » hoc est per te jaculis tangam adversarios : et « Te, o Ephraim, implevi. » Quod quid sit, dicam quoque. Cum enim sagittarii ferratum arcum curvantes, nervum ad pectus addunt, tunc arcum implere dicuntur, et sagittam volantem, sive telum jaciunt. Est igitur idem diverse dictum. Arcum te feci, inquit, o Juda ; implevi etiam te, Ephraim. Judas porro et Ephraim universum genus Israeliticum complectuntur. Itaque ante alios ex Judæis credentes velut arcum fecit, eo animi provectos, ut gentes instituerent, et a seductis dæmonum greges abigerent, ferirentque Satanam, et universe divinis decretis adversantes, et doctrinæ sacræ inde proficiscenti repugnantes. Sic alicubi et divinus David ad universorum Deum et Salvatorem : « Sagittæ tuæ salutis acutæ, o potens, populi sub te cadent, in corde inimicorum regis [8]. » Feriunt enim inimicos Dei et Patris in cor, et renes intus sagittæ potentis [9], hoc est Christi. Rursum sagittæ ejus sunt qui docent errantes, et natura et vere Deum nescientes. Feriunt autem, non ad mortem, sed ad charitatem in Christo eos deducent, ut et sub ipso feriant. Qualis est quæ in Canticis canticorum sponsa describitur, dicens expresse : « Vulnerata charitatis ego sum [10]. » Evasisse autem fortissimos ac validissimos divinos discipulos, testificatur de ipsis in spiritu loquens sapiens Psalmographus : « Sicut

*Διότι ἐντέτακά σε ἐμαυτῷ, Ἰούδα, ὡς τόξον, ἔπλησα τὸν Ἐφραΐμ.*

Ξ'. Τίνα δὴ τρόπον κληθήσεταί τε καὶ εἰσελάσει διὰ τῆς πίστεως ἡ ἐξ ἐθνῶν ἀγέλη, ταλαιπωρήσει δὲ καὶ ὁ πάλαι τρυφῶν, τουτέστιν ὁ Σατανᾶς, τῶν ἐκ πλεονεξίας αὐτῷ πεπορισμένων προσκυνητῶν ἐξωθούμενος, διατρανοῖ πάλιν ἐν τούτοις. Ποιεῖταί γε μὴν τὸν λόγον, ὡς πρὸς τοὺς ἁγίους ἀποστόλους, ἤτοι τοὺς ἐξ Ἰσραὴλ διδασκάλους, οἳ καὶ τὴν τῶν ἐθνῶν ἐκπεριθέοντες χώραν, εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας

C ἐκάλουν τε καὶ σεσαγηνεύκασι τοὺς ἐν αὐτῇ. « Ὦ Ἰούδα, τοίνυν φησὶν, ἐνέτεινά σε ἐμαυτῷ τόξον, » τουτέστι διὰ σοῦ τοξεύσω τοὺς ὑπεναντίους· καὶ « σὲ δὲ, ὦ Ἐφραΐμ, ἔπλησα. » Καὶ τί δὴ τοῦτό ἐστιν, ἐρῶ πάλιν. Ὅτε γὰρ τῆς τοξείας οἱ ἐπιστήμονες νευρὰν μὲν μαζῷ, τοῦ δὲ τόξου τὸν σίδηρον ἄγουσιν ἐγγὺς, τότε πλῆσαι τὸ τόξον λέγονται, βάλλουσι καὶ διιπτάμενον τὸν ἰὸν, ἤτοι τὸ βέλος. Ἔστι τοίνυν αὐτὸ διαφόρως πεφαμένον. Τόξον σε πεποίημαι, φησὶν, ὦ Ἰούδα, ἔπλησα δὲ καί σε, ὦ Ἐφραΐμ. Ἰούδας δὲ καὶ Ἐφραΐμ ἅπαν ἐστὶ τὸ γένος τὸ ἐξ Ἰσραήλ. Οὐκοῦν τόξον ὥσπερ τι πεποίηται τοὺς ἐξ Ἰουδαίων πεπιστευκότας πρὸ τῶν ἄλλων, καὶ γνώμης

D εἰς τοῦτο προεληλυθότας, ὡς ἔθνη παιδαγωγεῖν, καὶ τῶν πλανωμένων ἀποσοβεῖν τὰς τῶν δαιμόνων ἀγέλας, καταπαίειν τε τὸν Σατανᾶν, καὶ ἁπαξαπλῶς τοὺς τοῖς θείοις δόγμασιν ἀντεξάγοντας, καὶ τοὺς ταῖς δι' αὐτῶν μαχομένους μυσταγωγίαις. Οὕτω πού φησι καὶ ὁ θεσπέσιος Δαβὶδ πρὸς τὸν τῶν ὅλων Σωτῆρα καὶ Θεόν· « Τὰ βέλη σου ἠκονημένα, δυνατέ· λαοὶ ὑποκάτω σου πεσοῦνται· ἐν καρδίᾳ τῶν ἐχθρῶν τοῦ βασιλέως. » Πλήττουσι μὲν γὰρ τοὺς ἐχθροὺς τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς εἰς καρδίαν ἔσω, καὶ νεφροὺς τὰ τοῦ δυνατοῦ βέλη, τουτέστι Χριστοῦ. Βέλη δὲ αὐτοῦ πάλιν οἱ μυσταγωγοὶ, τοὺς δέ γε πεπλανημένους, καὶ τὸν φύσει τε καὶ ἀληθῶς Θεὸν οὐκ εἰδότας. Πλήττουσιν οὐκ εἰς θάνατον, ἀλλ' εἰς ἀγάπην αὐτοὺς ἀπαφέροντες τὴν ἐν Χριστῷ, ἵνα καὶ ὑποκάτω τὸ-

[7] Luc. VI, 38. [8] Psal. XLIV, 6. [9] Psal. CXIX, 4. [10] Cant. V, 7.

Digitized by Google

πτοιεν (1) αὐτοῦ. Ὁποία τις ἐστὶν ἐν τῷ Ἁσματι τῶν ἁσμάτων γραφομένη νύμφη, λέγουσα σαφῶς, ὅτι « Τετρωμένη ἀγάπης ἐγώ εἰμι. » Ὅτι δὲ γεγόνασιν ἀλκιμώτατοι, καὶ εὐσθενεῖς οἱ θεσπέσιοι μαθηταί, πιστώσεται λέγων περὶ αὐτῶν ὁ σοφὸς Ψαλμῳδὸς ἐν πνεύματι· « Ὡσεὶ βέλη ἐν χειρὶ δυνατοῦ, οὕτως οἱ υἱοὶ τῶν ἐκτετιναγμένων. » Ἐκτετιναγμένους μὲν γὰρ τοὺς ἐξ Ἰσραὴλ ἀποκαλεῖ, ὡς τῆς θείας χάριτος ἐκπεπτωκότας διά τοι τὸ ἐμπαροινῆσαι Χριστῷ. Οἵ γε μὴν αὐτῶν υἱοί, βέλη γεγόνασιν ὡς ἐκ χειρὸς δυνατοῦ πεμπόμενα. Ἔφη δέ που καὶ ὁ Ἀμβακοὺμ ὡς πρὸς αὐτὸν δὴ πάλιν τὸν Ἐμμανουὴλ περὶ τῶν ἁγίων ἀποστόλων· « Βολίδες σου πορεύσονται εἰς φέγγος ἀστραπῆς ὅπλων σου. »

A sagittæ in manu potentis, ita filii excussorum [11]. » Excussos enim orundos de Israele nominat, ut qui Dei gratia propter debacchationes in Christum exciderint. Quorum filii tamen sagittæ fuerunt, ut de manu potentis emissæ. Ait et Habacuc quasi ad ipsum Emmanuelem de sanctis apostolis: « Jacula tua ibunt in luce coruscationis armorum tuorum [12]. »

*Καὶ ἐπεγερῶ τὰ τέκνα σου Σιὼν ἐπὶ τὰ τέκνα τῶν Ἑλλήνων, καὶ ψηλαφήσω σε ὡς ῥομφαίαν μαχητοῦ.*

**741** *Et suscitabo filios tuos, Sion, super filios Græcorum, et attrectabo te quasi gladium pugnatoris.*

ΞΑ'. Ἰδοὺ δὴ, σαφῶς τοὺς ἐξ Ἰουδαίων μυσταγωγοὺς τόξον ἴδιον ὀνομάζει. Ποῖα γὰρ τὰ τέκνα τῆς Σιὼν τὰ κατὰ τῶν Ἑλληνικῶν κατεξιστάμενα τέκνων, εἰ μὴ οἱ θεσπέσιοι μαθηταί, καὶ οἱ τῶν Ἐκκλησιῶν κατὰ καιροὺς ἡγούμενοι, « καὶ τῆς ἀληθείας ὀρθοτομοῦντες τὸν λόγον; » Σιὼν γὰρ ἡ νοητὴ, πῶς ἂν ἑτέρα νοοῖτο παρὰ τὴν Ἐκκλησίαν; Καταθλοῦσι δὲ τῶν τέκνων τῶν Ἑλληνικῶν, καὶ καταστρατεύονται τῶν πεπλανημένων, Θεοῦ τεθεικότος αὐτοὺς ὡς ῥομφαίαν μαχητοῦ. Οὕτω καὶ ὁ θεσπέσιος Παῦλος τὸν ἐν Χριστῷ νοούμενον στρατιώτην κατακαλλύνων ὁρᾶται. « Θώρακα μὲν γὰρ τὸν τῆς ἐν Χριστῷ δικαιοσύνης » περιτίθησιν αὐτῷ· καὶ μὴν καὶ « τὴν τοῦ σωτηρίου περικεφαλαίαν. » Εἶτα δίδωσι « τὴν μάχαιραν τοῦ πνεύματος, ὅ ἐστι ῥῆμα Θεοῦ. » Ταύτῃ δὴ οὖν τῇ μαχαίρᾳ κατὰ τῶν Ἑλληνικῶν κεχρημένοι τέκνων, ἀποκείρουσι μὲν τὴν ἐν αὐτοῖς βλαστοῦσαν ἀπάτην, καὶ τὸν τομώτατον τοῦ Θεοῦ λόγον ἐπιφέροντες αὐτοῖς, « ὃς ἐστι ζῶν τε καὶ ἐνεργὴς, » τὸ πονηρὸν καὶ ἀκάθαρτον ἐκκόπτουσι πνεῦμα, ἵνα δύναιντο λοιπὸν νῷ καθαρῷ τε καὶ ἐλευθέρῳ, καὶ τῆς ἀληθοῦς θεογνωσίας παραδέξασθαι λόγον.

LXI. En doctores sacros ex Judæis liquido arcum suum vocat. Quinam enim filii Sion insurgentes contra filios Græcorum, nisi divini discipuli, et Ecclesiarum suis quique temporibus præsides, « Et recte tractantes verbum Dei [18]? » Nam Sion quæ animo videtur, quomodo alia præter Ecclesiam intelligatur? Oppugnant autem filios Græcorum, et bello lacessunt errore seductos, Deo illis utente ut gladio bellatoris. Sic et divinus Paulus militem Christi ornare cernitur. « Thorace enim justitiæ [14] » in Christo illum induit: præterea « galea salutis [15]. » Insuper dat ei « gladium spiritus, quod est verbum Dei [16]. » Hoc igitur gladio contra Græcos usi, pullulantem in illis falsam doctrinam amputant, et Dei sermonem maxime « penetrabilem, vivum et efficacem [17] » illis adhibentes, nequam et immundum spiritum exscindunt, ut de cætero mente pura et libera, et a dæmonum servitute expedita, veræ cognitionis Dei sermonem suscipere queant.

*Καὶ ἔσται Κύριος ἐπ' αὐτοὺς, ὀφθήσεται, καὶ ἐξελεύσεται ὡς ἀστραπὴ βολὶς αὐτοῦ.*

Vers. 14. *Et erit Dominus super eos, apparebit, et egredietur sicut fulgur sagitta ejus.*

ΞΒ. Ὅτι καὶ συνέσται Κύριος ὁ Θεὸς αὐτοῖς, καὶ συνασπιεῖ, καταδηώσει τε τοὺς ἀνθεστηκότας διὰ τούτων ὑποθηλοῖ. « Ἔσται γὰρ, φησὶ, Κύριος ἐπ' αὐτοὺς, » δῆλον δὲ ὅτι τοὺς ἀνθίστασθαι μεμελετηκότας τοῖς ἱερουργοῦσι τὸ Εὐαγγέλιον αὐτοῦ. Ἑκάστη δὲ βολὶς μυσταγωγὸς, ἢ ἀπόστολος· βέλει γὰρ ἤτοι βολίδι παρεικάζει πάλιν αὐτοὺς Θεοῦ πέμποντος, ὡς ἀστραπὴ δὲ δραμεῖται, φησὶ, δῆλον δὲ ὅτι καταυγάζουσα, καὶ τοῖς ἁπάντων ὀφθαλμοῖς ἀμογητὶ προσπίπτουσα. Γεγόνασι δὲ οὕτω λαμπροὶ καὶ οἱ θεσπέσιοι μαθηταὶ, καὶ τῶν τοῦ Σωτῆρος Εὐαγγελίων κήρυκες, καὶ οἱ μετ' ἐκείνους, λαῶν ἡγούμενοι, καὶ προεστηκότες Ἐκκλησιῶν, ὡς ἀγνοῆσαι μηδένα τῆς ἐνούσης αὐτοῖς ἀρετῆς τὴν φαιδρότητα. Καὶ τοῦτο αὐτὸ δηλῶν, ἔφασκεν ὁ Σωτήρ· « Οὐδεὶς λύχνον ἅψας, καλύπτει αὐτὸν σκεύει, ἢ ὑποκάτω κλίνης τίθησιν, ἀλλ' ἐπὶ λυχνίας, ἵνα οἱ ἐκπορευόμενοι βλέ-

LXII. Docet Dominum Deum illis adfuturum, unaque pugnaturum, et resistentes eversurum. Ait enim: « Erit Dominus super eos, » utique super eos, qui ministris Evangelii ipsius objicere sese constituerunt. Quælibet autem sagitta est institutor, sive apostolus. Telo enim, sive sagittæ a Deo emissæ rursum eos comparat; addit, cursuram ut fulgur, illuminantem videlicet, et omnium oculis citra nixum allabentem. Evaserunt autem adeo clari ac fulgentes, tum divini discipuli, tum præcones Evangelii Salvatoris, et qui eos secuti sunt populorum rectores et præsides Ecclesiarum, ut claritudinem virtutis eorum nemo ignoraverit. Atque hoc ipsum significans aiebat Salvator: « Nemo accendit lucernam, et ponit eam sub modio, aut sub lecto, sed super candelabrum, ut ingredientes lumen videant [19]. » Et iterum: « Sic luceat lux vestra

[11] Psal. cxxvi, 4. [12] Habac. iii, 11. [13] II Timoth. ii, 15. [14] Ephes. vi, 14. [15] ibid. 17. [16] ibid. [17] Hebr. iv, 12. [18] Matth. v, 15.

(1) Lege πίπτοιεν, *cadant*. COTELER. *Monum. Eccl. Gr.* III, 562.

Digitized by Google

coram hominibus, ut videant opera vestra bona, et glorificent Patrem vestrum qui in cœlis est [19]. »

πωσι τὸ φῶς. » Καὶ πάλιν ἑτέρωθι· « Οὕτω λαμψάτω τὸ φῶς ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ὅπως ἴδωσι τὰ καλὰ ὑμῶν ἔργα, καὶ δοξάσωσι τὸν Πατέρα ὑμῶν τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς. »

**742** VERS. 15, 16. *Et Dominus omnipotens in tuba clanget; et ibit in commotione minarum suarum. Dominus omnipotens protegit eos, et consument eos, et obruent eos in lapidibus fundæ, et ebibent sanguinem eorum sicut vinum, et implebunt ut phialas altare. Et salvabit eos Dominus in die illa sicut oves populum suum.*

*Καὶ Κύριος παντοκράτωρ ἐν σάλπιγγι σαλπιεῖ, καὶ πορεύσεται ἐν σάλῳ ἀπειλῆς αὐτοῦ. Κύριος παντοκράτωρ ὑπερασπιεῖ αὐτῶν, καὶ καταναλώσουσιν αὐτοὺς, καὶ καταχώσουσι ἐν λίθοις σφενδόνης, καὶ ἐκπίονται τὸ αἷμα αὐτῶν ὡς οἶνον, καὶ πλήσουσι ὡς φιάλας θυσιαστήριον. Καὶ σώσει αὐτοὺς Κύριος ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ὡς πρόβατα λαὸν αὐτοῦ.*

LXIII. Commilitonem et armorum socium, ut dixi, claris verbis ipsis adjungit universorum Deum, adeo instructum, et simul certare cupidum, ut jam hostiliter ingruere, imo pedem conferre, et quid-quid in se est virium in hostes, et in ipsorum robur effundere videatur. Rectissime porro inquit, bellum facturum non iis qui per fidem ad justificationem tanquam sagena capti sunt: sed divinæ prædicationi infeliciter obnitentibus, quos et Paulus notavit, cum dixit: « Ostium enim mihi magnum, et evidens apertum est, et adversarii multi [19]. » Canet igitur, inquit, tuba Dominus. Locutus est enim Dominus prædicationem evangelicam, quæ omnes terras pervasit, quando audiri potest ab omnibus mysterium: erat enim tenui voce, et lingua tardus Moses, quare etiam vix per solam Judæam exaudiebatur [20]. At sermo de Christo talibus terminis nequaquam continetur. Nam ut buccina egregia et sonantissima, omnium auribus ubique insonuit. « Ibit autem ceu in commotione minarum suarum, » et sic proteget satellites suos, ut adversarii quasi ab igne consumantur, et tantum non etiam fundæ lapidibus eos universe verberantes obruent. « Ebibent item sanguinem eorum, » hoc est, veluti quædam belluæ insilientes, facile superabunt et occident eos. Ad hæc offerent phialas sanguine occumbentium plenas, ut libationem aliquam ad altare. Est enim suavis odor Deo, et acceptabile sacrificium, errantes salvari prohibentium interitus. Si enim interfectores corporum misericordiam non merentur, sed pari potius supplicio multandi sunt, quid de corruptoribus et jugulatoribus animarum dicemus?

ΞΓ'. Συνασπιστὴν, ὡς ἔφην, καὶ σύνοπλον αὐτοῖς παρίστησιν ἐναργῶς ὁ λόγος, τὸν τῶν ὅλων Θεὸν, παρατεττόμενον οὕτω, καὶ συναθλεῖν ἠρημένον, ὡς ἤδη δοκεῖν καὶ ἐξηρτῆσθαι πολεμικῶς, καὶ οἷον χωρεῖν μᾶλλον, καὶ τῇ κατ' ἐχθρῶν ὅλῃ χρῆσθαι δυνάμει, καὶ τῆς ἐνούσης εὐσθενείας αὐτοῖς. Καταστρατεύεσθαί γε μὴν εὖ μάλα φησὶν, οὐχὶ τῶν διὰ πίστεως εἰς δικαίωσιν σαγηνευομένων, ἀλλὰ τῶν ἀθλίως ἀνθεστηκότων τῷ θείῳ κηρύγματι, οὓς καὶ ὁ Παῦλος κατεστήμηνε, λέγων· « Θύρα γάρ μοι ἀνέῳγε μεγάλη καὶ ἐναργὴς, καὶ οἱ ἀντικείμενοι πολλοί. » Σαλπιεῖ τοίνυν ὁ Κύριος, φησὶν, ἐν σάλπιγγι. Λελάληκε γὰρ ὁ Κύριος τὸ κήρυγμα τὸ εὐαγγελικὸν, εἰς πᾶσαν διάττον τὴν ὑπ' οὐρανὸν, ἐξάκουστον γὰρ τοῖς ἅπασι τὸ μυστήριον· ἦν μὲν γὰρ ἰσχνόφωνος, καὶ βραδύγλωσσος ὁ Μωσῆς, τοιγάρτοι καὶ μόλις ἠκούετο κατὰ μόνην τὴν Ἰουδαίαν. Ἥκιστά γε μὴν ἐν τούτοις ἐστὶν ὁ περὶ Χριστοῦ λόγος. Ἀναπεφώνηκε γὰρ οἷά τις σάλπιγξ λαμπρὰ, καὶ εὐηχεστάτη, καὶ ταῖς ἁπάντων ἀκοαῖς ἠχὴν ἐνιεῖσα τὴν διαπρύσιον. « Βαδιεῖται δὲ ὥσπερ ἐν σάλῳ ἀπειλῆς αὐτοῦ, » καὶ ὑπερασπιεῖται οὕτω τῶν ἑαυτοῦ δορυφόρων, ὡς οἷον ὑπὸ πυρὸς δαπανᾶσθαι τοὺς ἀνθισταμένους, μόνον δὲ οὐχὶ καὶ σφενδόνης λίθοις αὐτοὺς καταχώσουσι καταπαίοντες γενικῶς. Ἐκπίονται δὲ καὶ τὸ αἷμα αὐτῶν, τουτέστιν οἷά τινες θῆρες ἐπιθρώσκοντες περιέσονται ῥᾳδίως, καὶ νεκροὺς ἀποφανοῦσι. Προσκομιοῦσι δὲ τῷ τῶν πεπτωκότων αἵματι φιάλας πεπληρωμένας, καθάπερ τινὰ σπονδὴν ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον. Εὐωδία γὰρ τῷ Θεῷ, καὶ θυσία δεκτὴ τῶν οὐκ ἐώντων σώζεσθαι τοὺς πεπλανημένους ὁ θάνατος. Εἰ γὰρ τῶν σωμάτων τοὺς φονευτὰς οὐκ ἄξιον ἐλεεῖσθαι, ὑποφέρεσθαι δὲ μᾶλλον ταῖς δίκαις, τὰ ἴσα παθόντας, τί ἂν τις λέγοι περὶ τῶν οἱ ψυχῶν ὀλετῆρες γεγόνασι καὶ φθορεῖς.

Quales haberi quoque possunt præstantes inter Græcos, et mundanæ sapientiæ gloriam consecuti, quibus crebro in ore sunt dii deæque, et qui ad creaturam magis quam ad **743** Creatorem colendum sollicitant, et cuilibet elemento Deo debitum honorem consecrant. Atqui mundum, non solum quandiu ipsi vivebant, sed etiam ad tempora consequentia seduxerunt. Multa enim millia diversis ætatibus illorum mendaciis persuasi, et frigidis atque anilibus fabellis auscultantes perierunt. Sublati sunt itaque e medio in posterum tales. Eva-

Εἶεν δ' ἂν οὗτοι πάλιν οἱ Ἑλλήνων λογάδες, καὶ τῆς ἐν κόσμῳ σοφίας ἡμμένοι τὴν δόξαν, οἱ ἄνω τε καὶ κάτω θεοὺς καὶ θεὰς ὀνομάζοντες, καὶ τῇ κτίσει παρὰ τὸν ποιητὴν ἀναπείθοντες προσκυνεῖν, καὶ ἑκάστῳ τῶν στοιχείων τὴν Θεῷ πρέπουσαν ἀνατιθέντες δόξαν, καίτοι πεπλανήκασι τὴν ὑπ' οὐρανὸν, καὶ οὐχὶ δὴ μόνον κατά γε τὸν χρόνον τῆς ἐν σώματι ζωῆς· ἀλλὰ καὶ εἰς χρόνους τοὺς ἑφεξῆς. Μύριοι γὰρ ὅσοι κατὰ καιροὺς διολώλασι τῆς ἐκείνων ψευδοεπείας ἡττώμενοι, καὶ ψυχροῖς καὶ γραώδεσι μυθαρίοις προσεσχηκότες. Ἀνῄρηνται δὴ οὖν οἱ τοιοῖδε

[19] Matth. v 16. [19'] I Cor. xvi, 9. [20] Exod. iv, 10.

Digitized by Google

λοιπόν. Οἴχεται γὰρ τῆς ἐκείνων συγγραφῆς ἡ βεβήλωσις, ἀπρακτοῦσιν οἱ μῦθοι, καὶ οἷον ἐκπέποται τὸ αἷμα αὐτῶν. Τοῖς γὰρ τῆς ἀληθείας δόγμασι καθάπερ τισὶ λίθοις τοῖς ἐκ σφενδόνης καταπαιόμενοι κατακχώννυνται, καὶ γέγονεν, ὡς ἔφην, εὐωδία Θεῷ τῆς ἐκείνων ἀθυροστομίας ἡ ἀπώλεια, « Καὶ σέσωκε Κύριος ὡς πρόβατα τὸν λαὸν αὐτοῦ. » Ἐπειδὴ γάρ ἐστι τῶν ὅλων αὐτὸς ποιητής, λαὸς αὐτοῦ λέγοιντο ἂν εἰκότως καὶ οἱ πάλαι πλανώμενοι, οὓς ὡς ἀγέλην ἀπεληλαμένην ὑπὸ λῃστῶν σέσωκεν ὁ Κύριος, τοὺς ψευδοποίμενας ἐκβαλών, καὶ ὑπὸ χεῖρα τιθεὶς ἰδίαν τὸ ἀνθρώπινον γένος. Ἔστι γὰρ αὐτὸς ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς, ὁ τιθεὶς τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ὑπὲρ τῶν προβάτων.

*Διότι λίθοι ἅγιοι κυλίονται ἐπὶ τῆς γῆς αὐτοῦ. Ὅτι εἴ τι ἀγαθὸν αὐτοῦ, καὶ εἴ τι καλὸν παρ' αὐτοῦ, σῖτος νεανίσκοις, καὶ οἶνος εὐωδιάζων εἰς παρθένους.*

ΞΔ'. Λίθους μὲν ἁγίους τοὺς ἐν τῇ γῇ τοῦ Θεοῦ κυλιομένους τοὺς ἐν ταῖς Ἐκκλησίαις κατὰ καιροὺς ἁγίους, οἵπερ ἂν γένοιντο μυσταγωγοὶ καὶ διδάσκαλοι κατωνομάσθαι φαμέν. Σύμμορφοι γὰρ γεγόνασι « τῷ λίθῳ τῷ ἐκλεκτῷ, καὶ ἀκρογωνιαίῳ, καὶ ἐντίμῳ, τῷ τεθειμένῳ παρὰ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς εἰς τὰ θεμέλια Σιών. » Εἰ δὲ λίθος ὁ θεμέλιος, οἱ συναρμολογούμενοί τε καὶ συμβιβαζόμενοι, καὶ εἰς ναὸν ἅγιον ἀνιστάμενοι τῷ Θεῷ, λίθοι καὶ αὐτοὶ πιθανῶς ὀνομάζονται. Κυλίεσθαί γε μὴν αὐτοὺς εὖ μάλα φησὶ, τὸ πρὸς πᾶν ὁτιοῦν τῶν ἁγίων οἱονεί πως εὔστροφον, καὶ γοργὸν, διὰ τούτου σημαίνων. Οἱ γάρ τοι περιφερεῖς, ἤγουν σφαιροσιδεῖς τῶν λίθων, ὄκνου παντός εἰσιν ἀμείνους, καὶ τῶν ἄλλων εἰς κίνησιν ἑτοιμότεροι, εἴ τις ἔλοιτο κινεῖν· εὐάγωγος δὲ λίαν εἰς τὸ τῷ Θεῷ δοκοῦν τῶν ἁγίων ὁ νοῦς. Οὕτως οὖν ἡμῖν ἐχόντων τῶν λίθων, πρέποι ἂν ἡμᾶς διακεῖσθαι καὶ ἀραρότως. Ὅτι εἴ τι ἀγαθὸν, αὐτοῦ, καὶ εἴ τι καλὸν, παρ' αὐτοῦ, δῆλον δὲ ὅτι τοῦ πάντα ἡμῖν τὰ πρὸς εὐσέβειαν διανέμοντος Θεοῦ. Ποῖα δὲ ταῦτα ἐστί; « Σῖτος νεανίσκοις, καὶ οἶνος εὐωδιάζων εἰς παρθένους. » Τοῖς μὲν γὰρ ἀνδριζομένοις, καὶ νεανικῷ φρονήματι πρὸς τὸ αὐτῷ δοκοῦν ἀπονευκόσι, καὶ πληροῦν ἑλομένοις τὸ ἀγαθὸν, δοθήσεται παρ' αὐτοῦ καὶ ἔτι μείζων ἰσχὺς, ὡς ἐν σίτῳ νοουμένη· « Στηρίζει γὰρ ἄρτος καρδίαν ἀνθρώπου. » Τοῖς γε μὴν ἤδη διηγνισμένοις, καὶ ἀμόλυντον ἔχουσι τὸν νοῦν, οἵ καὶ σεμναῖς καὶ ἁγίαις παρθένοις παρεικάζοιντο ἂν εἰκότως, οἶνος δοθήσεται νοητὸς, ἡ περὶ Θεοῦ δηλονότι σαφής τε καὶ ἀκιβδήλευτος γνῶσις, « ἡ κατευφραίνουσα καρδίαν ἀνθρώπου. » Οὐκοῦν νεανίσκοι τε καὶ παρθένοι, οἱ κατά γε τοὺς ἀρτίως ἡμῖν ἀποδοθέντας λόγους, εἰς εὐρετάν τε καὶ ἀμφιλαφῆ μέθεξιν τῶν ἄνωθεν ἀγαθῶν κεκλήσονται τε εἰκότως, καὶ ἀκούσονται Θεοῦ λέγοντος· « Φάγετε, καὶ πίετε, καὶ μεθύσθητε οἱ πλησίον. » Πλησίον γὰρ οἱ τοιοίδε Θεοῦ· καὶ οὐ σχέσεσι τοπικαῖς· ληρία γὰρ τοῦτο νοεῖν, ἢ φρονῆσαι· παραστήματι δὲ διανοίας τῷ λίαν ἀκιμωτάτῳ, καὶ τῇ πρὸς πᾶν ὁτιοῦν τῶν ἀρίστων ἐφέσει, καὶ ἀγάπῃ τῇ εἰς αὐτόν. Ὥσπερ γὰρ ἐξίστησιν ἡμᾶς, καὶ οἷον

A nescit enim scriptorum illorum vanitas, fabulæ nihil agunt, et sanguis eorum quodammodo epotus est. Veritatis quippe dogmatis veluti quibusdam lapidibus e funda percussi obruuntur, et tanquam suavis odor Deum afflavit exstincta eorum loquacitas : « Et salvavit Dominus ut oves populum suum. » Quoniam enim ipse est conditor omnium, merito item populus ejus dicentur, qui olim erraverant; quos ut gregem a latronibus abactum Christus salvavit, falsis pastoribus ejectis, et genere humano in tutelam suam recepto. Ipse enim est pastor bonus, qui ponit animam suam pro ovibus suis[20].

B Vers. 16,17. *Quia lapides sancti volvuntur super terram ejus. Quia si quid bonum illius, et si quid bonum ab eo, frumentum juvenibus, et vinum boni odoris ad virgines.*

LXIV. Lapides sanctos qui in terra ejus volvuntur, quibusque temporibus Ecclesiarum sanctos, qui mystagogorum magistrorumque officio fungi possint, nominatos esse, affirmamus. Conformes enim sunt « lapidi electo, et summo angulari, et pretioso, posito a Deo et Patre in fundamenta Sion[21]. » Quod si fundamentum lapis, coaptati, et coagmentati, et in templum sanctum Domino erecti, etiam ipsi non inepte lapides nominantur. Volvi autem illos appositissime dicit, ut ad quidvis sanctorum agilitatem celeritatemque declaret. Lapides enim orbiculares, seu rotundi, citra ullam difficultatem mobilissimi sunt, si quis eos impellere voluerit : sic animus sanctorum ad omnia Deo grata obeunda est versatilis. Quoniam igitur lapides ita se habent, docet nos congruenter animatos esse. Quia si quid bonum ejus est, et si quid honestum, ab ipso est, nempe a Deo omnia nobis ad pietatem largiente. Quæ sunt autem ista? « Frumentum juvenibus, **744** et vinum odoratum ad virgines. » Viros enim se præbentibus, et animose ejus beneplacitum curantibus, et virtuti servire cupientibus, dabitur ab eo majus adhuc robur, quod in frumento intelligitur : « Panis siquidem cor hominis confirmat[22]. » Purgatis vero, et animum gerentibus incontaminatum, qui et venerabilibus et sanctis virginibus comparari jure queant, vinum dabitur, quod intelligentiæ patet, Dei nimirum plena et germana cognitio, « lætificans cor hominis[23]. » Quocirca adolescentes et virgines, juxta rationes modo a nobis explicatas, ad amplam et copiosam bonorum supernorum communionem merito vocabuntur, audientque Deum dicentem : « Comedite, et bibite, et inebriamini, propinqui[24]. » Hi enim sunt propinqui Dei : non affectione secundum locum : quod sine ineptia intelligi aut cogitari non potest; sed animi præsentia longe robustissima, et desiderio ad quidvis optimum, et charitate erga illum. Quomodo enim deturbat nos, et quasi longius abducit improbitas : sic virtus nos Deo sistit, id quod nos

C

D

[20] Joan. x, 14, 15. [21] Isa xxviii, 16. [22] Psal. ciii, 15. [23] Eccli. xl, 20. [24] Cant. 5, 1.

Digitized by Google

disjungit, et intercedit, peccatum, inquam. e medio removens.

ἀποφέρει μακρὰν ἡ φαυλότης· οὕτω Θεῷ παρίστησιν ἡ ἀρετὴ, τὸ διιστῶν ἡμᾶς, καὶ μεσολαβοῦν ἐκ μέσου γενέσθαι παρασκευάζουσα, φημὶ δὴ τὴν ἁμαρτίαν.

## CAP. X.

## ΚΕΦΑΛ. Ι'.

VERS. 1 *Petite a Domino pluviam in horas, matutinam, et serotinam.*

LXV. Quemadmodum enim neque frumentum in agris citra laborem provenerit, neque vinea multum ac bonum vinum protulerit : ita et in nobis nulla exsistere poterit fertilitas spiritualis, nisi Deus instar pluviæ eloquiorum suorum revelationem in animos et corda nostra demiserit, notitiamque nobis Veteris ac Novi Testamenti, hoc est legalis et evangelici, quasi instillaverit : hæ namque matutina et serotina pluviæ fuerint. Non esse autem infructuosam cognitionem et commentationem spiritualem legis, quin eam erudire nos per figuras et umbras ad mysterium Christi, probat Salvator, Judæis ipse loquens : « Ne putetis me accusaturum vos apud Patrem : est qui accusat vos Moses vester, in quem vos sperastis. Si enim crederetis Mosi, crederetis forsitan et mihi ; de me enim ille scripsit [25]. » Ait et alicubi de Scribis et Pharisæis, ut ex legali institutione ad **745** meliorem, hoc est evangelicam vocatis : « Ideo omnis scriba doctus in regno cœlorum similis est homini patrifamilias, qui profert de thesauro suo nova et vetera [26]. » Petentes igitur a Deo legalem et evangelicam scientiam, et nos dignos exhibentes qui obtineamus, utique accipiemus, et in animum thesauros congeremus, vetera et nova colligentes, et mentem ubertate maxima cumulantes.

*Αἰτεῖσθε παρὰ Κυρίου ὑετὸν καθ' ὥραν, πρώϊμον, καὶ ὄψιμον.*

ΞΕ'. Ὥσπερ γὰρ οὔτε σῖτος ἐν ἀγροῖς γένοιτ' ἂν πόνου δίχα, οὔτ' ἂν εὔβοτρύς τε καὶ εὔοινος ἀμπελὼν· οὕτω καὶ ἐν ἡμῖν οὐκ ἂν γένοιτό τις εὐκαρπία πνευματικὴ, μὴ οὐχὶ Θεοῦ καθιέντος ὑετοῦ δίκην εἰς νοῦν, καὶ καρδίαν τῶν ἑαυτοῦ λογίων τὴν ἀποκάλυψιν, καὶ γνῶσιν ἡμῖν οἱονείπερ ἐνστάζοντος τοῦ τε Ἀρχαίου καὶ Νέου Γράμματος, τουτέστι τοῦ νομικοῦ καὶ τοῦ εὐαγγελικοῦ· ὑετοὶ γὰρ οἱ τοιοῖδε πρώϊμός τε καὶ ὄψιμος εἶεν ἄν. Ὅτι δὲ οὐκ ἀσυντελὴς εἰς δύνησιν ἡ τοῦ νόμου γνῶσις, καὶ θεωρία πνευματικὴ, παιδαγωγεῖ δὲ μᾶλλον ἡμᾶς διὰ τύπου, καὶ σκιᾶς ἐπὶ τὸ Χριστοῦ μυστήριον, πιστώσεται λέγων αὐτὸς ὁ Σωτὴρ τοῖς Ἰουδαίων δήμοις· « Μὴ δοκεῖτε ὅτι ἐγὼ κατηγορήσω ὑμῶν πρὸς τὸν Πατέρα· ὁ κατηγορῶν ὑμῶν Μωσῆς, εἰς ὃν ὑμεῖς ἠλπίκατε. Εἰ γὰρ ἐπιστεύετε Μωσεῖ, ἐπιστεύετε ἂν ἐμοί· περὶ γὰρ ἐμοῦ ἐκεῖνος ἔγραψεν. » Ἔφη δέ που καὶ περὶ τῶν Γραμματέων καὶ Φαρισαίων, ὡς ἐκ νομικῆς παιδεύσεως καλουμένων ἐπὶ τὴν εὐαγγελικήν· « Διὰ τοῦτο πᾶς γραμματεὺς μαθητευθεὶς ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν, ὁμοίος ἐστιν ἀνθρώπῳ οἰκοδεσπότῃ, ὅστις ἐκβάλλει ἐκ τοῦ θησαυροῦ αὐτοῦ καινὰ καὶ παλαιά. » Οὐκοῦν αἰτοῦντες παρὰ Θεοῦ τήν τε νομικὴν καὶ εὐαγγελικὴν ἐπιστήμην ἀξίους τε τοῦ λαβεῖν ἑαυτοὺς παραστήσαντες, ληψόμεθα πάντως, καὶ τοὺς εἰς νοῦν ἔσω πληρώσομεν θησαυροὺς, παλαιά τε καὶ νέα συλλέγοντες, πλείστης τε ὅσης πνευματικῆς εὐκαρπίας ἀναμεστοῦντες τὸν νοῦν.

VERS. 2. *Dominus fecit phantasias, et pluviam hibernam dabit eis, unicuique herbam in agro. Quoniam loquentes locuti sunt labores, et divini visiones falsas, et insomnia falsa loquebantur, vane consolabantur. Ideo exaruerunt ut non habentes pluviam, et afflicti sunt sicut oves, quia non erat sanatio.*

*Κύριος ἐποίησε φαντασίας, καὶ ὑετὸν χειμερινὸν δώσει αὐτοῖς, ἑκάστῳ βοτάνην ἐν ἀγρῷ. Διότι οἱ ἀποφθεγγόμενοι ἐλάλησαν κόπους, καὶ οἱ μάντεις ὁράσεις ψευδεῖς, καὶ τὰ ἐνύπνια ψευδῆ ἐλάλουν, μάταια παρεκάλουν. Διὰ τοῦτο ἐξηράνθησαν ὡς οὐκ ἔχοντες ὑετὸν, καὶ ἐκακώθησαν ὡς πρόβατα, διότι οὐκ ἦν ἴασις.*

LXVI. Occulta quadam sententia hic locus prægnans est, quam prius a me perspicue declarandam existimo : sic enim consilium et scopum prophetæ in verbis recitatis studiosi percipient. Erat enim illi sermo de sanctis, quos et lapides sanctos nominabat [27], iisque frumentum imprimis convenire affirmabat, ut viriliter agentibus, sive juvenibus, atque etiam vinum benecolens, quod essent virgines, id est, casti et incontaminati. « Qui enim sunt Christi Jesu, carnem suam crucifixerunt cum vitiis, et concupiscentiis, » ut divinus Paulus scribit [28]. Præcepit autem ipsis petere pluviam matutinam et serotinam ; deinde errantium mentione interjecta, velut causam adducit, cur nec frumentum, nec vinum habeant ipsi, nec pluviis, quæ intellectu perspiciuntur, irri-

ΞΖ'. Ὠδίνει τινὰ κεκρυμμένην ἔννοιαν τὸ προκείμενον, ἣν ἀναγκαῖον, οἶμαί που, προδιατρανοῦσθαι σαφῶς, συνεῖεν γὰρ οὕτω τῶν τοῦ προφήτου ῥημάτων τὸν σκοπὸν οἱ φιλεπιστήμονες. Ἦν μὲν γὰρ ὁ λόγος αὐτῷ περὶ τῶν ἁγίων, οὓς καὶ λίθους ἁγίους ὠνόμαζε, σῖτόν τε αὐτοῖς ὅτι μάλιστα πρέπειν ἔφασκεν, ὡς ἀνδριζομένοις, ἤγουν νεανίσκοις, καὶ μὴν καὶ οἶνον εὐωδιάζοντα, διά τοι τὸ εἶναι παρθένους, τουτέστιν ἁγνούς τε καὶ ἀβεβήλους. « Οἱ γὰρ τοῦ Χριστοῦ Ἰησοῦ, τὴν σάρκα ἐσταύρωσαν σὺν τοῖς παθήμασι, καὶ ταῖς ἐπιθυμίαις, » καθά φησιν ὁ θεσπέσιος Παῦλος. Αἰτεῖν δὲ αὐτοῖς προστέταχε καὶ ὑετὸν πρώϊμον καὶ ὄψιμον· εἶτα μεταξὺ τῆς περὶ τῶν πλανωμένων παρεμβαλούσης μνήμης, τὴν αἰτίαν ὥσπερ ἀποδίδωσιν ἐν τούτοις, τοῦ μήτε σῖτον, μήτε μὴν

[25] Joan. v, 45, 46. [26] Matth. xiii, 52. [27] Zachar. ix, 10. [28] Galat. v, 24.

Digitized by Google

οἶνον ἔχειν αὐτὰς, ἀλλ οὐδὲ ὑετοῖς κατάρδεσθαι τοῖς νοητοῖς, ὡς ἐντεῦθεν αὐτοὺς μὴ ἔχειν ἐν ἀγρῷ βοτάνην. Καὶ ὁ μὲν λόγος ὡς ἐπὶ πραγμάτων ἐκπεποίηται τῶν αἰσθητῶν· ἡ γε μὴν ἐν αὐτοῖς θεωρία λεπτή τε ἄγαν ἐστὶ, καὶ πολὺ λίαν ἔχουσα τὸ εἰλικρινές. Θεοῦ γὰρ, φησὶ, ποιοῦντος φαντασίας, τουτέστιν ἀστραπὰς, καὶ ὑετὸν τῇ γῇ τὸν χειμερινὸν χέοντος, ὃς ἐστι χρήσιμος, καὶ μὴν καὶ ἑκάστῳ, τῶν ἐν ἀγροῖς δηλονότι, διδόντος βοτάνην, πεπλανήκασιν ἐκείνους οἱ ἀποῤῥεγγόμενοι, τουτέστιν, οἱ ψευδοεπεῖς τε καὶ ψευδηγόροι, καὶ μαντείας λέγοντες τὰς ἀπό γε τῆς σφῶν καρδίας. Οὗτοι λελαλήκασι κόπους, τουτέστιν οὐ τὰ εἰς ἀνάπαυσιν τοῖς πιστεύουσιν αὐτοῖς, ἀλλὰ δι' ὧν ἀνάγκη καμεῖν, Θεῷ προσκρούοντας, καὶ παρορωμένους. Οἱ δέ γε μάντεις καὶ τὰ ἐνύπνια ψευδῆ ἐλάλουν, εὐηχοῦντες αὐτοῖς δηλονότι τὰ καταθύμια, καὶ χρησταῖς μὲν ἐλπίσι καταπιπίνοντες, φάσκοντες δὲ ἀληθὲς οὐδέν· ἀλλ' εἰς ἀπάτην καὶ πλάνησιν ἀποφέροντες, ἥκιστα μὲν καταδεικνύοντές σφισι τὸν τῶν πνευματικῶν δοτῆρα καὶ χορηγόν· ἀναπείθοντες δὲ μᾶλλον αἰτεῖν τὴν εὐημερίαν παρὰ τῶν ψευδωνύμων θεῶν. « Ταύτῃ τοι, φησὶν, ἐξηράνθησαν, ὡς οὐκ ἔχοντες ὑετὸν, καὶ ἐκακώθησαν ὡς πρόβατα. » Οὐ γὰρ ἦν βοτάνη, « οὐκ ἦν ἴασις. » Οὐ γὰρ ἦν αὐτοῖς ὁ κατάδεσμῶν τὸ συντετριμμένον, ὁ ἀνιστῶν τὸ κατερραγμένον, ὁ ἀνακτώμενος τὸ κεκακωμένον. Προσεκτέον δὴ οὖν, οὐχὶ τοῖς ἀποφθεγγομένοις τὰ μάταια, ψευδοεπέσι τε καὶ βωμολόχοις, καὶ ἐνυπνιασταῖς· Θεῷ δὲ μᾶλλον τῷ εἰς νοῦν ἡμῖν ἐναστράπτοντι τῆς ἀληθοῦς θεογνωσίας τὸ φῶς, καὶ νοητοὺς ὑετοὺς καταχέοντι, τὰς διὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος παρακλήσεις, λέγω, καὶ βοτάνην ἀναφύοντι τοῖς ἐν ἀγρῷ, τουτέστι πάλιν, εὐανθεστάτην ὥσπερ ἡμᾶς κατανέμοντι πόαν, τῆς θεοπνεύστου Γραφῆς τὴν ἀμώμητον γνῶσιν. « Ἄνθρωπος μὲν γὰρ ἐν τιμῇ ὢν, οὐ συνῆκε, παρασυνεβλήθη τοῖς κτήνεσι τοῖς ἀνοήτοις, καὶ ὡμοιώθη αὐτοῖς. » Ἀλλ' εἰ ἔλοι πως εἰς νοῦν τῶν θείων λογίων τὴν γνῶσιν, καὶ τροφῆς μετάσχοι τῆς πνευματικῆς, τότε δὴ, τότε τὴν νωθείαν ἀποβαλὼν, ἐν τιμῇ πάλιν ἔσται, λογισμῷ τῷ σώφρονι διοικούμενος, καὶ τὴν ἀνθρώπῳ πρέπουσαν ἀναλαβὼν (1) φρένα.

*Ἐπὶ τοὺς ποιμένας παρωξύνθη ὁ θυμός μου, καὶ ἐπὶ τοὺς ἀμνοὺς ἐπισκέψομαι.*

ΞΖ'. *Ποιμένας* ἐν τούτοις, καθάπερ ἐγῷμαι, τοὺς ψευδοπροφήτας καὶ ψευδομάντεις ἀποκαλεῖ, καὶ τοὺς τῆς ἀπάτης καθηγητὰς, ὀλεθρόν τε καὶ πάγην γεγονότας τοῖς, οἳ τῆς ἀληθοῦς περὶ Θεοῦ δόξης ἡμαρτηκότες, τὴν αὐτῷ πρέπουσαν τιμὴν, καὶ λατρείαν ἀνατεθείκασι τῇ κτίσει, καὶ προσεκύνησαν τοῖς ἔργοις τῶν ἰδίων χειρῶν, καθὰ γέγραπται.

Οὐκ ἀπίθανον δὲ τοῖς ψευδομάντεσι καὶ τοὺς τῶν Ἑλλήνων συνάψαι λογάδας, οἳ δὴ σοφοὶ δοκοῦντες ἄγαν, ταῖς ἑαυτῶν εὐγλωττίαις τοὺς αὐτοῖς προσκειμένους πεπλανήκασι, καὶ ὥσπερ τινὲς ποιμένες οὐκ ἀγαθοὶ κατεβόσκησαν ἐν ἀκάνθαις, καὶ εἰς πολλὴν ἀχρειότητα σαθρῶν ἐννοιῶν. Τί γὰρ παρ' ἐκείνοις

gentur, ut inde in agris herbam non habeant. Et verba quidem tanquam de rebus sensum tangentibus fiunt, sed quam continent theoriam, subtilis est admodum, et purissima. Inquit enim, Deo faciente phantasias, hoc est fulgura, et pluviam hibernam terris utilem effundente, et cuique, agrestium videlicet, herbam suppeditante, seduxerunt eos, qui loquuntur, hoc est falsiloqui, et mendaces, et vaticinia de corde suo proferentes. Hi locuti sunt labores, hoc est non ad requiem credentium illis; sed per quæ cogerentur versari in miseria, ut Deum offendentes, et ab eo despecti. **746** Porro arioli etiam somnia falsa loquebantur, mulcentes eorum aures videlicet rebus jucundis, et bona spe pascentes, nihil tamen verum dicentes: sed in fraudem et errorem abripientes, minimeque spiritualium datorem et suppeditatorem illis ostendentes; quin persuadentes, uti felicitatem potius a diis commentitiis exposcerent. « Ideo, inquit, exaruerunt, ut non habentes pluviam, et afflicti sunt, ut oves. » Non enim erat herba, « non erat sanatio. » Neque enim erat inter eos qui alligaret quod contritum, qui erigeret quod confractum, qui recrearet quod afflictum erat [30]. Attendendum igitur, non loquentibus vana, mendacibusque et assentatoribus et somniatoribus, sed Deo potius, lumine veræ cognitionis divinæ in animum coruscanti, et pluvias intellectiles, Spiritus sancti consolationes, inquam, demittenti et herbam agrestibus producenti, quod est, velut in viridissima herba, in cognitione nulli reprehensioni obnoxia, ac divinitus inspiratæ Scripturæ nos pascenti. « Homo enim cum in honore esset, non intellexit: comparatus est jumentis insipientibus, et similis factus est illis [30]. » Sed si notitiam divinorum eloquiorum in pectus admiserit, et de alimento spirituali participaverit, tum demum spurius esse desinens, prudenti ratione gubernatus, et cogitationibus homine dignis susceptis, rursum in honore erit.

Vers. 3. *Super pastores concitatus est furor meus, et super agnos visitabo.*

LXVII. *Pastores* hoc loco, ut arbitror, pseudoprophetas et falsos vates, et magistros erroris appellat, pestemque et laqueum iis, qui vera de Deo opinione relicta, honorem et cultum ipsi proprium creaturæ dedicarunt, et opera manuum suarum adoraverunt, sicut scriptum est [31].

Nec alienum est falsis vatibus etiam Græcos quosdam quasi majorum gentium adjungere, qui cum sapientissimi numerarentur, eloquentia sua ipsis adhærentes seduxerunt, et ut pastores non boni in spinis, et in multa vanitate cogitationum inutilium paverunt. Quid enim apud illos ad cogni-

[30] Ezech. xxxiv, 4. [30] Psal. xlviii, 13. [31] Psal. cxiii, 4 seqq.

(1) Aubertus, ἀναβαλών. Edit.

Digitized by Google

tionem veritatis conducit? Hi dignissimi sunt qui a Deo puniantur. Non enim tantummodo suas animas perdiderunt, sed insuper aliorum in errorem induxerunt, ut dixi, verborum ampullis mendacium quasi inaurantes, **747** et oratione ad deceptionem abutentes. Visitat autem agnos, miseratus videlicet, et ex fallacia ad agnitionem veritatis transferens, et ex vagis erroribus in viam rectam impellens. Sicut enim res poscebat, ut injuriosis in eos pro magnitudine injuriarum supplicia irrogarentur; ita rursum cum divina mansuetudine, et justo judicio, conjunctissimum erit, benignam in eos qui talia passi sunt ferre sententiam. Oportebat enim, oportebat, inquam, salvari inique tractatos, Deo se ab eis antea læsum obliviscente, et pastorum fraudibus magis, ac præter voluntatem subactos pœna liberante.

Τὸ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ὠφελοῦν; Κατὰ τούτων ἂν γένοιτο, καὶ τὰ ἐκ θείας ὀργῆς, καὶ μάλα αἰσίως. Ὠλόθρευσαν γὰρ οὐχὶ δὴ μόνον τὰς ἑαυτῶν ψυχάς, ἀλλὰ πρὸς ταύταις καὶ τὰς ἑτέρων πεπλανήκασιν, ὡς ἔφην, τῷ τῆς λέξεως κόμπῳ μονονουχὶ καταχρυσοῦντες τὸ ψεῦδος καὶ τὴν τοῦ λόγου χρείαν δαπανῶντες εἰς φεναξισμούς. Ἐπισκέπτεταί γε μὴν τοὺς ἀμνούς, οἰκτείρων δηλονότι, καὶ μετατιθεὶς ἐξ ἀπάτης εἰς τὴν τῆς ἀληθείας ἐπίγνωσιν, καὶ ἐκ τοῦ περιπλανᾶσθαι μετασοβῶν εἰς εὐθεῖαν ὁδόν. Ὥσπερ γὰρ ἦν ἀκόλουθον, τοῖς ἠδικηκόσιν αὐτοὺς τὴν τοῖς ἀδικήμασι πρέπουσαν ἐπαρτῆσαι δίκην· οὕτω δὴ πάλιν θεοπρεποῦς ἡμερότητος, καὶ ψήφου δικαίας ἀμειρήσειεν ἂν οὐδαμῶς, τὸ ἐπὶ τοῖς πεπονθόσι φιλάνθρωπον κρῖμα. Ἔδει γὰρ, ἔδει σώζεσθαι τοὺς ἠδικημένους, ἀμνησικακοῦντος Θεοῦ, καὶ ποινῆς ἀπαλλάττοντος τοὺς ταῖς ἐκείνων πλεονεξίαις τάχα που καὶ ἀβουλήτως ὑπενηνεγμένους.

**Vers. 4, 5.** *Et visitabit Dominus Deus omnipotens gregem suum domum Juda, et ponet eos ut equum decorum suum in prælio, et ex ipso respexit, et ex ipso posuit arcum in spiritu furoris. Et ex ipso egredietur omnis abactor in idipsum, et erunt quasi bellatores conculcantes lutum in viis in bello, et bellabunt, quia Dominus cum eis.*

*Καὶ ἐπισκέψεται Κύριος ὁ Θεὸς ὁ παντοκράτωρ τὸ ποίμνιον αὐτοῦ τὸν οἶκον Ἰούδα, καὶ τάξει αὐτοὺς ὡς ἵππον εὐπρεπῆ αὐτοῦ ἐν πολέμῳ, καὶ ἐξ αὐτοῦ ἐπέβλεψε, καὶ ἐξ αὐτοῦ ἔταξε τὸ τόξον ἐν πνεύματι θυμοῦ, καὶ ἐξ αὐτοῦ ἐξελεύσεται πᾶς ὁ ἐξελαύνων ἐν τῷ αὐτῷ. Καὶ ἔσονται ὡς μαχηταὶ πατοῦντες πηλὸν ἐν ταῖς ὁδοῖς ἐν πολέμῳ, καὶ παρατάξονται, διότι Κύριος μετ' αὐτῶν.*

LXVIII. Quonam modo pastores male multaturus sit, visiturusque et recuperaturus agnos, clare ostendit. Productis enim ex Judæis mundi doctoribus sanctis apostolis et evangelistis, per eos Græciæ sapientes debellavit, et ab eorum garrulitate agnos eripuit, fallaciæque laqueis extricatos, in veram, et nulli culpæ affinem Dei cognitionem transtulit. Ait ergo: « Visitabit gregem suum domum Juda. » Faciet autem eum velut equum decorum, et bellicosissimum, quo quasi spiritualiter vectus, Græcorum linguam, ut dixi, oppugnabit eorumque sapientiæ deformitatem, et omnis fructus vacuitatem patefaciet. Quin enim per Græcorum dispersiones divini discipuli tanquam equi quidam fuerint, adversus eorum loquacitatem, et Deo exosam fallaciam tantum non hinnientes, quis dubitet? cum Christus de beato Paulo dicat ad Ananiam, « Vade, quoniam vas electionis mihi est iste, ut portet nomen meum coram gentibus, et regibus, et filiis Israel [32]. » Et Habacuc quasi Dominum nostrum Jesum Christum alloquens: « Quoniam ascendet super equos tuos, et equitatio tua salus » Inquit igitur: « Ponet ipsum, ut equum decorum in bello, et ex ipso respexit [33]. » Proinde ac si dicat: **748** Consideravit non quidem ut Deus ad ministerium prædicationis evangelicæ idoneos, elegit autem de tribu Juda, et ex ipsis prædicatores constituit. Voluit enim eos suæ voluntatis ministros, et adjutores, et gratiæ ab ipso donandæ velut mediatores et dispensatores fieri. Præterea *ex ipso*, inquit, hoc est Juda in furore intentus est arcus

Ξθ'. Τίνα δὴ τρόπον ἐποίσει μὲν τοῖς ποιμέσι τὰ ἐξ ὀργῆς, ἐπισκέψεται δὲ καὶ ἀνασώσει τοὺς ἀμνούς, καθίστησιν ἐναργές. Ἀναδείξας γὰρ ἐξ Ἰουδαίων τοὺς τῆς οἰκουμένης μυσταγωγοὺς, τοὺς ἁγίους ἀποστόλους καὶ εὐαγγελιστὰς, κατηγωνίσατο μὲν δι' αὐτῶν τοὺς Ἑλλήνων σοφοὺς, ἐξείλετο δὲ τοὺς ἀμνοὺς, τῆς ἐκείνων ἀθυροστομίας, καὶ τῶν τῆς ἀπάτης βρόχων ἀπαλλάξας, μετέστησαν εἰς θεογνωσίαν τὴν ἀληθῆ καὶ ἀμώμητον. « Ἐπισκέψεται τοίνυν, φησὶ, τὸ ποίμνιον αὐτοῦ τὸν οἶκον Ἰούδα. » Ποιήσεται δὲ αὐτὸν οἷον ἵππον εὐπρεπῆ καὶ πολεμικώτατον, ἐφ' ᾧ νοητῶς μονονουχὶ καὶ ἐποχούμενος, τῆς Ἑλλήνων, ὡς ἔφην, καταστρατεύσεται γλώττης, καὶ τῆς ἐνούσης αὐτοῖς σοφίας καταγράψει τὸ ἀκαλλὲς, καὶ ἀνόητον. Ὅτι γὰρ ἐν ταῖς Ἑλλήνων διασποραῖς οἱ θεσπέσιοι γεγόνασι μαθηταὶ οἷά τινες ἵπποι, μονονουχὶ καταχρεμετίζοντες τῆς παρ' αὐτοῖς ἀθυροστομίας, καὶ θεοστυγοῦς ἀπάτης, πῶς ἂν ἐνδοιάσειέ τις; Χριστοῦ λέγοντος περὶ τοῦ μακαρίου Παύλου πρὸς Ἀνανίαν· « Πορεύου, ὅτι σκεῦος ἐκλογῆς μοί ἐστιν οὗτος, τοῦ βαστάσαι τὸ ὄνομά μου ἐνώπιον ἐθνῶν τε καὶ βασιλέων καὶ υἱῶν Ἰσραήλ. » Ἔφη δέ που καὶ ὁ Ἀμβακοὺμ ὡς πρὸς τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν· « Ὅτι ἐπιβήσῃ ἐπὶ τοὺς ἵππους σου, καὶ ἡ ἱππασία σου, σωτηρία. » Οὐκοῦν « τάξει αὐτὸν, φησὶν, ὡς ἵππον εὐπρεπῆ ἐν πολέμῳ, καὶ ἐξ αὐτοῦ ἐπέβλεψεν. » Ὅμοιον ὡς εἰ λέγοι· Κατεσκέψατο μὲν ὡς Θεὸς τοὺς ἐπιτηδείους εἰς διακονίαν τῶν εὐαγγελικῶν κηρυγμάτων, ἀπολέκτους γε μὴν ἐποιήσατο τοὺς ἐξ Ἰούδα, καὶ ἐξ αὐτῶν ἔταξεν. Εἵλετο γὰρ αὐτοὺς τῶν ἰδίων

[32] Act. IX, 15. [33] Habac. III, 8.

Digitized by Google

θελημάτων ὑπηρέτας γενέσθαι, καὶ ὑπουργοὺς, καὶ τῆς παρ' αὐτοῦ χάριτος οἱονεὶ μεσίτας, καὶ διακόνους. Ἔτι δέ φησιν, *ἐξ αὐτοῦ*, τουτέστι τοῦ Ἰούδα τὸ ἐν θυμῷ τεινόμενον τόξον κατὰ τῶν ὑπεναντίων. Ἐξ αὐτοῦ δὲ πάλιν « ἐξελεύσεται καὶ ἐξελαύνων ἐν τῷ αὐτῷ. » Ἐξελαύνοντα δὲ, ὡς γε οἶμαι, φησὶ τὸν λεηλατοῦντά τε καὶ αἰχμαλωτίζοντα.

A contra adversarios. Ex ipso insuper « egredietur et abactor in idipsum. » Abactorem, puto, appellat prædatorem et captivos ducentem.

Δεδράκασι δὲ τοῦτο οἱ θεσπέσιοι μαθηταὶ, τοὺς ἐξ Ἑλλήνων ἁρπάζοντες, καὶ τῷ μεγάλῳ προσκομίζοντες βασιλεῖ, φημὶ δὴ Χριστῷ, ἵνα ὑπ' αὐτῷ τε εἶεν, καὶ τὰ αὐτοῦ φρονεῖν ἕλοιντο, τῆς τοῦ διαβόλου πλεονεξίας ὀψὲ, καὶ μόλις ἀποσεισάμενοι τὸν ζυγόν. Κατηνδρίσαντο δὲ οὕτω τῶν παρ' Ἕλλησι σοφῶν οἱ θεσπέσιοι μαθηταὶ, ὡς ἤδη πως δοκεῖν πηλὸν ταῖς τριόδοις διερριμμένον συμπατεῖν. Καὶ γὰρ ἦν Κύριος μετ' αὐτῶν, « Ὁ ποιῶν μεγάλα, καὶ ἀνεξιχνίαστα, ἔνδοξά τε καὶ ἐξαίσια, ὧν οὐκ ἔστιν ἀριθμός. » Ἐπεφώνει δέ που καὶ ὁ Χριστὸς, τοῖς πιστεύσασιν εἰς αὐτόν· « Ἰδοὺ δέδωκα ὑμῖν πατεῖν ἐπάνω ὄφεων, καὶ σκορπίων, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν δύναμιν τοῦ ἐχθροῦ. » Ἰστέον δὲ ὅτι πνευματικὴν μὲν ἡμεῖς ἐξυφαίνοντες θεωρίαν, τὰ τοιαῦτά φαμεν.

Fecerunt hoc sancti discipuli, de Græcis rapientes, quos magno regi, Christo, inquam, obtulerunt, ut sub ipso essent, et quæ ejus sunt sapere vellent, diabolicæ servitutis jugo sero, et vix tandem excusso. Adeo autem contra Græcorum sapientes strenue divini discipuli se gesserunt, ut jam quodammodo lutum in triviis jacens conculcare viderentur. Etenim Dominus erat cum ipsis, « Qui facit magna, et inscrutabilia, gloriosa, et ingentia, quorum non est numerus [36]. » Compellat et Christus alicubi credentes in se: « Ecce dedi vobis potestatem calcandi supra serpentes et scorpiones, et supra omnem virtutem inimici [38]. » Sciendum porro, nos, spiritualem interpretationem contexentes hæc dicere.

Ἰουδαίοις γε μὴν οὐχ ὧδε ἔχειν τὸ χρῆμα δοκεῖ, δέχονται δὲ μᾶλλον ἱστορικῶς, καί φασιν, ὅτι μετὰ τὸν τῆς αἰχμαλωσίας καιρὸν πεπολέμηκεν αὐτοῖς, ὁ ἐπίκλην Ἐπιφανὴς Ἀντίοχος πλείστην τε ὅσην συναγαγὼν ἐκ τῆς Ἑλλήνων χώρας τῶν μαχομένων τὴν ἄθροισιν, καὶ μὴν καὶ ταῖς παρ' ἑτέρων ἐπικουρίαις ὠφρυωμένος. Ἀλλ' ὡς αὐτοί φασι, νενίκηκεν ὁ Ἰσραὴλ, καὶ τῆς ἐκείνου σκαιότητος τὴν ἀμείνω δόξαν ἀπηνέγκατο. Τότε γὰρ συμβέβηκε καὶ τοὺς ἐκ Μακκαβαίων μεμαρτυρηκότας τὸν τῆς εὐδοκιμήσεως ἀναδήσασθαι στέφανον. Παρακομίζουσι δὲ τῶν αὐτοῖς δυκούντων εἰς ἀπόδειξιν τά τε ἀρτίως ἡμῖν εἰρημένα, καὶ τὰ ὀλίγῳ κατόπιν, ἔχουσι δὲ οὕτως· « Διότι ἐνέτεινά σε ἐμαυτῷ, Ἰούδα, ὡς τόξον, ἔπλησα τὸν Ἐφραΐμ, καὶ ἐπεγερῶ τὰ τέκνα σου, Σιὼν, ἐπὶ τὰ τέκνα τῶν Ἑλλήνων, καὶ ψηλαφήσω σε ὡς ῥομφαίαν μαχητοῦ, καὶ ἔσται Κύριος ἐπ' αὐτοὺς, καὶ ἐξελεύσεται ὡς ἀστραπὴ βολὶς αὐτοῦ. Καὶ Κύριος παντοκράτωρ ἐν σάλπιγγι σαλπιεῖ, καὶ πορεύσεται ἐν σάλῳ ἀπειλῆς αὐτοῦ. Κύριος παντοκράτωρ ὑπερασπιεῖ αὐτῶν. »

At Judæis diversum placet, qui hæc historice potius accipiunt, affirmantque, post tempus captivitatis hostiliter eos invasisse Antiochum cognomento Epiphanem cum copiis e Græcia infinitis, et ab aliis gentibus auxiliaria contracta manu, unde supercilium tollebat. Sed ut ipsi confitentur, vicit Israel, et de illius immanitate gloriam sibi comparavit. Tunc enim contigit Machabæos martyrio virtutem confessos, celebritatis corona redimiri [39]. Ad probationem sententiæ suæ modo et paulo supra a nobis dicta producunt, quæ hunc in modum habent: « Quoniam tetendi mihi te, Juda, ut arcum implevi Ephraim, et excitabo filios tuos Sion super filios Græcorum, et contrectabo te ut gladium bellatoris. Et erit Dominus super eos, et egredietur ut fulgur jaculum ejus. Et Dominus omnipotens tuba canet, et ibit in commotione minarum ejus. Dominus omnipotens proteget eos [37]. »

*Καὶ καταισχυνθήσονται ἀναβάται ἵππων, καὶ κατισχύσω τὸν οἶκον Ἰούδα, καὶ τὸν οἶκον Ἰωσὴφ σώσω, καὶ κατοικιῶ αὐτοὺς, ὅτι ἠγάπηκα αὐτούς.*

Vers. 6. *Et confundentur ascensores equorum,* **749** *et confortabo domum Juda, et domum Joseph salvabo, et habitare faciam eos, quia dilexi eos.*

ΞΘ'. Φασὶ δὴ πάλιν οἱ τοῖς Ἰουδαϊκοῖς συναγορεύοντες διηγήμασιν, ὅτι συγκεκροτημένης τῆς πρὸς Ἕλληνας μάχης, οἱ μὲν ἐκείνων ἱππεῖς διολώλασι, κεκρατήκασί γε μὴν οἱ ἐξ αἵματος Ἰσραὴλ, ὡς κατοικῆσαι τὴν χώραν αὐτοὺς, δῆλον δὲ ὅτι τὴν Ἰουδαίαν, παντὸς ἐλευθέρους δείματος, καὶ οὐδενὸς τὸ παράπαν ἀποικισθέντος, ἥγουν αἰχμαλώτου γεγενημένου. Ἡμεῖς δὲ τοῖς πρώτοις συμβαίνουσάν τε καὶ ἀδελφὴν ποιεῖσθαι σπουδάζοντες τὴν τῶν νοημάτων ἀπόδοσιν, ἀναβάτας ἵππων τοὺς κατηρχυμμένους οὐχ ἑτέρους εἶναί φαμεν, ἢ τοὺς τῶν Ἑλληνικῶν δογμάτων πρωεστηκότας, καὶ ἀπάτης τῆς θεομισοῦς ὑπερασπιστὰς εἰωθότας, ὧν κατερραγμένων κεκράτηκεν ὁ

LXIX. Asseverant rursum Judaicis narrationibus patrocinantes, pugna cum Græcis inita, illorum equites periisse, vicisse Israelitas, ut regionem suam, Judæam nempe, habitarent omni terrore vacui, nemine omnino abducto, seu captivo facto. At nos prioribus convenientem, et germanam explicationem sensuum afferre studentes, ascensores equorum confusos non alios esse contendimus quam Græcorum dogmatum præsides, et seductionis Deo exosæ propugnatores, quibus prostratis vicit Judas, et salvata est quoque domus Joseph. Significatur autem per hæc Israeliticus sanguis, et genus, sive justificatorum in Christo multitudo, in animo et

[36] Job v, 9. [38] Luc. x, 19. [39] II Mach. vi, 7. [37] Zachar. ix, 13, 14.

Digitized by Google

cordo Judæam circumferentium, et circumcisionem sortitorum in spiritu, et mentem gerentium, quæ videt Deum [48], hoc enim Latine sonat Israel. Quia vero dilecti sunt a Deo, ideo et in habitatione collocati, hoc est firmam in omnibus felicitatibus permansionem adepti sunt. Scriptum est enim : « Dominus habitare facit unanimes in domo [49]. » Ait et alicubi divinus Isaias de eo qui vitam agit virtute singularem : « Ambulans in justitia qui odit iniquitatem et injustitiam, et manus abstinens a muneribus. Obturans aures, ut non audiat judicium sanguinis, et claudens oculos, ut non videat iniquitatem hic habitabit in excelsa spelunca petræ fortis [50]. » Probabiliter etiam dicemus, domum datam a Deo sanctis Ecclesiam, sive supernas mansiones ; quam rem omni admiratione dignam censet et beatus David, sic universorum Salvatorem alloquens : « Beati qui habitant in domo tua, in sæcula sæculorum laudabunt te [51]. »

A Ἰούδας, σίσωσται δὲ καὶ ὁ οἶκος Ἰωσήφ. Κατασημαίνεται δὲ διὰ τούτων τὸ ἐξ Ἰσραὴλ αἷμά τε καὶ γένος, ἤγουν ἡ τῶν ἐν Χριστῷ δεδικαιωμένων πληθὺς, τὸν εἰς νοῦν καὶ καρδίαν περιφέροντες Ἰουδαῖον, καὶ περιτομὴν λαχόντες τὴν ἐν πνεύματι, καὶ νοῦν ἔχοντες ὁρῶντα Θεόν· ἑρμηνεύεται γὰρ οὕτως ὁ Ἰσραήλ. Ἐπειδὴ δὲ ἠγάπηνται παρὰ Θεοῦ, ταύτῃ τοι καὶ κατῳκίσθησαν, τουτέστιν ἐρηρισμένην ἐσχήκασι τὴν ἐφ' ἅπασι τοῖς ἀρίστοις διαμονήν. Γέγραπται γὰρ, ὅτι « Κύριος κατοικίζει μονοτρόπους ἐν οἴκῳ. Ἔφη δέ που καὶ ὁ θεσπέσιος Ἡσαΐας περὶ τοῦ ἐξαίρετον ἀσκοῦντος βίον· « Πορευόμενος ἐν δικαιοσύνῃ, μισῶν ἀνομίαν καὶ ἀδικίαν, καὶ τὰς χεῖρας ἀπεχόμενος ἀπὸ δώρων. Βαρύνων τὰ ὦτα, ἵνα μὴ ἀκούσῃ κρίσιν αἵματος, καὶ μύων τοὺς ὀφθαλμοὺς, ἵνα μὴ ἴδῃ ἀδικίαν, οὗτος οἰκήσει ἐν ὑψηλῷ σπηλαίῳ πέτρας ὀχυρᾶς. » Οὐκ ἀπίθανον δὲ καὶ οἶκον δεδόσθαι λέγειν παρὰ Θεοῦ τοῖς ἁγίοις τὴν Ἐκκλησίαν, ἤγουν τὰς ἄνω μονάς· καὶ δὴ καὶ παντὸς ἀξιοῖ τὸ

B

χρῆμα θαύματος ὁ μακάριος Δαβὶδ, οὕτω λέγων πρὸς τὸν ὅλων Σωτῆρα καὶ Θεόν· « Μακάριοι οἱ κατοικοῦντες ἐν τῷ οἴκῳ σου, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων αἰνέσουσί σε. »

VERS. 7. *Et erunt quemadmodum quando non abjeceram eos, quia ego Dominus Deus eorum, et exaudiam eos, et erunt quasi pugnatores Ephraim.*

*Καὶ ἔσται ὃν τρόπον οὐκ ἀπεστρεψάμην αὐτοὺς, διότι ἐγὼ Κύριος ὁ Θεὸς αὐτῶν, καὶ ἐπακούσομαι αὐτῶν, καὶ ἔσονται ὡς μαχηταὶ τοῦ Ἐφραΐμ.*

LXX. Confusis Græciæ sapientibus, qui et equites appellati sunt, confortaturum sese promittit, et habitatione donaturum misericordia gavisos, addens, « Quia dilexi eos. » Et quid emolumenti ex eo percepturi sint, quod a Deo dilecti sint, sequentibus explanat : **750** « Sicut, inquit, cum non abjeceram eos. » Non enim eos penitus neglexi, sed visitavi, etiam periculis conflictantes, « Quia ego Dominus Deus ipsorum, » hoc est eorum supplices preces exaudiam, « et erunt ut pugnatores Ephraim. » Ac si rursum dicat, aliquando per animi et mentis imbecillitatem velut dissoluti et jacentes eo jam fortitudinis spiritualis progredientur, ut de cætero Ephraimitis, quorum nomen in laude est, æquales videantur, hoc est de genere Judæorum apostolis, et evangelistis. Hi enim bellatores fuerunt, intelligentiæ non sensui patentes, oppugnantes inimicos, ferientes adversarios, et vincentes « principatus, potestates, et dominationes, et spiritualia nequitiæ [52], » et sacræ prædicationis adversarios citra pugnam superantes. Fuerunt item ex gentium populis vocati per fidem ad agnitionem Christi viri sancti, et spiritu Dei pleni, et tanquam bellatores Ephraim. Bellatores enim fuerunt : pro viribus namque apostolorum vivendi genus, illorumque virtutem iisdem vestigiis incedendo æmulantes, ipsi quoque intrepide contra veritatis inimicos, contraque vitia et peccata decertarunt.

C

D

[76] Joan. x, 11. [77] ibid. 15. [78] Joan. xix, 15. [79] Matth. xxvii, 25. [80] Ezech. xi, 16. [81] Psal. xliv, 7. [82] Psal. cix, 2.

Digitized by Google

tur : « Pasce populum tuum in virga [84]. » Cæterum in verbis recitatis, virgæ modos pastoralis scientiæ geminumque genus laudabilis institutionis significant. Assumit autem virgas « pastor bonus, qui ponit animam suam pro ovibus, » id est Christus, ut in ipsis pascat oves suas. Olim enim ( puta antequam hominis natura se vestiret ) , cum esset Deus et legislator, ex Deo Λόγος Verbum pascebat Israelem, veluti una virga legali institutione utens. Sic enim per prophetam eum alicubi alloquitur : « Ego pascebam te in solitudine [85]. » Ast postquam nostri similis factus est homo [86], duas virgas assumpsit. Pascit enim, ut adoratores suos, per fidem nimirum justificatos et sanctificatos in spiritu legalibus simul et evangelicis præceptis, non ad boves immolandos impellens, neque ut oblationibus secundum legem studeamus nos docens, sed jubens potius, uti cultum in spiritu tanquam incruentum sacrificium celebremus. Conversa est enim et mutata umbra in veritatem : et quæ in figura fiebant, characterem, et formam elegantiæ **762** Christianæ, et evangelicæ vitæ induerunt. Nomina præterea virgis sunt, uni quidem Decor quæ est Testamentum Novum, pulchrum et admiratione dignum, quod ipse Filius locutus est, « Speciosus præ filiis hominum [87] ; » alteri Funiculus, id est, pars, ut intelligamus legem solitam erudire separatum Deo funiculum. Scriptum est enim : « Quando dividebat Altissimus gentes, ut dispergeret filios Adam, constituit terminos gentium juxta numerum angelorum Dei, et fuit pars Domini populus ejus Jacob, funiculus hæreditatis ejus Israel. » Hisce igitur duabus virgis magnus pastorum princeps oves suas pasturum spondet ; et vero spopondit. In unam quippe caulam qui ex Israel, et qui ex gentibus erant conduxit, et illis legalem evangelicamque doctrinam in nutrimentum apponit, et quasi quamdam spiritualem herbam fruendam suppeditat, et affatim eos saginat.

τική. Εἴρηται γοῦν πάλιν διὰ φωνῆς προφήτου πρὸς τὸν Υἱόν· « Ποίμαινε λαόν σου ἐν ῥάβδῳ. » Ἀλλ' ἔν γε τοῖς προειρημένοις σημαίνουσιν αἱ ῥάβδοι τρόπους ἡμῖν ποιμενικῆς ἐπιστήμης, καὶ διττὸν παιδεύσεως εἶδος, κατά γε τὸ ἀμωμήτως ἔχειν δοκοῦν. Δέχεται δὲ τὰς ῥάβδους « ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς, ὁ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ θεὶς ὑπὲρ τῶν προβάτων, » τουτέστι, Χριστὸς, ἵνα ἐν αὐταῖς καταποιμάνῃ τὰ ἴδια πρόβατα. Πάλαι μὲν γὰρ (τουτέστι, καὶ πρὸ τῶν τῆς ἐνανθρωπήσεως χρόνων) Θεὸς ὢν, καὶ νομοθέτης, ὁ ἐκ Θεοῦ Πατρὸς Λόγος κατέβοσκε τὸν Ἰσραὴλ, οἱονεὶ ῥάβδῳ μιᾷ χρώμενος, τῇ κατὰ νόμον παιδείᾳ. Ἔφη γάρ που διὰ προφήτου φωνῆς πρὸς αὐτόν· « Ἐγὼ ἐποίμαινόν σε ἐν τῇ ἐρήμῳ. » Ἐπειδὴ δὲ γέγονε καθ' ἡμᾶς ἄνθρωπος, δύο δέχεται ῥάβδους. Κατανέμει γὰρ ὥσπερ τοὺς ἰδίους προσκυνητὰς, τοὺς διὰ πίστεως δηλονότι δεδικαιωμένους, καὶ ἡγιασμένους ἐν πνεύματι, νομικοῖς τε ἅμα καὶ εὐαγγελικοῖς θεσπίσμασιν, οὐ βουθυτεῖν ἀναπείθων, οὔτε μὴν ταῖς κατὰ νόμον προσαγωγαῖς προσκεῖσθαι διδάσκων· ποιεῖσθαι δὲ μᾶλλον προστεταχὼς τῆς ἐν πνεύματι λατρείας τὴν δύναμιν εἰς ἀναιμάκτου θυσίας τρόπον. Μετατέθειται γὰρ ἡ σκιὰ πρὸς ἀλήθειαν, καὶ μετακεχάραχται τὰ ἐν τύποις εἰς ἀστειότητα πολιτείας τῆς ἐν Χριστῷ τε καὶ εὐαγγελικῆς. Ὀνόματα δὲ καὶ ταῖς ῥάβδοις, τῇ μὲν μιᾷ Κάλλος, ἥτις ἐστὶ Διαθήκη Νέα, καλὴ καὶ ἀξιοθαύμαστος, ἣν αὐτὸς λελάληκεν ὁ Υἱὸς, « Ὡραῖος κάλλει παρὰ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων· » ἡ γε μὴν ἑτέρα Σχοίνισμα, τουτέστι μερὶς, ἵνα νοῶμεν τὸν νόμον, τὸ ἀφορισθὲν τῷ Θεῷ σχοίνισμα παιδαγωγεῖν εἰωθότα. Γέγραπται γάρ· « Ὅτε διεμέριζεν Ὕψιστος ἔθνη, ὡς διέσπειρεν υἱοὺς Ἀδὰμ, ἔστησεν ὅρια ἐθνῶν κατὰ ἀριθμὸν ἀγγέλων Θεοῦ, καὶ ἐγενήθη μερὶς Κυρίου λαὸς αὐτοῦ Ἰακὼβ, σχοίνισμα κληρονομίας αὐτοῦ Ἰσραήλ. » Ταύταις δὴ οὖν ταῖς δυσὶ ῥάβδοις ὁ μέγας ἀρχιποίμην κατανεμήσειν ἐπαγγέλλεται τὰ αὐτοῦ πρόβατα, καὶ ἀτρεκὴς ὁ λόγος. Συνεκόμισε γὰρ εἰς μίαν αὐλὴν τούς τε ἐξ Ἰσραὴλ, καὶ μέντοι τοὺς ἐξ ἐθνῶν, νομικήν τε ἅμα καὶ εὐαγγελικὴν παίδευσιν αὐτοῖς παρατιθεὶς εἰς τροφὴν, καὶ οἷά τινα πόαν πνευματικὴν χορηγῶν εἰς μέθεξιν, καὶ καταπιαίνων πλουσίως.

VERS. 8, 9. *Et auferam tres pastores in mense uno, et gravabitur anima mea super eos. Etenim animæ eorum rugiebant super me. Et dixi : Non pascam vos. Quod moritur moriatur, et quod deficit deficiat, et reliqua devorent, unusquisque carnes proximi sui.*

*Καὶ ἐξαρῶ τοὺς τρεῖς ποιμένας ἐν μηνὶ ἑνὶ, καὶ βαρυνθήσεται ἡ ψυχή μου ἐπ' αὐτούς. Καὶ γὰρ αἱ ψυχαὶ αὐτῶν ἐπωρύοντο ἐπ' ἐμέ. Καὶ εἶπα· Οὐ ποιμανῶ ὑμᾶς. Τὸ ἀποθνῆσκον ἀποθνησκέτω, καὶ τὸ ἐκλεῖπον ἐκλιπανέτω, καὶ τὰ κατάλοιπα κατεσθιέτωσαν, ἕκαστος τὰς σάρκας τοῦ πλησίον αὐτοῦ.*

LXXX. Dante enim se jam in conspectum vero et bono pastore, æquissimum erat utique, imo et necessarium mercenarios et falsos pastores removeri, hoc est, Judæorum secundum legem duces et magistros : quorum alii occidebant oves, nec agebant pœnitentiam : alii eas vendentes dicebant : « Benedictus Dominus, et jam divites facti sumus. » Jam vero quos nomine trium pastorum appellet, et

Π'. Ἀναδειχθέντος γὰρ ἤδη τοῦ ἀληθινοῦ τε καὶ ἀγαθοῦ ποιμένος, ἦν δήπου καὶ μάλα εἰκὸς, μᾶλλον δὲ ἦδη καὶ ἀναγκαῖον, ἐκ μέσου γενέσθαι λοιπὸν τοὺς μισθωτοὺς καὶ ψευδοποίμενας, τουτέστι, τοὺς τῶν Ἰουδαίων κατὰ νόμον καθηγητάς· ὧν οἱ μὲν κατέσφαζον τὰ πρόβατα, καὶ οὐ μετεμέλοντο· οἱ δὲ δὴ πωλοῦντες αὐτὰ ἔλεγον· « Εὐλογητὸς Κύριος, καὶ πεπλουτήκαμεν. » Εἶτα τί δή ποτε καὶ φαίη τις ἂν

[84] Mich. VII, 14. [85] Joan. X, 15. [86] Osee XIII, 5. [87] Philipp. II, 7. [88] Psal. XLIV, 3. [89] Deut. XXXII, 8, 9.

Digitized by Google

ποιμένας αὐτοὺς ὀνομάζει τρεῖς, τίνα δὲ τρόπον A quonam modo auferantur, ut dicit, mense uno, age
ἐξαίρονται, καθά φησιν, ἐν μηνὶ ἑνί, φέρε δὴ λέγω- ad fidem conciliandam locis e sacra Scriptura pro-
μεν, τὰ ἐκ τῶν ἱερῶν Γραμμάτων παρατιθέντες εἰς latis disseramus. Existimo igitur tres pastores no-
πίστιν. Οἶμαι δὴ οὖν, ὅτι τρεῖς ὀνομάζει ποιμένας, minari : et sacerdotio fungentes secundum legem, et
τούς τε κατὰ νόμον ἱερατεύοντας, καὶ τοὺς τεταγμέ- judices populi constitutos, et præter hos sacrarum
νους κριτὰς τοῦ λαοῦ· καὶ προσέτι τούτοις τοὺς Litterarum interpretes, aut legum peritos ; hi siqui-
γραμματοεισαγωγεῖς, ἤτοι τοὺς νομικούς· κατέβο- dem Israelem pascebant. Et quidem qui sacerdotii
σκον γὰρ οὗτοι τὸν Ἰσραήλ. Καὶ οἱ μὲν ἱερωσύνης honores gerebant, ex sola tribu Levi genus duce-
ἔχοντες δόξαν, ἐκ μόνης ἦσαν τῆς φυλῆς Λευΐ, καὶ bant, ac de iis dictum est a Malachia : « Labia sa-
περὶ αὐτῶν ἔφη Μαλαχίας· « Χείλη ἱερέως φυλάξε- cerdotis custodient scientiam, et legem requirent ex
ται κρίσιν, καὶ νόμον ἐκζητήσουσιν ἐκ στόματος ore ejus [89]. » Qui autem judicandi potestatem obti-
αὐτοῦ. » Οἱ δὲ δὴ λαχόντες τοῦ κρίνειν τὴν ἐξουσίαν, nebant, ipsi quoque delecti, verum ex omni tribu
ἀπόλεκτοι μὲν καὶ αὐτοί, πλὴν ἐκ πάσης ἀνεδείκνυντο φυλῆς. Κατὰ τὸν ἴσον δέ, οἶμαι, τρόπον καὶ οἱ creabantur. Ad eumdem modum sacrarum Litte-
γραμματοεισαγωγεῖς, ἤγουν, καθάπερ ἔφην ἀρτίως, rarum interpretes, sive, ut modo dixi, **763** legispe-
οἱ νομικοί, ταῖς εἰς τὸ κρίνειν τεταγμένοις ἀεὶ προσ- B riti, qui judicibus semper assidentes, in unaquaque
εδρεύοντες, καὶ τὰ τοῦ νόμου γράμματα παρακομί- causa verba legis ad confirmationem adducebant.
ζοντες εἰς ἀπόδειξιν τὴν ἐφ' ἑκάστῳ πράγματι. Ὅτι Ministros igitur sacros divinorum mysteriorum ex
μὲν οὖν, ὡς ἔφην, τῶν θείων μυστηρίων οἱ ἱερουργοὶ sola tribu Levi prodilsse, demonstrare nihil attinet.
ἐκ μόνης ἦσαν τῆς τοῦ Λευΐ φυλῆς, οὐδενὸς ἂν δέοιτο Ex omnibus autem tribubus selectos fuisse judices,
πρὸς ἀπόδειξιν λόγου. Ὅτι δὲ ἐκ πάσης φυλῆς ἀπό- ut etiam legis gnaros, docebit plane Moses in Deute-
λεκτοι οἱ κρίνοντες, ὡς νομομαθεῖς, ἐλαμβάνοντο, ronomio, ita dicens filiis Israel : « Judices et ma-
πληροφορήσει λέγων ὁ μακάριος Μωσῆς ἐν τῷ gistros constitues tibi in omnibus urbibus tuis, quas
Δευτερονομίῳ τοῖς υἱοῖς Ἰσραήλ· « Κριτὰς καὶ Dominus Deus tuus dat tibi per tribus, et judica-
γραμματοεισαγωγεῖς καταστήσεις ἑαυτῷ ἐν πάσαις bunt populum judicium justum. Non declinabunt ju-
ταῖς πόλεσί σου, αἷς Κύριος ὁ Θεός σου δίδωσί σοι dicium justum, non cognoscent personam, neque
κατὰ φυλάς, καὶ κρινοῦσι τὸν λαὸν κρίσιν δικαίαν. accipient munera : nam munera excæcant oculos
Οὐκ ἐκκλινοῦσι κρίσιν, οὐκ ἐπιγνώσονται πρόσωπον, sapientum, et tollunt verba justorum [90]. » Tres
οὐδὲ λήψονται· τὰ γὰρ δῶρα ἐκτυφλοῦσιν ὀφθαλμοὺς igitur pastores sunt sacerdotes, et judices, et legum
σοφῶν, καὶ ἐξαίρει λόγους δικαίων. » Τρεῖς οὖν ἄρα docti.
γραμμάτων ἐπιστήμονες, τουτέστιν οἱ νομικοί. ποιμένες, ἱερεῖς τε καὶ κριταὶ καὶ τῶν νομικῶν

Εὑρήσομεν δὲ καὶ αὐτὸν τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν C Palam porro est et Dominum nostrum Jesum
τὸν Χριστὸν ταλανίζοντα διηρημένως Φαρισαίους τε Christum deplorasse distincte Pharisæos et Scribas
καὶ Γραμματεῖς καὶ νομικούς. Ἔφασκε γάρ· « Οὐαὶ et legisperitos. Sic namque ait : « Væ vobis, Scribæ
ὑμῖν, Γραμματεῖς καὶ Φαρισαῖοι. » Ταῦτα δὲ λέγοντι et Pharisæi [91]. » Hæc dicentem quidam his verbis
προσηπήντα τις αὐτῷ τῶν νομικῶν, λέγων· « Διδά- interpellavit : « Magister, hæc dicens etiam nobis
σκαλε, ταῦτα λέγων καὶ ἡμᾶς ὑβρίζεις. Ὁ δὲ εἶπε, injuriam facis. At ille ait, inquit : Et vobis legis-
φησί· Καὶ ὑμῖν τοῖς νομικοῖς Οὐαί, ὅτι φορτίζετε peritis væ, quia oneratis homines oneribus quæ por-
τοῖς ἀνθρώποις φορτία δυσβάστακτα, καὶ αὐτοὶ ἑνὶ tare non possunt, et ipsi uno digito vestro non tan-
τῶν δακτύλων ὑμῶν οὐ προσψαύετε αὐτοῖς. » Οἶδα gitis ea [92]. » Non me fugit etiam aliquando reges
μὲν οὖν ὅτι καὶ οἱ βασιλεύοντες κατὰ καιροὺς ἐν τοῖς Hierosolymis de tribu Juda subjecto populo pasto-
Ἱεροσολύμοις ἐκ τῆς Ἰούδα φυλῆς τάξιν ἀπεπλήρουν rum munus præstitisse [93]. At postquam Christo na-
ποιμένων τοῖς ὑπὸ χεῖρα λαοῖς. Ἐπειδὴ δὲ γεννηθέν- to, genus regum defecit, seu principatu ejectum est
τος Χριστοῦ τὸ τῶν βασιλέων ἐκλελοίπει γένος, ἤγουν ( regnabant enim tunc in Judæa Herodes Antipatri
ἐκβέβλητο τῆς ἡγεμονίας (ἦρχον γὰρ τῆς Ἰουδαίας filius Ascalonita, et Pontius Pilatus), de tribu Juda
τηνικάδε Ἡρώδης τε Ἀντιπάτρου παῖς Ἀσκαλωνίτης, reges nullos nominamus. Defecisse enim illos Chri-
καὶ Πόντιος Πιλάτος), σεσιγήκαμεν ἀναγκαίως τοὺς D sto in lucem edito, certum est e Scriptura. « Non
ἐκ τῆς Ἰούδα φυλῆς. Ὅτι γὰρ ἐκλελοίπεισαν γεννη- deficiet princeps ex Juda, et dux de femoribus ejus,
θέντος Χριστοῦ, πληροφορήσει τὸ γεγραμμένον· « Οὐκ donec veniant reposita ei, et ipse exspectatio gen-
ἐκλείψει ἄρχων ἐξ Ἰούδα, καὶ ἡγούμενος ἐκ τῶν μη- tium [94]. » Quocirca postquam advenit, et nata est
ρῶν αὐτοῦ, ἕως ἂν ἔλθῃ τὰ ἀποκείμενα αὐτῷ, καὶ de cætero exspectatio gentium, id est Christus, ne-
αὐτὸς προσδοκία ἐθνῶν. » Οὐκοῦν ἐπειδήπερ ἀφῖκτο, cessario « princeps ex Juda, et dux ex femoribus
καὶ γεγέννητο λοιπὸν ἡ τῶν ἐθνῶν προσδοκία, τουτ- ejus defecit. » Tres itaque pastores, ut dixi, sunt sa-
έστι Χριστός, « ἐκλέλοιπεν ἀναγκαίως ἄρχων ἐξ cerdotes, judices, legis doctores, qui et principatum
Ἰούδα, καὶ ἡγούμενος ἐκ τῶν μηρῶν αὐτοῦ. » Τρεῖς suum, sive ordinem et locum usque ad tempora
δὲ οὖν, ὡς ἔφην, ποιμένες, ἱερεῖς τε καὶ κριταί, καὶ adventus Christi tenuerunt. Hi summo jure aufe-

[89] Malach. II, 7. [90] Deut. XVI, 18, 19. [91] Luc. XI, 45. [92] Ibid. 45, 46. [93] IV Reg. XXIII, 33. [94] Gen. XLIX, 10.

Digitized by Google

runtur, in mense uno. Quoniam enim auctorem vitæ interfecerunt [95], idcirco velut demetuntur, **764** et quasi in mense uno, quo necem pro nobis Emmanuel sustinuit. Quamvis enim Israelem administrare perseverarunt etiam post Salvatorem in cruce suffixum, rerum omnium principe Deo illos tolerante, et miserante, et ad pœnitentiam invitante : tamen quod ad sententiam Dei super hoc prolatam attinet, eodem tempore quo universorum Salvatorem ac Liberatorem in crucem egerunt, ablatos esse asseveramus. Ablati sunt igitur in mense uno. Ac de pastoribus quidem hactenus. Judicium autem super ipso grege est : « Non pascam vos : » et, Devorare ac mordere invicem si velint. Etenim nihil penitus parcendo, et ipsæ oves inter se devorarunt, et diripere volentibus in præ lam paratissimam datæ sunt. Dixit porro, et sane optime de tribus pastoribus, et iisdem sublatis in mense uno : « Gravabitur anima mea super ipsos, » hoc est, grave eis supplicium injungam, quoniam « Et animæ eorum rugiebant super me. » Nihil enim ab immanibus belluis differentes, sæpissime in Christum irruebant, tandemque Pilato eum sistebant, vociferantes : « Tolle, tolle, crucifige eum [96]. » Hujus rei et per Jeremiam ita meminit : « Dereliqui domum meam, dimisi hæreditatem meam, dedi dilectam animam meam in manus inimicorum ejus. Facta est mihi hæreditas mea ut leo in silva, dedit contra me vocem suam, idcirco odi eam [97]. »

A νομοδιδάσκαλοι, οἱ καὶ μεμενήκασιν ἐν ταῖς ἰδίαις ἀρχαῖς, ἦγουν τάξει τε καὶ τόπῳ, καὶ μέχρι καιρῶν τῶν τῆς ἐπιδημίας. Οὗτοι ἐξαίρονται, καὶ μάλα δικαίως, ἐν μηνὶ τῷ ἑνί. Ἐπειδὴ γὰρ ἀπεκτόνασι τὸν ἀρχηγὸν τῆς ζωῆς, ταύτῃτοι καὶ ἀποκείρονται, καὶ ὡς ἐν μηνὶ τῷ ἑνὶ, καθ' ὃν τὴν ὑπὲρ ἡμῶν ὑπομεμένηκε σφαγὴν ὁ Ἐμμανουήλ. Εἰ γὰρ καὶ μεμενήκασι διοικοῦντες ἔτι τὸν Ἰσραὴλ καὶ μετὰ τὸν τοῦ Σωτῆρος σταυρὸν, ἀνεξικακοῦντος καὶ ἐποικτείροντος αὐτοὺς τοῦ πάντων κρατοῦντος Θεοῦ, καὶ καλοῦντος εἰς μετάγνωσιν· ἀλλ' ὅσον ἦκει εἰπεῖν εἰς τὴν ἐπὶ τούτῳ ψῆφον γεγενημένην παρὰ Θεοῦ, ἐξῃρῆσθαί φαμεν αὐτοὺς κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν, καθ' ὃν, ὡς ἔφην, σταυρῷ παραδεδώκασι τὸν τῶν ὅλων Σωτῆρα καὶ Λυτρωτήν. Ἐξῄρηνται τοιγαροῦν ἐν μηνὶ τῷ ἑνί.

B Καὶ τὰ μὲν τῶν ποιμένων ἐν τούτοις. Τὸ δέ γε ἐπ' αὐτοῖς τοῖς θρέμμασι κρῖμα, τὸ, « Οὐ ποιμανῶ ὑμᾶς, » καὶ τὸ, Εἴπερ ἔλοιντο κατεσθίειν τε καὶ καταδάκνειν ἀλλήλα. Καὶ γὰρ ἁπάσης δίχα φειδοῦς αὐτά τε ἀλλήλα κατεδηδόκασι, καὶ τοῖς διαρπάζειν ἐθέλουσιν ἑτοιμοτάτη δέδονται θήρα. Ἔφη δὲ δὴ, καὶ μάλα εἰκότως, περὶ τῶν τριῶν ποιμένων, τῶν καὶ ἐξῃρημένων ἐν μηνὶ ἑνὶ, ὅτι « Βαρυνθήσεται ἡ ψυχή μου ἐπ' αὐτοὺς, » τουτέστι, βαρεῖαν αὐτοῖς ἐποίσω τὴν δίκην, ὅτι « Καὶ αἱ ψυχαὶ αὐτῶν ἐπωρύοντο ἐπ' ἐμέ. » Θηρῶν γὰρ ἀγρίων διαφέροντες οὐδὲν, ἐπεπήδων τε πλειστάκις Χριστῷ, καὶ τελευτῶντες Πιλάτῳ προσῆγον, λέγοντες· « Ἆρε, ἆρε, σταύρου αὐτόν. » Μέμνηται δὲ τούτου καὶ διὰ φωνῆς Ἱερεμίου, λέγων· « Ἐγκατέλιπα τὸν οἶκόν μου, ἀφῆκα τὴν κληρονομίαν μου, ἔδωκα τὴν ἠγαπημένην ψυχήν μου εἰς χεῖρας ἐχθρῶν αὐτῆς. Ἐγενήθη ἡ κληρονομία μου ἐμοὶ, ὡς λέων ἐν δρυμῷ, ἔδωκεν ἐπ' ἐμὲ τὴν φωνὴν αὐτῆς, διὰ τοῦτο ἐμίσησα αὐτήν. »

VERS. 10, 11. *Et assumam virgam meam pulchram, et projiciam eam, ut dissipem testamentum meum quod disposui ad omnes populos terræ. Et dissipabitur in die illa, et agnoscent Chananæi, oves quæ observant me, quia verbum Domini est.*

C *Καὶ λήψομαι τὴν ῥάβδον μου τὴν καλὴν, καὶ ἀπορρίψω αὐτὴν, τοῦ διασκεδάσαι τὴν διαθήκην μου, ἣν διεθέμην πρὸς πάντας τοὺς λαοὺς τῆς γῆς. Καὶ διασκεδασθήσεται ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, καὶ γνώσονται οἱ Χαναναῖοι, τὰ πρόβατα τὰ φυλασσόμενά μοι, διότι λόγος Κυρίου ἐστί.*

LXXXI. Virgam pulchram vocat institutionem per mystagogiam evangelicam excellenter decoratam, juxta quod intelligitur, non oculis sentitur. Quod autem se projecturum eam, et testamentum dissipaturum autumat, verisimile est subindicare, non quod id dimissurus sit, et solutum dissipaturus, sive ut inutile oblitteraturus; nentiquam. Illud potius intelligendum dixerim. Pastores nonnunquam, si forte ovem quampiam a grege aberrasse, et ab aliis semotissimam conspexerint, tum omnino virgam, D **765** seu pedum projicientes, eam ad alias aggregari compellunt. Propheta igitur pastoritiæ consuetudini convenienter locutus est, projectum iri virgam dicens, utique in gentes : illæ enim erant de quibus Apostolus, « qui longe [98]. » Verumtamen facti sunt prope per fidem. Sic autem projiciendam dicit virgam, ut toto terrarum orbe dissipata, sive ut sermo de Christo, seu prædicatio evangelica ubique distributa et diffusa videatur. Inquit enim :

ΠΑ'. Ῥάβδον μὲν ὀνομάζει καλὴν τὴν διὰ τῆς εὐαγγελικῆς μυσταγωγίας παίδευσιν, τὴν ἐξαίρετον ἐν ὡραϊσμῷ, δῆλον δὲ ὅτι τῷ νοητῷ. Τὸ δὲ δὴ καὶ ἀπορρίψαι, καὶ διασκευάσαι λέγειν αὐτὴν, ὑπεμφήνειεν ἄν, κατὰ τὸ εἰκὸς, οὐχ ὅτι καὶ ἀποπέμψεται, καὶ σκορπιεῖ, παραλύων αὐτὴν, ἤγουν ὡς ἄχρηστον ἀφανίζων, πολλοῦ γε καὶ δεῖ. Φαίην δ' ἂν μᾶλλον ἐκεῖνο χρῆναι νοεῖν. Οἱ ποιμένες ἴσθ' ὅτε, εἴ δή που θεάσαιντο τῶν προβάτων τινὰ τῆς ἀγέλης ἀποσκιρτήσαντα, γεγονότα τε τῶν ἄλλων ὡς ἀποτάτω, τότε δὴ πάντως ἐπ' αὐτὰ τὴν ῥάβδον ἱέντες, μετασοβοῦσιν εὐθὺς εἴς γε τὸ ἐλέσθαι δεῖν συναγελάζεσθαι τοῖς ἄλλοις. Τετήρηκε τοίνυν τῆς προφητείας ὁ λόγος τῇ τῶν ποιμνίων ἐπιστήμῃ τὸ εἰωθὸς, ἀπορριφήσεσθαι τὴν ῥάβδον λέγων, δῆλον δὲ ὅτι τοῖς ἔθνεσιν. Αὐτοὶ γὰρ ἦσαν « οἱ μακράν. » Πλὴν γεγόνασιν ἐγγὺς διὰ τῆς πίστεως. Ἀπορριφήσεσθαι δέ φησιν οὕτω τὴν ῥάβδον, ὡς ἀνὰ πᾶσαν αὐτὴν σκεδασθῆναι τὴν γῆν, ἤγουν διανεμηθῆναι, καὶ ἐσκορπίσθαι δοκεῖν πανταχῆ

[95] Act. III, 15. [96] Joan. XIX, 15. [97] Jerem. XII, 7, 8. [98] Ephes. II, 13.

Digitized by Google

τὸν περὶ Χριστοῦ λόγον, ἤτοι τὸ κήρυγμα τὸ εὐαγγελικόν. « Σκεδασθήσεται γὰρ, φησὶν, ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, » τουτέστι, κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν, καθ' ὃν ἂν πατήσας τοῦ θανάτου τὸ κράτος ἀναβιῴῃ Χριστὸς, εἶπῃ τε τοῖς ἀποστόλοις· « Πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. » Τότε γὰρ ἀνὰ πᾶσαν τὴν ὑπ' οὐρανὸν ὁ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν διαπεφοίτηκε λόγος· καὶ ἀτρεκὲς εἰπεῖν περὶ τῶν ἁγίων ἀποστόλων· « Εἰς πᾶσαν τὴν γῆν ἐξῆλθεν ὁ φθόγγος αὐτῶν, καὶ εἰς τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης τὰ ῥήματα αὐτῶν. » Ὅτι δὲ οὐκ ἀνόνητον τοῖς ἔθνεσι τὸ ἀπορριφῆναί τε καὶ διασκεδασθῆναι ἀνὰ τὴν γῆν, ἤγουν διανεμηθῆναι καὶ ἐν ταῖς αὐτῶν χώραις τὴν ῥάβδον τὴν καλὴν, ἤτοι τὴν Διαθήκην, ἣν οὐκέτι πρὸς μόνον τὸν Ἰσραὴλ, διέθετο δὲ μᾶλλον πρὸς πάντα τὰ ἔθνη, καταθρήσαιμεν ἄν, καὶ λίαν ἀμογητὶ, τὸν τῆς προφητείας συνιέντες λόγον· « Γνώσονται γὰρ, φησὶν, οἱ Χαναναῖοι τὰ φυλασσόμενα, διότι λόγος Κυρίου ἐστί. » Χαναναίους μὲν γὰρ τὰ ἔθνη φησί. Νοηθεῖεν δ' ἂν οὗτοι πρόβατα τὰ φυλασσόμενα τῷ Χριστῷ. Τετήρηνται γάρ αὐτῷ· καὶ γάρ « ἐστιν αὐτῷ ἡ τῶν ἐθνῶν προσδοκία. » Ἐπειδὴ δὲ κατεσκεδάσθη καὶ ἐν ταῖς αὐτῶν χώραις ἡ πρὸς πάντας διαθήκη, πεπιστεύκασιν « ὅτι λόγος Κυρίου ἐστί. » Διατιθέμεθα γὰρ οἱ ἐξ ἐθνῶν κεκλημένοι διὰ τῆς πίστεως, ὅτι Κύριος ὢν, καὶ ἐκ Θεοῦ κατὰ φύσιν γεγεννημένος τε καὶ ὑπάρχων ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ Λόγος, αὐτὸς ἡμᾶς δι' ἑαυτοῦ τοὺς θείους τε καὶ εὐαγγελικοὺς προσπεφώνηκε λόγους. Ταύτητοι προσκεκυνήκαμεν αὐτῷ, καὶ αὐτῷ λατρεύομεν, τὴν ἀρχαίαν ἐκείνην καὶ ἀκλεᾶ μεθέντες ἀπάτην, καὶ τὴν πολύθεον ἕξιν μεταδιδιαγμένοι. Καὶ τοῦτο ἦν ἄρα τὸ διὰ φωνῆς τοῦ Δαβὶδ πρὸς αὐτὸν ὑμνούμενον· « Πάντα τὰ ἔθνη ὅσα ἐποίησας, ἥξουσι, καὶ προσκυνήσουσιν ἐνώπιόν σου, Κύριε. — Ἐν γὰρ τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ πᾶν γόνυ κάμψει, ἐπουρανίων, καὶ ἐπιγείων, καὶ καταχθονίων, καὶ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσεται, ὅτι Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, εἰς δόξαν Θεοῦ Πατρός. »

A « Dissipabitur in die illa, » hoc est, illo tempore quo conculcato mortis imperio in vitam Christus redierit, mandaveritque apostolis : « Euntes docete omnes gentes, baptizantes eas in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti [99]. » Tunc enim totum sub sole mundum sermo Salvatoris nostri pervasit ; et ut verum de sanctis apostolis dicamus : « In omnem terram exivit sonus eorum, et in omnes fines orbis terræ verba eorum [1]. » Non autem sine gentium fructu, projectam et per terram dissipatam, sive per earum regiones distributam esse virgam pulchram sive Testamentum, quod non amplius ad solum Israel, sed ad omnes gentes potius disposuit, nullo negotio ex intelligentia verborum prophetæ perspiciemus. Ait enim : « Et cognoscent Chananæi oves quæ observant me, quia verbum Domini est. » Chananæos B enim vocat gentes. Atque hi possunt intelligi oves Christum observantes. Observarunt enim illum ; etenim « ipse est exspectatio gentium [2]. » Postquam autem dissipatum est etiam in eorum regionibus testamentum ad omnes, crediderunt « quia verbum Domini est. » Sensimus enim apud animos ex gentibus vocati per fidem, Dominum esse, et ex Deo secundum naturam natum, et unigenitum Dei Verbum ipsum per divinos et evangelicos sermones suos nos allocutum. Quare ipsum adoravimus, eique servimus, veteri illo et inglorio errore derelicto, et affectum ad multos deos colendos dedocti. Atque hoc est, quod ore Davidis illi canitur : « Omnes gentes quas fecisti venient, et adorabunt coram te, C Domine [3]. — In nomine enim Jesu Christi omne genu flectetur, cœlestium, terrestrium et infernorum, et omnis lingua confitetur, quia Dominus Jesus Christus in gloria est Dei Patris [4]. »

*Καὶ ἐρῶ πρὸς αὐτούς· Εἰ καλὸν ἐνώπιον ὑμῶν ἐστι, δότε στήσαντες τὸν μισθόν μου, ἢ ἀπείπασθε. Καὶ ἔστησαν τὸν μισθόν μου τριάκοντα ἀργυροῦς. Καὶ εἶπε Κύριος πρός με· Κάθες αὐτοὺς εἰς τὸ χωνευτήριον, καὶ σκέψομαι εἰ δόκιμόν ἐστι, ὃν τρόπον ἐδοκιμάσθην ὑπὲρ αὐτῶν. Καὶ ἔλαβον τοὺς τριάκοντα ἀργυροῦς, καὶ ἐνέβαλον αὐτοὺς εἰς τὸν οἶκον Κυρίου εἰς τὸ χωνευτήριον.*

**766** Vers. 12, 13. *Et dicam ad eos : Si bonum in conspectu vestro est, date stantes mercedem meam, aut quiescite. Et statuerunt mercedem meam triginta argenteos. Et dixit Dominus ad me : Depone eos in conflatorium, et videbo, si probatum est, sicut probatus sum super eis. Et accepi triginta argenteos, et misi eos in domum Domini, in conflatorium.* D

ΠΒ'. Διὰ τῶν εὐαγγελικῶν θεσπισμάτων, ἤτοι διὰ τῆς ῥάβδου τῆς καλῆς, τουτέστι τῆς ἐξαιρέτου παιδείας, τῆς μετὰ σαρκὸς οἰκονομίας τοῦ Μονογενοῦς πεπαιδεύμεθα τὸ μυστήριον. Ἀκηκόαμεν γὰρ καὶ πεπιστεύκαμεν, ὅτι Θεὸς ὢν, ὡς ἔφην, ὁ ἐκ Θεοῦ Πατρὸς Λόγος, γέγονε σὰρξ, « καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν, » καθίκετό τε ἐν δούλου μορφῇ, ὑπάρχων ἐν μορφῇ καὶ ἰσότητι τοῦ γεγεννηκότος, « γέγονεν ὑπήκοος μέχρι θανάτου, θανάτου δὲ σταυροῦ· καὶ πλούσιος ὢν, ἐπτώχευσε δι' ἡμᾶς, ἵνα ἡμεῖς τῇ αὐτοῦ πτωχείᾳ πλουτήσωμεν. » Ἐξείλετο γὰρ ἡμᾶς τῶν τοῦ

LXXXII. Per evangelica oracula, sive per virgam decoram, hoc est per eximiam institutionem, œconomiæ cum carne Unigeniti mysterium didicimus. Audivimus enim et credidimus, quod cum esset Deus, ut dixi, ex Deo Patre Verbum factus sit caro, « et habitaverit in nobis [5], » veneritque in forma servi, qui est in forma et æqualitate Genitoris, « et factus sit obediens usque ad mortem, mortem autem crucis [6] ; et cum dives esset, factus sit egenus, ut nos ejus inopia ditaremur [7]. » Exemit enim nos e vinculis mortis, liberavit a peccato, filios Dei

[99] Matth. xxviii, 19, 20. [1] Psal. xviii, 5. [2] Gen. xlix, 10. [3] Psal. lxxxv, 1. [4] Philipp. ii, 10, 11. [5] Joan. i, 14. [6] Philipp. ii, 6-8. [7] II Cor. viii, 9.

Digitized by Google

reddidit, et quid non bonorum tandem nobis donavit? Cognovimus præterea nos emptos esse, « non corruptibilibus auro vel argento, sed pretioso sanguine quasi agni incontaminati et immaculati Christi [8], » atque ita deinde vitam nostram ei debere cœpimus. « Si enim unus pro omnibus mortuus est, ergo omnes illi mortui sunt, » et jam non nobis ipsis vivere debemus, si recte ratiocinamur, « sed ei qui pro nobis mortuus est, et resurrexit [9]. » Quare inquit: « Si bonum est in conspectu vestro, » utique œconomiæ carnis mysterium, si per ipsum salvati estis, et bene vobis est, et cognovistis me Salvatorem ac Redemptorem, et pro omnium vita mortuum, « Date statuentes, » hoc est, definientes « mercedem meam, aut quiescite. » Verumtamen grati fuerunt qui ex gentibus conversi sunt. Statuerunt enim mercedem, nullo quidem modo æqualem, sed quadamtenus æquam beneficiis ab eo acceptis. Quemadmodum enim ipse pro nobis mortuus est, ita et nos animas posuimus pro sinceritate et charitate erga ipsum; possuntque dicere sancti martyres: « Quis nos separabit a charitate Christi? Tribulatio, an angustia, an fames, an persecutio, an nuditas, an periculum, an gladius [10]? » Nihil enim in sanctis animi fortitudinem vicit. Itaque Christi nobiscum similitudo quodammodo subindicatur, dum dicitur, datos esse in mercedem ejus triginta argenteos. Proditor enim, et vere omnium maxime exsecrandus ac Deo exosus Judas, **767** triginta denariis acceptis, Christum homicidis tradidit, et auctorem salutis nostræ scelestis hominibus venumdedit [11]. Allati sunt autem a gentibus in mercedem ejus triginta argentei, qui etiam, Deo jubente, in conflatorium deponuntur, etiam atque etiam probandi, sicut et ipse Christus pro nobis probatus est. Non enim sine inquisitione apud Deum omnium scientem abibit fides nostra: neque citra examen vitæ, sed sicut est apud beatum Paulum: « Uniuscujusque opus quale sit, ignis probabit [12]. » Scriptum est autem de Christo: « Quoniam statim veniet in templum suum quem vos quæritis, et Angelus testamenti quem vos vultis. Ecce venit, dicit Dominus omnipotens, et quis sustinebit diem introitus ejus? Aut quis sustinebit in visione ejus? Quia ipse ingreditur quasi ignis conflatorii, ut herba lavantium, et sedebit conflans et emundans ut argentum, et ut aurum [13]. » Psallit et divinus David in persona cujusvis in Christum credentis, et Evangelio convenienter vivere cupientis: « Proba me, Domine, et tenta me, ure renes meos et cor meum [14]. » Cæterum conflatorium in domo Domini esse propheta dicit. Ecclesia enim Christi cujusque mores et sinceritatem dilectionis erga Christum explorat, et discretionem habens spirituum [15], probe novit, quis in Spiritu sancto loquatur Dominum Jesum nominans, et quis in Beelzebul ipsum anathema dicat, et qui sint

A θανάτου δεσμῶν, ἀπήλλαξεν ἁμαρτίας, υἱοὺς ἀπέφηνε Θεοῦ· καὶ τί γὰρ οὐχὶ δεδώρηται τῶν ἀγαθῶν; Ἐγνώκαμεν δὲ πρὸς τούτοις, ὅτι καὶ τιμῆς ἠγοράσμεθα, « οὐ φθαρτοῖς, ἀργυρίῳ, ἢ χρυσίῳ· ἀλλὰ τιμίῳ αἵματι ὡς ἀμνοῦ, καὶ ἀσπίλου Χριστοῦ· » οὕτω τε λοιπὸν αὐτῷ τὴν οἰκείαν ἐπωφλήσαμεν ζωήν. « Εἰ γὰρ εἷς ὑπὲρ πάντων ἀπέθανεν, ἄρα οἱ πάντες ἀπέθανον αὐτῷ, » καὶ ζῆν ὀφείλομεν ἑαυτοῖς μὲν οὐκέτι, κατά γε τὸν εἰκότα καὶ ὀρθῶς ἔχοντα λόγον, « μᾶλλον δὲ τῷ ὑπὲρ ἡμῶν ἀποθανόντι, καὶ ἐγερθέντι. » Ταύτητοί φησιν· « Εἰ καλὸν ἐνώπιον ὑμῶν, » δῆλον δὲ τὸ τῆς μετὰ σαρκὸς οἰκονομίας μυστήριον, εἰ σέσωσθε δι' αὐτοῦ, καὶ πεπράχατε δεξιῶς, ἐγνώκατε δέ με Σωτῆρα καὶ Λυτρωτὴν, καὶ τὸν ὑπὲρ τῆς πάντων ζωῆς ἀνατλάντα θάνατον, « Δότε στήσαντες, » B τουτέστιν, ὁρίσαντες, « τὸν μισθόν μου, ἢ ἀπείπασθε. » Πλὴν εὐγνώμονες οἱ ἐξ ἐθνῶν. Ἔστησαν γὰρ τὸν μισθὸν παρισούμενον μὲν οὐδαμῶς· ἐοικότα δέ πως; οἷς ἐσχήκαμεν παρ' αὐτοῦ. Ὥσπερ γὰρ ἀπέθανεν ὑπὲρ ἡμῶν, οὕτω καὶ ἡμεῖς τεθείκαμεν τὰς ψυχὰς ὑπὲρ τῆς εἰς αὐτὸν γνησιότητος καὶ ἀγάπης· πρέποι δ' ἂν λέγειν τοῖς ἁγίοις μάρτυσι· « Τίς ἡμᾶς χωρίσει ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ Χριστοῦ; Θλῖψις, ἢ στενοχωρία, ἢ λιμὸς, ἢ διωγμὸς, ἢ γυμνότης, ἢ κίνδυνος, ἢ μάχαιρα; » Νενίκηκε γὰρ οὐδὲν τῶν ἁγίων τὴν εὐψυχίαν. Οὐκοῦν ἡ τῶν παρὰ Χριστοῦ εἰς ἡμᾶς ὁμοιότης ὑποφαίνεταί πως διὰ τοῦ δεδόσθαι λέγειν εἰς μισθὸν αὐτοῦ τριάκοντα ἀργυρίους. Ὁ μὲν γὰρ προδότης, καὶ βδελυρώτατος ἀληθῶς, καὶ θεομισὴς Ἰούδας, τριάκοντα δηνάρια λαβὼν, προὔδωκε τοῖς φονῶσι C Χριστὸν, καὶ τὸν τῆς σωτηρίας ἡμῶν καταπέπρακεν ἀρχηγὸν τοῖς ἀλιτηρίοις. Προσεκομίσθησαν δὲ παρὰ τῶν ἐθνῶν εἰς μισθὸν αὐτοῦ τριάκοντα ἀργύριοι, οἳ καὶ καθίενται Θεοῦ προστάττοντος εἰς τὸ χωνευτήριον, εὖ μάλα δοκιμαζόμενοι, καθὼς καὶ αὐτὸς ὁ Χριστὸς ἐδοκιμάσθη ὑπὲρ ἡμῶν. Ἔσται γὰρ ἡμῶν οὐκ ἀζήτητος ἡ πίστις παρά γε τῷ πάντα εἰδότι Θεῷ· οὔτε μὴν ἀβασάνιστος ὁ βίος· ἀλλ' ᾗ φησιν ὁ μακάριος Παῦλος, « Ἑκάστου τὸ ἔργον ὁποῖόν ἐστι, τὸ πῦρ δοκιμάσει. » Γέγραπται δὲ καὶ περὶ Χριστοῦ, ὅτι « Ἐξαίφνης ἥξει εἰς τὸν ναὸν αὐτοῦ, ὃν ὑμεῖς ζητεῖτε, καὶ ὁ ἄγγελος τῆς διαθήκης, ὃν ὑμεῖς θέλετε. Ἰδοὺ ἔρχεται, λέγει Κύριος παντοκράτωρ, καὶ τίς ὑπομενεῖ ἡμέραν εἰσόδου αὐτοῦ; Ἢ τίς ὑποστήσεται ἐν τῇ ὀπτασίᾳ αὐτοῦ; Διότι αὐτὸς εἰσπορεύεται ὡς πῦρ D χωνευτηρίου, ὡς πόα πλυνόντων, καὶ καθιεῖται χωνεύων, καὶ καθαρίζων ὡς τὸ ἀργύριον, καὶ ὡς τὸ χρυσίον. » Ψάλλει δέ που καὶ ὁ θεσπέσιος Δαβὶδ, ὡς ἐκ προσώπου παντὸς τοῦ πιστεύσαντος εἰς Χριστὸν, καὶ ζῆν ἐθέλοντος εὐαγγελικῶς· « Δοκίμασόν με, Κύριε, καὶ πείρασόν με, πύρωσον τοὺς νεφρούς μου καὶ τὴν καρδίαν μου. » Πλὴν ὅτι τὸ χωνευτήριον ἐν οἴκῳ Κυρίου, φησὶν ὁ προφήτης. Δοκιμάζει γὰρ ἡ Ἐκκλησία Χριστοῦ τὸν ἑκάστου τρόπον, καὶ τῆς εἰς Χριστὸν ἀγάπης τὸ γνήσιον, καὶ διακρίσεις ἔχουσα πνευμάτων, οἶδεν ἀκριβῶς, τίς μὲν ἁγίῳ Πνεύματι

[8] I Petr. I, 18, 19. [9] II Cor. V, 14, 15. [10] Rom. VIII, 35. [11] Matth. XXVI, 15. [12] I Cor. III, 13. [13] Malach. III, 1-3. [14] Psal. XXV, 2. [15] I Cor. XII, 10.

Digitized by Google

λαλεῖ, Κύριον ὀνομάζων Ἰησοῦν· τίς δὲ δὴ καὶ ἐν Βεελζεβοὺλ, ἀνάθεμα λέγων αὐτόν· καὶ τίνες μὲν οἱ ἀληθινοὶ προσκυνηταὶ, τίνες δὲ αὖ οἱ ὡς ἐνδύμασι προβάτων πρὸς ἡμᾶς ἐρχόμενοι λύκοι.

A veri adoratores [16], et qui rursum lupi, in vestimentis ovium ad nos venientes [17].

*Καὶ ἀπέῤῥιψα τὴν ῥάβδον τὴν δευτέραν, τὸ Σχοίνισμα, τοῦ διασκεδάσαι τὴν διαθήκην ἀναμέσον τοῦ Ἰούδα, καὶ ἀναμέσον τοῦ Ἰσραήλ.*

*Et abjeci virgam meam secundam quæ appellatur Funiculus, ut dissiparem testamentum inter Judam et Israel.*

ΠΓ'. Ῥάβδους ἔφη δύο λήψεσθαι Χριστὸν, οὕτω τε κατανεμήσειν ἐν αὐταῖς τὰ οἰκεῖα πρόβατα, ἦλον δὲ ὅτι τῶν διὰ πίστεως κεκλημένων τὴν ἁγίαν πληθύν. Καὶ ῥάβδον μὲν εἶναι τὴν καλὴν ἐλέγομεν τὴν παιδείαν, ἤτοι τὸ κήρυγμα τὸ εὐαγγελικὸν, τήν γε μὴν ἑτέραν τὴν Παλαιὰν Διαθήκην, τουτέστι, τὴν τῷ Ἰσραὴλ δοθεῖσαν εἰς βοήθειαν, κατὰ τὴν τοῦ προφήτου φωνήν. « Νόμον γὰρ, φησὶν, εἰς βοήθειαν δέδωκεν. » Ὅτι τοίνυν οὐχὶ δὴ μόνοις τοῖς εὐαγγελικοῖς παιδεύμασιν ἡ τῶν ἐθνῶν ἔμελλε παιδαγωγεῖσθαι πληθὺς, ἀλλὰ γὰρ καὶ αὐταῖς ταῖς πάλαι τε καὶ διὰ Μωσέως δοθείσαις ἐντολαῖς, μεταπλαττομένης δηλονότι τῆς ἐν νόμῳ σκιᾶς εἰς ἀλήθειαν, καὶ διὰ τῶν προκειμένων ἡμῖν καθίστησιν ἐναργές. Καὶ ὥσπερ ἀποῤῥιφῆναι καὶ σκεδασθῆναι τὴν καλὴν ἔφη ῥάβδον (διεσπάρη γὰρ ὥσπερ ἐν ταῖς τῶν Χαναναίων χώραις ἡ εὐαγγελικὴ παίδευσις, περιενεχθεῖσα δηλονότι διὰ τῶν ἁγίων ἀποστόλων), οὕτω καὶ ἡ ἑτέρα ῥάβδος, ἤτοι παίδευσις, τουτέστι, τὸ Σχοίνισμα, ἤγουν ὁ νόμος, ὁ ἐν τάξει διαθήκης παρὰ Θεοῦ τεθεὶς ἀναμέσον τοῦ Ἰούδα, καὶ ἀναμέσον τοῦ Ἰσραὴλ, τουτέστι, παντὸς τοῦ γένους τοῦ ἐξ Ἰσραὴλ· Ἰούδαν μὲν γὰρ ὀνομάζει τὰς ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις δύο φυλὰς, αὐτήν τε τὴν Ἰούδα φημὶ καὶ Βενιαμὶν, Ἰσραὴλ δὲ τὰς ἑτέρας δέκα, τὰς ἐν τῇ Σαμαρείᾳ διακειμένας ὁμοῦ τῷ Ἱεροβοάμ. Δέδοται δὴ οὖν τοῖς ἐκ Χαναὰμ καὶ ὁ νόμος, μυσταγωγούμενος γὰρ, ὡς ἔφην, νομικοῖς τε καὶ εὐαγγελικοῖς θεσπίσμασι. Ταύτητοι καὶ ἔφασκεν ὁ Σωτήρ· « Μὴ νομίσητε, ὅτι ἦλθον καταλῦσαι τὸν νόμον. Οὐκ ἦλθον καταλῦσαι, ἀλλὰ πληρῶσαι. Λέγω γὰρ ὑμῖν, ἕως ἂν παρέλθῃ ὁ οὐρανὸς, καὶ ἡ γῆ, ἰῶτα ἓν, ἢ μία κεραία οὐ μὴ παρέλθῃ ἀπὸ τοῦ νόμου, ἕως ἂν πάντα γένηται. » Πληροῖ γὰρ τὸν νόμον διδάσκων τὰ ὑπὲρ νόμον, καὶ οὐκ ἔξω νόμου τιθεὶς τὸν παιδαγωγούμενον, ὡς ἔν γε τῷ φάναι τυχόν· « Ἠκούσατε ὅτι ἐῤῥέθη τοῖς ἀρχαίοις· Οὐ φονεύσεις· ὃς δ' ἂν φονεύσῃ, ἔνοχος ἔσται τῇ κρίσει. Ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν· Ὅτι πᾶς ὁ ὀργιζόμενος τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ εἰκῇ, ἔνοχος ἔσται τῇ κρίσει. » Καὶ πάλιν· « Ἠκούσατε ὅτι ἐῤῥέθη· Οὐ μοιχεύσεις. Ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν ὅτι πᾶς ὁ βλέπων γυναῖκα πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι, ἤδη ἐμοίχευσεν αὐτὴν ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ. » Ἀποπεραίνεται γὰρ τὸ, « Οὐ φονεύσεις, » ὡς ἔν γε τῷ παραιτεῖσθαι τὴν ὀργὴν, ἥ ῥίζα τέ ἐστι τοῦ φόνου καὶ γένεσις. Τὸ δὲ μηδ' ὅλως εἰσδέχεσθαι τὰς ἐπιθυμίας, ἤγουν κολάζειν τὰς ἡδονὰς, συναναιρεῖται που πάντως τῆς μοιχείας ὁ τρόπος, καθάπερ ἀμέλει καὶ ῥίζαις συναπομαραίνεσθαί φαμεν τὰ ἐξ αὐτῶν βλαστήματα, μᾶλλον δὲ οὐδὲ ἀνάσχοιεν ὅλως.

LXXXIII. Duas virgas Christum assumpturum narravit, atque ita in ipso oves suas pasturum, haud dubium quin per fidem vocatorum sanctam multitudinem. Et virgam quidem pulchram dicebamus esse doctrinam, seu prædicationem evangelicam : alteram Vetus Testamentum, nempe quod Israeli datum est in auxilium juxta prophetæ vocem. Inquit enim : « Legem in adjutorium dedit [18]. » Igitur gentium multitudinem non tantum doctrina evangelica, sed ipsis etiam antiquis et a Mose traditis præceptis imbutum iri, umbra videlicet legis in veritatem transmutata, verbis propositis nobis declarat. **768** Et quo modo abjectam et dissipatam pulchram virgam dixit (quasi enim per Chananæorum regiones dispersa est institutio evangelica, circumlata nimirum per sanctos apostolos), ita et altera virga, puta Funiculus, sive lex, loco testamenti a Deo constituta inter Judam et Israel, id est universum genus Israel : Judam enim duas Hierosolymis tribus, ipsam Juda, inquam, et Benjamin, Israel autem reliquas decem in Samaria cum Jeroboam locatas appellat. Data est igitur Chananæis etiam lex : legalibus enim et evangelicis decretis informatus est. Quamobrem et Salvator aiebat : Nolite putare, quoniam veni solvere legem. Non veni solvere, sed adimplere. Dico enim vobis, donec transeat cœlum et terra, iota unum, aut unus apex non præteribit a lege, donec omnia fiant [19]. » Adimplet enim legem, docens quæ sunt supra legem, nec excipit a lege eum qui docetur, ut cum dicit, exempli causa : « Audistis quia dictum est antiquis : Non occides : qui autem occiderit, reus erit judicio. Ego autem dico vobis : Omnis qui irascitur fratri suo sine causa, reus erit judicio [20]. » Et iterum : « Audistis quia dictum est : Non mœchaberis. Ego autem dico vobis, quia omnis qui videt mulierem ad concupiscendum, jam mœchatus est eam in corde suo [21]. » Impletur enim illud, « Non occides, » si iræ locum non relinquas, quæ cædis radix et mater est. Excludendo autem omnes cupiditates, seu castigando voluptates, prorsus etiam adulterii perpetrandi libido tollitur : sicut videlicet cum radicibus inde exsistentia germina marcere affirmamus, quæ potius nulla omnino enascuntur.

*Καὶ εἶπε Κύριος πρός με· Ἔτι λάβε σεαυτῷ σκεύη ποιμενικὰ ποιμένος ἀπείρου, διότι ἰδοὺ ἐγὼ ἐξεγείρω ποιμένα ἄπειρον ἐπὶ τὴν γῆν. Τὸ ἐκλιμπάνον οὐ μὴ ἐπισκέψηται, καὶ τὸ διεσκορ-*

VERS. 15, 16. *Et dixit Dominus ad me : Adhuc sume tibi vasa pastoralia, pastoris imperiti, quia ecce ego suscito pastorem super terram. Deficiens non visitabit, et dispersum non requiret, et contritum non*

[16] Joan. IV, 23. [17] Matth. VII, 15. [18] Galat. III, 24. [19] Matth. V, 17, 18. [20] Ibid. 21, 22. [21] Ibid. 27, 28.

Digitized by Google

*sanabit, et integrum non diriget, et carnes electorum devorabit, et talos eorum pervertet.*

LXXXIV. Boni, sapientis peritique pastoris, hoc est Christi, virgas duas, quas projecit, et in regionibus Chananæorum dissipavit, eo modo quo supra a nobis explicatum est, **769** quidam cognoverunt Domini Verbum esse. Crediderunt enim, ut dixi, quod cum Deus esset, ex Deo Patre inenarrabili ratione genitum Verbum, postquam nostri simile natum est, et princeps pastorum appellatum [23], ipsis ad mystagogiam et ad notitiam accuratam mysterii sui, evangelicam institutionem et illuminationem, legalemque etiam disciplinam proposuerit. Has enim duas esse virgas dicebamus, quibus nos pascit Christus « in pascuis bonis, et in loco pingui, » ut scriptum exstat [23]. Verum Judæi non intelligentes mysterium, et ignorantes virgam pulchram, hoc est prædicationem evangelicam, et insuper alteram virgam, cui nomen Funiculus, despectui habentes, legem per Mosen datam scilicet, fidem repudiarunt, et per legem ac prophetas prænuntiatum nescierunt, id quod eis aperte Salvator ipse exprobravit : « Ne putetis quod ego accusaturus sim vos apud Patrem. Est qui accusat vos Moses, in quem vos speratis. Si enim crederetis Mosi, crederetis fortasan et mihi : de me enim ille scripsit. Si autem illius litteris non creditis, quomodo verbis meis credetis [24] ? » Nullam igitur dubitationem habet, eos neque litteris Mosaicis, neque verbis Salvatoris fidem adhibuisse. Quia vero cognitionem veritatis aspernati sunt, scriptum est a Paulo sapientissimo : « Ideo mittet illis Deus operationem erroris, ut credant mendacio [25]. » Operationem erroris Antichristum esse dicit, cui addicti Judæi damnabuntur, et verax reperietur Salvator incredulis dicens : « Ego veni in nomine Patris mei, et non accipitis me : si alius venerit in nomine suo, illum accipietis [26]. » Judæos igitur filium iniquitatis olim cum apparuerit citra cunctationem suscepturos, « adversantem [et extollentem se supra omne quod dicitur Deus, aut quod colitur, ita ut in templo Dei sedeat, ostendens se tanquam sit deus [27], » nescientem bene et docte pascere, figura quadam a propheta præmonstrari Deus jubet, his verbis : « Adhuc sume tibi vasa pastoralia pastoris imperiti. » Pastores enim meliores, et studiorum quæ tractant minime rudes, virgas habent graciles, ut cum fuerit etiam percutiendi tempus, quod percutitur non conteratur. Hujus rei imperitus, et artis pastoritiæ ignorantissimus, crassioribus baculis pecudes contundit. Et hæc, opinor, **770** sunt vasa pastoralia imperiti pastoris. Quoniam vero aliquando filius iniquitatis regio prædituς honore mortalibus pastoris loco habendus erat, nec parsurum quidquam populis tam subjectis, quam

A *πισμένον οὐ μὴ ζητήσῃ, καὶ τὸ συντετριμμένον οὐ μὴ ἰάσηται, καὶ τὸ ὁλόκληρον οὐ μὴ κατευθύνῃ, καὶ τὰ κρέα τῶν ἐκλεκτῶν καταφάγεται, καὶ τοὺς ἀστραγάλους αὐτῶν ἐκστρέψει.*

ΠΔ'. Τοῦ ἀγαθοῦ ποιμένος, σοφοῦ τε καὶ ἐπιστήμονος, τουτέστι Χριστοῦ, τὰς δύο ῥάβδους ἀπορρίψαντός τε καὶ διασκεδάσαντος ἐν ταῖς τῶν Χαναναίων χώραις, κατὰ τοὺς ἤδη προαποδεδομένους τρόπους, οἱ μὲν ἐγνώκασιν ὅτι Λόγος Κυρίου ἐστί. Πεπιστεύκασι γὰρ, ὡς ἔφην, ὅτι Θεὸς ὢν ὁ ἐκ Θεοῦ Πατρὸς ἀπορρήτως γεγεννημένος Λόγος, ἐπειδὴ γέγονε καθ' ἡμᾶς, κεχρημάτικέ τε τῶν ὅλων ἀρχιποίμην, προσθηκεν αὐτοῖς εἰς μυσταγωγίαν καὶ εἰς εἴδησιν ἀκριβῆ τοῦ καθ' ἑαυτὸν μυστηρίου τήν τε εὐαγγελικὴν παίδευσιν καὶ φωταγωγίαν, καὶ μέντοι τὴν νομικήν. B Ταύτας γὰρ εἶναι τὰς δύο ῥάβδους ἐλέγομεν, δι' ὧν ἡμᾶς καταποιμαίνει Χριστὸς « ἐν νομῇ ἀγαθῇ, καὶ ἐν τόπῳ πίονι, » καθὰ γέγραπται. Ἀλλ' οὐ συνέντες Ἰουδαῖοι τὸ μυστήριον, ἠγνοηκότες δὲ καὶ τὴν ῥάβδον τὴν καλὴν, τουτέστι, τὸ κήρυγμα τὸ εὐαγγελικὸν, καὶ προσέτι τούτοις τὴν ἑτέραν ἀτιμάσαντες ῥάβδον, ἥ ὄνομα Σχοίνισμα, τουτέστι τὸν διὰ Μωσέως νόμον, οὐ προσήκαντο μὲν τὴν πίστιν, ἠγνοήκασι δὲ τὸν διὰ νόμου καὶ προφητῶν προηγορευμένον, καὶ τοῦτο αὐτοῖς ἔφασκεν ἐναργῶς αὐτὸς ὁ Σωτήρ· « Μὴ δοκεῖτε, ὅτι ἐγὼ κατηγορήσω ὑμῶν πρὸς τὸν Πατέρα. Ἔστιν ὁ κατηγορῶν ὑμῶν Μωσῆς, εἰς ὃν ὑμεῖς ἠλπίκατε· Εἰ γὰρ ἐπιστεύετε Μωσεῖ, ἐπιστεύετε ἂν ἐμοί· περὶ γὰρ ἐμοῦ ἐκεῖνος ἔγραψεν. Εἰ δὲ τοῖς ἐκείνου γράμμασιν οὐ πιστεύετε, πῶς τοῖς ἐμοῖς ῥήμασι πιστεύσετε ; » C Ἔστι τοίνυν οὐδαμόθεν ἀμφίλογον, ὡς οὔτε τοῖς Μωσέως πεπιστεύκασι γράμμασιν, οὔτε μὴν τοῖς τοῦ Σωτῆρος ῥήμασιν. Ἐπειδὴ δὲ τῆς ἀληθείας τὴν γνῶσιν οὐ παρεδέξαντο, « Ταύτηται, φησὶν ὁ σοφώτατος Παῦλος, πέμψει αὐτοῖς ὁ Θεὸς ἐνέργειαν πλάνης, εἰς τὸ πιστεῦσαι αὐτοὺς τῷ ψεύδει. » Ἐνέργειαν δὲ τῆς πλάνης τὸν Ἀντίχριστον εἶναί φησιν, ᾧ προστεθέντες Ἰουδαῖοι κατακριθήσονται, καὶ πιστώσεται λέγων αὐτοῖς ὁ Σωτὴρ, ἀπειθεῖν ῥηθέντος· « Ἐγὼ ἐλήλυθα ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Πατρός μου, καὶ οὐ λαμβάνετέ με· ἐὰν ἄλλος ἔλθῃ ἐν τῷ ὀνόματι τῷ ἰδίῳ, ἐκεῖνον λήψεσθε. » Ὅτι τοίνυν Ἰουδαῖοι μέλλουσι κατὰ καιροὺς πεφηνότα τὸν τῆς ἀνομίας υἱὸν ἀμελλητὶ παραδέχεσθαι, « τὸν ἀντικείμενον καὶ ὑπεραιρόμενον ἐπὶ D πάντα λεγόμενον Θεὸν, ἢ σέβασμα, ὥστε αὐτὸν εἰς τὸν ναὸν τοῦ Θεοῦ καθίσαι, ἀποδεικνύντα ἑαυτὸν ὅτι ἐστὶ Θεὸς, τὸν οὐκ εἰδότα καλῶς ποιμαίνειν καὶ ἐπιστημόνως, προανατυποῦσθαι κελεύει τῷ προφήτῃ Θεὸς, οὕτω λέγων· « Ἔτι λαβὲ σεαυτῷ σκεύη ποιμενικὰ ποιμένος ἀπείρου. » Οἱ μὲν γὰρ τῶν ποιμένων ἐπιεικέστεροι, καὶ τῶν ἐν χερσὶ σπουδασμάτων ἐπιστήμονες, ἰσχνὰς ἔχουσι τὰς ῥάβδους, ἵνα εἰ γένοιτο καὶ παίειν καιρὸς, μὴ συνθραύηται τὸ τυπτόμενον. Εἰ δὲ δή τις εἴη τῶν οὐκ εἰδότων τὸ χρῆμα, καὶ ποιμενικῆς ἐπιστήμης ὡς ἀπωτάτω κείμενος, ἀδροτέροις αὐτὰ συντρίβει ῥοπάλοις. Καὶ ταῦτα, οἶμαι,

[23] I Petr. v, 4. [23] Ezech. xxxiv, 14. [24] Joan. v, 45-47. [25] II Thess. II, 10. [26] Joan. v, 43. [27] II Thess. II, 4.

Digitized by Google

ἔστι τὰ σκεύη τὰ ποιμενικὰ τοῦ ἀπείρου ποιμένος. Ἐπειδὴ δὲ κατὰ καιροὺς ἔμελλεν ὁ τῆς ἀνομίας υἱὸς τὴν βασιλίδα τιμὴν περικείμενος, δοκεῖν ἐν τάξει ποιμένος ἀναδειχθήσεσθαι τοῖς ἐπὶ τῆς γῆς, φειδοῦς γε μὴν οὐδεμιᾶς ἀξιοῦν τοὺς ὑπὸ χεῖρα λαούς, ἢ καὶ τοὺς ἔξω χειρὸς, ταύτῃ τοι φησίν· « Ἰδοὺ ἐγὼ ἐγερῶ ποιμένα ἐπὶ τὴν γῆν. Τὸ ἐκλιμπάνον οὐ μὴ ἐπισκέψηται. » Ὅμοιον ὡς εἰ λέγοι· Τὸ ὀλισθῆσαν εἰς ὀλιγοπιστίαν, οὐκ ἂν ἐπιῤῥώσειε ταῖς μυσταγωγίαις. « Τὸ δὲ ἐσκορπισμένον, οὐ μὴ ζητήσῃ. » Τὸ ἐκπεφοιτηκὸς, φησὶ, τῆς εὐθείας ὁδοῦ, καὶ τῆς ἀγέλης ἀποσκιρτᾷν εἰωθὸς, οὐ μὴ ζητήσῃ, τουτέστιν οὐκ ἂν μεταθείη πρὸς τὸ ἄμεινόν τε καὶ ἔχον ὀρθῶς. « Τὸ συντετριμμένον οὐ [μὴ] ἰάσηται. » Συντρίβεται δέ τις, ἢ πονηρᾶς ἡδονῆς ἡττώμενος, καὶ οἷον οὐ φέρων τῆς φιλοσαρκίας τὸ βάρος· ἤγουν ταῖς τῶν ἀνοσίων αἱρετικῶν ἀπάταις συνηρπασμένος, καὶ ὑγιᾶ τὸν νοῦν οὐκ ἔχων εἰς γε τὸ χρῆναι πιστεύειν ὀρθῶς. Τοῦτον πάλιν ὁ ἀγαθὸς ἰᾶται ποιμήν. Ὁ γε μὴν ἄπειρος, « Τὸ ὁλόκληρον οὐ μὴ κατευθύνῃ, καὶ τὰ κρέα τῶν ἐκλεκτῶν καταφάγεται, καὶ τοὺς ἀστραγάλους αὐτῶν ἐκστρέψει. » Πολεμήσει γὰρ τοῖς ἁγίοις ὁ τῆς ἀνομίας υἱὸς, καὶ ἀχάλινον αὐτοῖς ἐπαφεὶς τὴν ὀργὴν, μονονουχὶ καὶ κρεωνομήσει, καὶ καταφάγεται θηρὸς ἀγρίου δίκην. Ἐκστρέψει δὲ καὶ τοὺς ἀστραγάλους, ἵνα μή τις ἔχοι τὸ ὀρθοποδεῖν δύνασθαι. Καταβιάσεται γὰρ προσκυνεῖν αὐτῷ, καταπλήττων τοῖς θαύμασιν· « Ἔχει γὰρ τὴν παρουσίαν κατ' ἐνέργειαν τοῦ Σατανᾶ, καὶ ἐν Βεελζεβοὺλ ποιήσει τέρατα, ὥστε πλανῆσαι, εἰ δυνατὸν, καὶ τοὺς ἐκλεκτούς, » καὶ ᾗ φησιν ὁ Σωτὴρ, « Οὐκ ἂν ἐσώθη πᾶσα σὰρξ, » μαινομένης κατὰ πάντων τῆς ἐκείνου πλεονεξίας. « Διὰ δὲ τοὺς ἐκλεκτοὺς κολοβωθήσονται αἱ ἡμέραι ἐκεῖναι. » — « Ἀνελεῖ γὰρ αὐτὸν ὁ Κύριος τῷ πνεύματι, καὶ καταργήσει τῇ ἐπιφανείᾳ τῆς παρουσίας αὐτοῦ. »

non subjectis, idcirco ait : « Ecce ego excitabo pastorem super terram. Quod defecit non visitabit. » Perinde ac si dicat, quod prolapsum est in imbecillitatem fidei, doctrina sacra non confirmabit. « Et quod dispersum est, non requiret. » Quod a recta via discessit, inquit, et a grege resilire solet, non requiret, hoc est, ad statum meliorem et probatum non revocabit. « Quod contritum est non sanabit. » Conteritur autem quis, aut voluptate prava expugnatus et quodammodo amoris rerum carnalium pondus non sustinens, aut certe impiorum hæreticorum deceptionibus una abreptus et ad recte credendum sana mente destitutus. Talem rursus sanat pastor bonus. Imperitus autem « quod integrum est non diriget, et carnes electorum devorabit, et talos eorum pervertet. » Oppugnabit enim sanctos filius iniquitatis, et ira indomita eos invadens propemodum dilaniabit, et instar truculentæ bestiæ devorabit. Pervertet etiam talos, ne quis recto passu ingredi queat. Coget enim se adorare miris operibus obstupefactos. « Cujus adventus secundum operationem Satanæ, et in Beelzebul edet portenta [30], ut in errorem induceret, si fieri posset, etiam electos [29]; » et ut ait Salvator, « non fieret salva omnis caro [30], » illius potentia contra omnes furento. « Propter electos autem breviabuntur dies illi [31]. » — « Interficiet enim illum Dominus spiritu oris sui, et destruet illustratione adventus sui [32]. »

*Ὦ οἱ ποιμαίνοντες τὰ μάταια, καὶ οἱ καταλείποντες τὰ πρόβατα, μάχαιρα ἐπὶ τοῦ βραχίονος αὐτοῦ, καὶ ἐπὶ τὸν ὀφθαλμὸν τὸν δεξιὸν αὐτοῦ. Ὁ βραχίων αὐτοῦ ξηραινόμενος ξηρανθήσεται, καὶ ὁ ὀφθαλμὸς ὁ δεξιὸς αὐτοῦ ἐκτυφλούμενος ἐκτυφλωθήσεται.*

VERS. 17. *O qui pascitis vana, et qui reliquistis oves, gladius super brachium ejus, et super oculum dexterum ejus. Brachium ejus siccatum siccabitur, et oculus dexter ejus excæcatus excæcabitur.*

ΠΕ'. Γεγονότος ἅπαξ τοῦ λόγου περὶ ποιμένος ἀπείρου, μονονουχὶ καὶ ἐπιστυγνάζει λοιπὸν τοῖς μὴ ἀγαθοῖς ποιμέσι, καὶ γενικώτατόν τινα τρόπον χρῆται τῷ λόγῳ, τὰ τοῖς ὧδε γνώμης ἔχουσι συμβησόμενα προαναφωνῶν. Ἄθρει γὰρ ὡς ἤδη τὰς τῆς ῥᾳθυμίας ἀποτιννύουσι δίκας τάχα που καὶ συναλγεῖ δι' ἔμφυτον ἡμερότητα, καὶ καταιτιᾶται μὲν, ὅτι ποιμένες γεγόνασι τῶν ματαίων, τουτέστι τῶν προσκαίρων ἐπιμεληταὶ, ῥᾳθυμοι δὲ οὕτως, ὡς ἐπιγάννυσθαι τοῖς προβάτοις ἀθλίως διολωλόσιν. Οἱ μὲν γὰρ πωλοῦντες ἔλεγον· « Εὐλογητὸς Κύριος, καὶ πεπλουτήκαμεν. » Οἱ δὲ κατέσφαζόν τε καὶ οὐκ ἔπασχον οὐδὲν ἐπ' αὐτοῖς· τοῦ γὰρ χρῆναι ποιμαίνειν ὀρθῶς, οὐδεὶς ἦν παρ' αὐτοῖς λόγος. Τοιοῦτοι δὲ ἦσαν οἱ τῶν Ἰουδαίων καθηγηταὶ, κλείοντές τε τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, καθά φησιν ὁ Χριστὸς, « Καὶ μήτε αὐτοὶ εἰσερχόμενοι, μήτε μὴν ἑτέρους ἀφιέντες εἰσελθεῖν· ἀλλὰ περιάγοντες μὲν τὴν θάλασσαν καὶ τὴν ξηρὰν, ἵνα ποιήσωσι προσήλυτον, ὅταν γένηται, ποιοῦσι μετ' αὐτοῦ

LXXXV. Suscepto semel sermone de pastore imperito, contristatur quasi jam super pastoribus non bonis, et admodum generatim loquitur, ita animo affectis eventura prænuntians. Vide autem quemadmodum nunc pœnas inertiæ pendentes fortassis etiam commiseratur, propter insitam mansuetudinem : quanquam accusat eos, **771** quod pastores vanorum facti sint, hoc est, temporalium satagentes, adeo autem socordes, ut etiam super ovibus misere pereuntibus lætarentur. Alii namque vendentes eas dicebant : « Benedictus Dominus, et divites evasimus [33]. » Alii vero occidebant, nec quidquam commovebantur ; nam ut recte pascerent, id sane non curabant. Tales porro erant doctores Judæorum, « claudentes regnum cœlorum, » sicut ait Christus [34], « et neque ipsi intrantes, nec alios intrare sinentes · sed circumeuntes mare et aridam, ut faciant unum proselytum, qui cum factus fuerit, faciunt cum filium

[28] II Thess. II, 3-11. [29] Matth. XXIV, 24. [30] Ibid. 22. [31] Ibid. [32] II Thess. II, 8. [33] Zachar. XI, 5. [34] Matth. XXIII, 15.



Digitized by Google

gehennæ duplum quam ipsi sunt [35]. » Quid igitur adeo improbis pastoribus eveniet? « Gladius, inquit, super brachium ipsius, et super oculum dexterum ejus. » *Brachium* pro viribus et typo efficientiæ spiritualis accipitur. Itaque de animalibus occisis in sacro tabernaculo selecta altari sancto pars brachium, seu armus erat, et sacrum donarium Deo, ostendente Scriptura, ut existimo, sub quodam integumento, Deo proprias corporis et spiritus vires consecrari oportere. Brachium autem significare vires, testabitur quidam sanctorum, Deum universorum alloquens : « Magnitudine brachii tui fiant ut lapides [36]. » Oculus autem mentis imago est. Patietur itaque qui non recte pascit brachii et oculi mutilationem, hoc est, et a corporeo et a spirituali robore deseretur. Non enim quidpiam boni præstare poterit, Deo illum non corroborante : et animo obscurabitur, qui divini luminis expers aut est, aut censetur. Haud enim cum fiducia dicet : « Quoniam tu illuminabis lucernam meam, Domine; Deus meus, illuminabis tenebras meas [37]. » Dexterum autem brachium est quod gladio præciditur, et oculus dexter qui excæcatur. Nihil enim dexterum apud populum Judæorum, non actio bona... . Etenim, ut est apud Paulum, « Usque hodie quando legitur Moses, velamen super cor eorum positum est [38]. » Psallit et alicubi David de ipsis : « Obscurentur oculi eorum ne videant [39]. » Omnia igitur illorum sinistra, sive cogitata, sive mores dicas, sive aliud eorum quæ illis adesse credita sunt. Ac sinistrorum quidem ablationem conducere posse, eam sustinentibus, non me latet. Nam abjectio stultitiæ omni culpa et probro eos liberaverit; **772** contra non mediocriter læserit dextrorum amissio : omnino enim ad inhonesta et maxime exsecrabilia deducit. Sed Judæos deceat, et perquam convenienter, spoliatos dextris paupertatem perferre : nos autem qui sumus in Christo, sinistra amittere, et dextris gloriari.

σωσι ἕνα προσήλυτον, εἰ δὲ δὴ γένοιτο, ποιοῦντες αὐτὸν υἱὸν γεέννης διπλώτερον ἑαυτῶν. » Τί δὴ οὖν ἄρα τοῖς οὕτω πονηροῖς ποιμέσι συμβήσεται; « Μάχαιρα, φησὶν, ἐπὶ τοῦ βραχίονος αὐτοῦ, καὶ ἐπὶ τὸν ὀφθαλμὸν τὸν δεξιὸν αὐτοῦ. » Λαμβάνεται δὲ *ὁ βραχίων* εἰς δύναμίν τε καὶ τύπον τῆς πνευματικῆς ἐνεργείας. Καὶ γοῦν τῶν σφαζομένων ζώων ἐν τῇ ἁγίᾳ σκηνῇ ἀπόλεκτον τῷ θείῳ θυσιαστηρίῳ μέρος, ὁ βραχίων ἦν, καὶ ἱερὸν ἀνάθημα τῷ Θεῷ, ὑπεμφαίνοντος, οἶμαι, τοῦ λόγου δι' αἰνίγματος, ὅτι τῷ Θεῷ τὴν ἰδίαν ἀναθετέον ἰσχὺν τήν τε σωματικὴν καὶ πνευματικήν. Ὅτι δὲ ὁ βραχίων κατασημαίνει τὴν δύναμιν, πιστώσεταί τις τῶν ἁγίων, τῷ τῶν ὅλων Θεῷ προσπεφωνηκώς· « Μεγέθει βραχίονός σου ἀπολιθωθήτωσαν. » Ὁ δέ γε ὀφθαλμὸς ἐκ νοῦ τύπον λαμβάνεται. Πείσεται δὴ οὖν ὁ μὴ ποιμαίνων ὀρθῶς βραχίονός τε καὶ ὀφθαλμοῦ τὴν πήρωσιν, τουτέστιν, ἔρημος ἔσται σωματικῆς καὶ πνευματικῆς ἰσχύος. Οὐ γὰρ δυνήσεταί τι κατορθῶσαι τῶν ἀγαθῶν μὴ ἐνισχύοντος Θεοῦ· κατασκοτισθήσεται δὲ καὶ τὸν νοῦν, ἀμέτοχος τοῦ θείου φωτὸς ὑπάρχων τε καὶ νοούμενος. Οὐ γὰρ δυνήσεται λέγειν ἐκ παῤῥησίας· « Ὅτι σὺ φωτιεῖς λύχνον μου, Κύριε· ὁ Θεός μου, φωτιεῖ τὸ σκότος μου. » Δεξιὸς δὲ ὁ βραχίων ὁ τῇ μαχαίρᾳ τεμνόμενος, καὶ μὴν καὶ ὀφθαλμὸς ὁ τυφλούμενος. Δεξιὸν γὰρ οὐδὲν παρὰ τοῖς Ἰουδαίοις δήμοις, οὐ πρᾶξις ἀγαθή. . . . . Ὡς γὰρ ὁ Παῦλός φησιν, « Ἄχρι σήμερον ἡνίκα ἂν ἀναγινώσκηται Μωσῆς, κάλυμμα ἐπὶ τὴν καρδίαν αὐτῶν κεῖται. » Ψάλλει δέ που καὶ ὁ Δαβὶδ περὶ αὐτῶν· « Σκοτισθήτωσαν οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν τοῦ μὴ βλέπειν. » Σκαιὰ δὴ οὖν ἅπαντα τὰ παρ' αὐτοῖς, κἂν νόημα, κἂν τρόπον εἴπῃς, κἂν ἕτερόν τι τῶν προσεῖναι πεπιστευμένων. Τῶν μὲν γὰρ ἀριστερῶν ἡ ἀφαίρεσις ὀνήσειεν ἂν οἷδ' ὅτι τοὺς ὑπομένοντας. Ἀποβολὴ γὰρ σκαιότητος αἰτίας τε καὶ μώμου παντὸς ἀπαλλάξειεν ἂν αὐτούς. Ἀδικήσειε δ' ἂν οὐ μετρίως ἡ τῶν δεξιῶν ἀπόδειξις. Ἀποφέρει γὰρ πάντως εἰς τὰ αἰσχίω, καὶ βδελυρώτατα. Ἀλλ' Ἰουδαίοις πρέποι ἂν, καὶ μάλα εἰκότως, τὸ ἐν στερήσει πένεσθαι τῶν δεξιῶν· ἡμῖν δὲ τοῖς ἐν Χριστῷ τὴν ἀποβολὴν γενέσθαι σκαιότητος, καὶ τοῖς δεξιοῖς ἐναβρύνεσθαι.

# TOMUS QUINTUS.

## CAP. XII.

VERS. 1. *Assumptio verbi Domini super Israel. Dixit Dominus extendens cœlum, et fundans terram, et fingens spiritum hominis in eo.*

LXXXVI. Postquam quod sufficiat commodissime disseruit de vero pastore, hoc est Christo, atque etiam de imperito, et crudelissimo, et carnifice ovium, quem Antichristum esse dicimus, utiliter etiam futurarum aliquando persecutionum contra Israelem, et neutiquam quidem Israelis secundum carnem, sed intelligibilis illius et vere sanctæ Jerusalem, quæ est « Ecclesia Dei viventis [40], » mentionem inducit. Sicut enim asserimus esse intelligi-

# ΤΟΜΟΣ ΠΕΜΠΤΟΣ.

## ΚΕΦΑΛ. ΙΒ'.

*Λῆμμα λόγου Κυρίου ἐπὶ τὸν Ἰσραήλ. Λέγει Κύριος, ἐκτείνων οὐρανὸν, καὶ θεμελιῶν γῆν, καὶ πλάσσων πνεῦμα ἀνθρώπου ἐν αὐτῷ.*

ΠΓ'. Ἀποχρῶσαν εὖ μάλα ποιησάμενος τὴν ἀφήγησιν τὴν ἐπί γε τῷ ἀγαθῷ ποιμένι, τουτέστι Χριστῷ, καὶ μέν τοι τὴν ἐπὶ τῷ ἀπείρῳ τε καὶ ὠμοτάτῳ, καὶ κρεωνομοῦντι τὰ πρόβατα, τοῦτον δὲ εἶναί φαμεν τὸν Ἀντίχριστον, διαμέμνηται χρησίμως καὶ τῶν ἐσομένων κατὰ καιροὺς διωγμῶν, κατά γε τοῦ Ἰσραὴλ, καὶ οὐχὶ δὴ πάντως τοῦ κατὰ σάρκα, μᾶλλον δὲ τοῦ νοητοῦ, καὶ τῆς ἁγίας ὄντως Ἱερουσαλὴμ, ἥτις ἐστὶν « Ἐκκλησία Θεοῦ ζῶντος. » Ὥσπερ

[35] Matth. XXIII, 15. [36] Exod. XV, 16. [37] Psal. XVII, 29. [38] II Cor. III, 15. [39] Psal. LXVIII, 24. [40] I Tim. III, 15.

Digitized by Google

XCIV. Hebræorum editio initium præsentis contextus facit ab illis verbis, « Et aspicient ad me : » porro cum LXX traditione et interpretatione non consentit. Nam pro *insultarunt* habet illa, « *videbunt* in quem transfixerunt. » Transfixerunt quippe milites Pilati latus ejus, sicut legimus [95]. Quocirca hæc verba de persona Christi apte explicabimus. Atque etiam illa ad eum referenda ducimus, « Et plangent super se planctum, sicut super dilectum, et dolebunt dolorem sicut super primogenitum. » Etenim cum divinum templum ligno affixissent, circumsteterunt crucifixores, scelerate conviciantes. Alii quippe dicebant : « Qui destruis templum Dei, et in tribus diebus reædificas illud, salva temetipsum [96]. » Rursum nonnulli : « Alios salvos fecit, seipsum non potest salvum facere [96]. » Ast ubi animam suam pro nobis posuit [97], et spiritibus apud inferos prædicavit [98], et revixit, terræ motu concusso monumento, qui assidebant mirabundi dixerunt, « Vere Filius Dei erat iste [99] ; » nec mediocri pœnitudine multi capiebantur. Postquam autem et Romani eos bello presserunt, regione devastata, et urbibus incensis, et domibus vacuefactis, jamque ipsa Hierosolyma obsessa et fame oppidanos conficiente, vix quidam suos **784** in Christum ausus nefarios agnoverunt, tandemque animadverterunt, quamobrem dira paterentur, et propter impie in eum commissa sese illa perpeti. Itaque quoniam « insultaverunt, plangent super se planctum quasi super dilectum, et dolebunt dolorem, quasi super primogenitum. » Profusissimis namque lacrymis parentes primogeniti et dilecti mortem semper prosequuntur, nec plangendi et lamentandi invenire modum sustinent, eaque dolor longinquus plane, et quasi perennis, acriter et intolerabiliter vellicando animos macerans. Judæis autem calamitates istiusmodi experturos Christus prædixit, mulieres super ipso flentes ita castigans : « Filiæ Jerusalem, nolite flere super me, sed super vos ipsas, et filios vestros flete [1]. »

VERS. 11-14. *In die illa magnus erit planctus in Jerusalem, sicut planctus mali punicæ in campo succisæ. Et plangent terra per tribus tribus. Tribus seorsum, et mulieres eorum seorsum. Tribus domus David seorsum, et mulieres eorum seorsum. Tribus domus Nathan seorsum, et mulieres eorum seorsum. Tribus domus Levi seorsum, et mulieres eorum seorsum. Tribus Simeon seorsum, et mulieres eorum seorsum. Omnes tribus reliquæ, tribus seorsum, et mulieres eorum seorsum.*

A *Εἰς ὃν κατωρχήσαντο, καὶ κόψονται ἐφ' ἑαυτοῖς κοπετὸν ὡς ἐπ' ἀγαπητῷ, καὶ ὀδυνηθήσονται ὀδύνην ὡς ἐπὶ πρωτοτόκῳ.*

ΚΔ'. Ἡ Ἑβραίων ἔκδοσις ἀρχὴν ποιεῖται τοῦ παρόντος κεφαλαίου τὸ, « Καὶ ἐπιβλέψονται πρός με· » πλὴν οὐ συμβαίνει τῇ τῶν Ἑβδομήκοντα παραδόσει τε καὶ ἑρμηνείᾳ. Ἑβραῖοι μὲν γὰρ *ὄψονται* φασι, ἀντὶ τοῦ, « *κατωρχήσαντο*, εἰς ὃν ἐξεκέντησαν. » Διένυξαν γὰρ οἱ Πιλάτου στρατιῶται τὴν πλευρὰν αὐτοῦ, καθὰ γέγραπται. Οὐκοῦν παραθήσομεν εἰκότως τῷ προσώπῳ Χριστοῦ τὸν ἐπὶ τῷδε λόγον. Πλὴν ἐκεῖνό φαμεν βούλεσθαι δηλοῦν, « Καὶ κόψονται ἐφ' ἑαυτοῖς κοπετὸν, ὡσεὶ ἐπ' ἀγαπητῷ, καὶ ὀδυνηθήσονται ὀδύνην, ὡς ἐπὶ πρωτοτόκῳ. » Προσηλώσαντες μὲν γὰρ τῷ ξύλῳ τὸν θεῖον ναὸν, περιεστήκασιν οἱ B σταυρώσαντες, ἀνοσίως ἐπιτωθάζοντες. Οἱ μὲν γὰρ ἔφασκον· « Ὁ καταλύων τὸν ναὸν, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις οἰκοδομῶν, σῶσον σεαυτόν. » Ἕτεροι δὲ αὖ· « Ἄλλους ἔσωσεν, ἑαυτὸν οὐ δύναται σῶσαι. » Ἐπειδὴ δὲ θεὸς ὑπὲρ ἡμῶν τὴν ἰδίαν ψυχὴν, ἐκήρυξε καὶ τοῖς ἐν ᾅδου πνεύμασιν, ἀνεβίω τε αὖ, σεισμοῦ γενομένου, παρὰ τὸ μνημεῖον οἱ προσεδρεύοντες ἐθαύμαζον, λέγοντες· « Ἀληθῶς Υἱὸς Θεοῦ ἦν οὗτος· » πολλὴ δὲ παρὰ πολλοῖς ἡ μετάγνωσις ἦν. Ἐπειδὴ δὲ καὶ ὁ Ῥωμαίων αὐτοῖς ἐπέσκηψε πόλεμος, καταδηωμένης αὐτοῖς τῆς χώρας, καὶ πόλεων ἐμπιμπραμένων, καὶ οἴκων ἐρημουμένων, πολιορκουμένης τε ἤδη καὶ αὐτῆς τῆς Ἱερουσαλὴμ, καὶ λιμοῦ κατατήκοντος ἔνδοθεν, ἐκαλοῦντό τινες εἰς συναίσθησιν μόλις τῶν ἐπὶ Χριστῷ τολμημάτων, ἤδεσάν τε λοιπὸν, τοῦ κακοῦσθαι τὰς αἰτίας, καὶ C ὅτι πρόφασις αὐτοῖς τοῦ παθεῖν τὰ ἐπ' αὐτῷ γέγονε δυσσεβήματα. Οὐκοῦν ἐπειδὴ « κατωρχήσαντο, κόψονται ἐφ' ἑαυτοῖς κοπετὸν, ὡσεὶ ἐπ' ἀγαπητῷ, καὶ ὀδυνηθήσονται ὀδύνην ὡς ἐπὶ πρωτοτόκῳ. » Καὶ γὰρ ἀεί πως ἄσχετον μὲν καταχεῖται δάκρυον τοῖς γεγεννηκόσιν, ἐφ' υἱῷ πρωτοτόκῳ κειμένῳ, καὶ ἀγαπητῷ, κοιμοὶ δὲ καὶ θρῆνοι καταίρειν εἰς τέλος οὐκ ἀνεχόμενοι, μακρὰ δὲ δὴ πάντως, καὶ οἷον διηνεκὴς ὀδύνη, δριμείαις τισὶ καὶ ἀφορήτοις προσβολαῖς ψυχὰς κατατήκουσα. Ὅτι δὲ ἔμελλον εἰς πεῖραν ἐλθεῖν Ἰουδαῖοι τῶν τοιῶνδε κακῶν, προμεμήνυκεν ὁ Χριστὸς, ταῖς κλαιούσαις ἐπ' αὐτῷ γυναιξὶν ἐπιτιμῶν τε καὶ λέγων· « Θυγατέρες Ἱερουσαλὴμ, μὴ κλαίετε ἐπ' ἐμὲ, κλαίετε δὲ ἐφ' ὑμᾶς, καὶ ἐπὶ τὰ τέκνα ὑμῶν. »

D *Ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ μεγαλυνθήσεται ὁ κοπετὸς ἐν Ἰερουσαλὴμ, ὡς κοπετὸς ῥοῶνος ἐν πεδίῳ ἐκκοπτομένου. Καὶ κόψεται ἡ γῆ κατὰ φυλὰς φυλάς. Φυλὴ καθ' ἑαυτὴν, καὶ αἱ γυναῖκες αὐτῶν καθ' ἑαυτάς. Φυλὴ οἴκου Δαβὶδ καθ' ἑαυτὴν, καὶ αἱ γυναῖκες αὐτῶν καθ' ἑαυτάς. Φυλὴ οἴκου Νάθαν καθ' ἑαυτὴν, καὶ αἱ γυναῖκες αὐτῶν καθ' ἑαυτάς. Φυλὴ οἴκου Λευὶ καθ' ἑαυτὴν, καὶ αἱ γυναῖκες αὐτῶν καθ' ἑαυτάς. Φυλὴ Συμεὼν καθ' ἑαυτὴν, καὶ αἱ γυναῖκες αὐτῶν καθ' ἑαυτάς. Πᾶσαι αἱ φυλαὶ αἱ ὑπολελειμμέναι, φυλὴ καθ' ἑαυτὴν, καὶ αἱ γυναῖκες αὐτῶν καθ' ἑαυτάς.*

[95] Joan. IX, 34. [96] Matth. XXVII, 40. [96] Ibid. 42. [97] I Joan. III, 16. [98] I Petr. III, 19. [99] Matth. XXVII, 53. [1] Luc. XXIII, 28.

Digitized by Google

ΚΕ'. Καταδηουμένης ἁπάσης τῆς Ἰουδαίας κατὰ καιροὺς ὑπὸ τῆς Ῥωμαίων στρατιᾶς, καὶ αὐτῆς δὲ πολιορκουμένης τῆς Ἱερουσαλὴμ, τοιοῦτον ἔσεσθαί φησι παρὰ τῶν ἐν αὐτῇ τὸν κοπετὸν, ὁποῖον ἂν ποιήσαιτο γηπόνος ῥοῶνος ἐκκοπτομένου. Εὐανθὲς μὲν γὰρ τὸ φυτὸν, καὶ συχνοὺς ἐκ ῥίζης ἀνίησι κλῶνας ὀρθοὺς, καὶ εὐμηκεστάτους, εἰ δὲ δὴ καὶ αὐτοῖς ἐξωραΐζοιτο τοῖς καρποῖς, τότε δὴ μάλιστα καὶ ἐν πολλῷ κεῖται θαύματι. Χρῆμα γὰρ ἀξιέραστον, ἡ ῥοιὰ, φυσικῷ διαπρέπουσα κάλλει τῶν ὀρπήκων ἀπηρτημένη, καὶ τοῖς ἔσω κόκκοις συμπεφοινιγμένον ἔχουσα τῶν ἐλύστρων τὸ εἶδος. Πάνδεινον δὲ, ὡς ἔφην, καὶ ἀνιαρὸν, ὁμοῦ τοῖς καρποῖς ἀποκείρεσθαι τὸ φυτόν. Ἀλλ' ἦν τι τοιοῦτον ἰδεῖν τοῖς Ἰουδαίοις συμβαῖνον. Ὅσον μὲν γὰρ ἥκει εἰς τὰς ἐκ νόμου τιμὰς, ῥοιαῖς ἐγκάρποις παρεικάζοιντο ἂν εἰκότως, οἱ προὔχοντες ἐν αὐτοῖς· οἱ μὲν γὰρ ἐκ τῆς Ἰούδα φυλῆς, τοὺς τῆς βασιλείας διέποντες θρόνους εἰς λῆξιν εὐκλείας τέθειντο παρ' αὐτοῖς. Οἱ δὲ ἐκ φυλῆς Λευῖ τοῖς τῆς ἱερωσύνης αὐχήμασιν εὖ μάλα κατεστεμμένοι, λαμπροί τε ἦσαν καὶ διαβόητοι. Τί δ' ἂν λέγοιμι κριτάς τε καὶ νομικοὺς, καὶ τοὺς ταῖς ἑτέραις τιμαῖς κατηγλαϊσμένους; Ἐπειδὴ δὲ πεπαρῳνήκασιν εἰς Χριστὸν, δέδονται τοῖς ἐχθροῖς, καὶ καταδηούντων αὐτοῖς τὴν χώραν Οὐεσπασιανοῦ τε καὶ Τίτου, πολιορκουμένης τε τῆς Ἱερουσαλὴμ, καὶ πάντας τοὺς ἐν αὐτῇ λιμοῦ καταφθίνοντος, θρήνου τε καὶ κοπετοῦ τὰ πάντα πεπλήρωται. Μαρτυρεῖ δὲ καὶ Ἰώσηπος. Τὰ γὰρ τῆς Ἀλώσεως βιβλία συντιθεὶς, ἔφη που περὶ τῶν Ἱεροσολύμων αὐταῖς λέξεσιν ὧδε· Κομμοὶ δὲ ἦσαν ἀνὰ τὴν πόλιν πανταχῆ, οἰμωγὴ δὲ διαπρύσιος, καὶ θρῆνος ἐγκέλευστος. Ὥσπερ δὲ Λίβανον, καὶ δρυμὸν αὐτὴν ὠνόμαζε, λέγων· « Διάνοιξον, ὁ Λίβανος, τὰς θύρας σου, καὶ καταφαγέτω πῦρ τὰς κέδρους σου. Ὀλολυξάτω πίτυς, ὅτι πέπτωκε κέδρος, ὅτι μεγάλως μεγιστᾶνες ἐταλαιπώρησαν. Ὀλολύξατε, δρύες τῆς Βασανίτιδος, ὅτι κατεσπάσθη ὁ δρυμὸς ὁ σύμφυτος· » οὕτω καὶ ῥοῶνα κοπτόμενον ὀνομάζει. Πιστώσεται δὲ τὸν λόγον καὶ ὁ θεσπέσιος Ματθαῖος, τοῖς Ἰουδαίων δήμοις προσπεφωνηκώς· « Ἤδη δὲ καὶ ἡ ἀξίνη πρὸς τὴν ῥίζαν τῶν δένδρων κεῖται. Πᾶν οὖν δένδρον μὴ ποιοῦν καρπὸν καλὸν, ἐκκόπτεται, καὶ εἰς πῦρ βάλλεται, καὶ καίεται. » Ἔσται τοίνυν οὕτω, φησὶ, μέγας ὁ ἐν αὐτῇ κοπετὸς, οἷος ἂν γένοιτο ῥοῶνος, ἐκτεθηλότος αὐτῷ δηλονότι τοῦ καρποῦ, καὶ ἀδοκήτως ἐκκοπτομένου. « Κόψεται δὲ ἡ γῆ κατὰ φυλὰς φυλὰς, καὶ αἱ γυναῖκες αὐτῶν καθ' ἑαυτάς. » Καὶ οὔτε πού φαμεν ἐκεῖνο βούλεσθαι δηλοῦν τὸν μακάριον προφήτην, ὡς ἑστήκοι μὲν ἀνὰ μέρος τὸ ἄρσεν ἐν ἑκάστῃ φυλῇ, ἀνὰ μέρος δὲ αὖ τὸ θῆλυ, καὶ ποιήσονται τὸν κοπετόν· περιττὸν γὰρ, ὡς ἔοικε, τὸ χρῆμα, καὶ εἰκαιόβουλον. Διδάσκει δὲ μᾶλλον ὡς ἑκάστη φυλὴ κατὰ τῶν ἐν αὐτῇ γυναικῶν ἰδίαν ἕξει τινὰ τοῦ θρήνου τὴν ἀφορμήν. Ταύτῃ τοι φησὶν ὅτι « Φυλὴ οἴκου Δαβὶδ καθ' ἑαυτὴν, καὶ αἱ γυναῖκες αὐτῶν καθ' ἑαυτάς. » Καὶ δὴ φέρε λέγωμεν, ὡς ἔνι, τὸν ἑκάστης πόνον. Οἱ μὲν γὰρ ἐκ

XCV. Ferro ignique deformata olim universa Judæa a Romano exercitu, ipsaque Hierosolyma obsidione cincta, talem ab incolis planctum editum fuisse ait, qualem ederet agricola excisa malo punica. Est enim hoc genus arboris bellissimum, atque a radice in crebros, teretes ac patulos diffusum ramos exsurgit, ipsis quoque fructibus decoratum, inprimis est admirabile. Gratissima enim res malum punicum, naturali pulchritudine eximium, a ramo dependens, et cum granis intus rubentem habens corticem. Gravissimum autem et molestissimum, ut dicebam, simul cum fructibus arborem amputari. Ejusmodi quiddam Judæis contigisse videre licet. Nam quod ad honores propter legem perceptos attinet, non immerito malis punicis comparentur, qui inter eos principem locum obtinuerunt. Siquidem de tribu et familia Juda orinndi, et regno præpositi in summa apud eos gloria fuerunt. Tribules autem Levi, **785** sacerdotii ornamentis congruentissime cohonestati, in claritate et celebritate vixerunt. Quid ego de judicibus, et legum peritis, et aliis honoribus illustratis dicam? At postquam in Christum debacchati sunt, hostibus traditi sunt, Vespasianoque ac Tito eorum provinciam depopulantibus, et Hierosolymam obsidentibus, et fame incolas omnes enecante, lamento et planctu omnia redundarunt. Testatur et Josephus. Nam in libris *De bello Judaico* alicubi de Hierosolyma scribit in hæc verba : Urbe tota plangores, et gemitus, et lamenta dolore expressa late audiebantur. Et ut eam Libanum et saltum vocavit, cum diceret : « Aperi, Libane, portas tuas, et ignis comedat cedros tuas. Ululet pinus, quia cecidit cedrus, quoniam magnates vehementer facti sunt miseri. Ululate, quercus Basanitidis, quoniam succisus est saltus consitus[2] : » sic nunc item malum punicam excisam appellat. Testis accedit et divinus Matthæus, ubi populo Judæorum ita prænuntiatur : « Jam securis ad radicem arborum posita est. Omnis igitur arbor non ferens fructum bonum, exscinditur, et in ignem mittitur, et ardet[3]. » Inquit ergo, tantus exsistet in ea planctus, quantus exarescente ejus fructu improviso, et ipsa excisa. « Planget autem terra per tribus et tribus, et mulieres eorum seorsum. » Non putamus sane beatum prophetam illud velle, in qualibet tribu seorsum mares a feminis staturos, et planctum daturos; hoc enim supervacaneum et inconsideratum foret. Illud potius docet, unamquamque tribum cum feminis suis peculiarem lamentandi causam habituram. Idcirco inquit : « Tribus David seorsum, et mulieres eorum seorsum. » Jam vero quantum possumus cujuslibet afflictionem explanemus. Tribules enim e tribu David, sive Juda, e regno excisi, impotenter ejulant, ut tanto splendore spoliati. Levitæ vero, sacerdotii honore depulsi, una cum mulieribus planctui se dabunt. De familia au-

[2] Zachar. xi, 1, 2. [3] Matth. iii, 10.

Digitized by Google

tem Nathan (hic erat propheta, nec omnino verax) similiter plangent : non enim licebit illis amplius vaticinari iniqua, et loqui de corde suo [5], et sermones suos pro divinis venditare imprudentibus, indeque turpe lucrum colligere. Habet porro traditio, Judæos judices per tempora sua constitutos, de tribu Symeonis legisse, **786** utpote quæ floreret viris prudentissimis, et legum scientissimis, et in vita ad leges accommodata cæteris multo præstantioribus. Lamentabuntur autem hi quoque. Hanc ob causam dicit, tribum Symeon lamentaturam seorsum. Non enim sincere judicii munus exercebant, neque divinis legibus obsequentes, quæ Deo placerent, præstare conabantur, sed lucris potius inhiabant, levissimo pretio fidem suam addicentes, et ut ait propheta : « Judices eorum sicut lupi Arabiæ [6]. » Lamentari autem una etiam alias tribus oportebat, ut jucundissimis sibi ritibus et locis ejectas, imo et ipsa morte earum capitibus imminente, ipsaque fame instar hostilis gladii eas absumente.

A φυλῆς Δαβὶδ, ἤτοι τοῦ Ἰούδα, τῆς βασιλείας ἐκπεντες, κατοιμώζουσιν ἀσχέτως, ὡς τῆς οὕτω περιφανοῦς εὐκλείας ἀποστερούμενοι. Οἵ γε μὴν ἐκ τῆς τοῦ Λευὶ, τῶν ἐκ τῆς ἱερωσύνης ἐξωθούμενοι γερῶν, ὁμοῦ γυναιξὶ ποιήσονται τὸν κομμόν. Οἱ δὲ ἐκ φυλῆς τοῦ Νάθαν, προφήτης δὲ οὗτος ἦν, καὶ οὐχὶ πάντως ἀληθὴς, κόψονται πάλιν· οὐ γὰρ ἦν αὐτοῖς ἔτι προφητεύειν ἄδικα, καὶ λαλεῖν τὰ ἀπὸ καρδίας, καὶ τοῖς ἀσυνέτοις καταπωλεῖν ὡς παρὰ Θεοῦ τοὺς ἰδίους λόγους, καὶ τὰς ἐντεῦθεν συλλέγειν αἰσχροκερδείας. Ἔχει δὲ ἡ παράδοσις, ὅτι τοὺς κριτὰς Ἰουδαῖοι τοὺς καθισταμένους κατὰ καιροὺς ἐκ τῆς Συμεὼν ἐδέχοντο φυλῆς, ἅτε δὴ συνετωτάτους καὶ νομομαθεῖς ἄνδρας ἐχούσης, καὶ πολὺ τῶν ἄλλων προφερεστέρους εἴς γε τὸ ζῆν ἐλέσθαι ἐννόμως. Διὰ τοῦτό φησιν ὅτι Φυλὴ B Συμεὼν κόψεται καθ' ἑαυτήν. Ἴδιος δέ τις καὶ τούτοις ὁ θρῆνος. Οὐ γὰρ ἔκρινον ὀρθῶς, οὔτε μὴν τοῖς θείοις εἴκοντες νόμοις, τὸ τῷ Θεῷ δοκοῦν ἀποπεραίνειν ἐσπούδαζον, ἦσαν δὲ μᾶλλον φιλοκερδεῖς, καὶ εὐωνότατοι, καὶ ᾗ φησιν ὁ προφήτης, « Οἱ κριταὶ αὐτῆς ὡς λύκοι τῆς Ἀραβίας. » Συνοδύρεσθαι δὲ ταύταις ἀναγκαῖόν πως ἦν καὶ τὰς ἑτέρας φυλὰς, ἅτε δὴ τῶν ἡδίστων αὐταῖς ἐθῶν τε καὶ τόπων ἐκπεμπομένας, μᾶλλον δὲ καὶ αὐτοῦ θανάτου ἐπηρτημένου ταῖς σφῶν κεφαλαῖς ,φθάνοντος δὲ ὥσπερ τῶν πολεμίων τὸ ξίφος καὶ αὐτοῦ τοῦ λιμοῦ.

## CAP. XIII.

VERS. 1. *In die illa erit omnis locus apertus in domo David, et habitantibus Jerusalem, et in transmutationem et aspersionem.*

XCVI. Post hoc adventum Christi diligentibus eventura percurrit. Qui enim in sua incredulitate insolentius se gesserunt, obsidebuntur, inquit, et in miseriis suis ejulabunt. Ast in ea, quam mente spectamus, et vere sancta Hierosolyma [4], et in domo David, hoc est, Ecclesia, ubi ex semine David secundum carnem Christus apparuerit, « Omnis locus patebit, » hoc est, multa erit latitudo, et quasi remissum et laxum, optatissimumque et omni molestia solutissimum vivendi genus. Scias porro velim, in Hebræa editione sententiam hanc aliter exstare. Nam pro, « Erit omnis locus apertus, » ait, fore ut omnis fons scaturiat. Et probabile est admodum, etiam LXX interpretationem eodem tendere, quamvis verba secus habeant, ut quiddam ejusmodi significetur. Incredula nempe et recalcitrans, perversa et apostatrix Jerusalem, « quæ occidit prophetas, et lapidat eos qui ad eam missi sunt [7], » condignas audacia sua pœnas persolvet. Exscindetur enim, ceu malus punica. Habitantibus autem Jerusalem quæ intelligentia conspicitur, sive domum Juda, id est, Christi, « erit omnis locus apertus, » sive in omni loco fons, purgationis aqua manans, utique sacri baptismatis, ad utilitatem credentium, « et in transmutationem **787** et in aspersionem. » Quænam ista transmutatio? Judæorum ex institutione legali ad vitam in Christo,

## ΚΕΦΑΛ. ΙΓ'.

*Ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἔσται πᾶς τόπος διανοιγόμενος ἐν τῷ οἴκῳ Δαβὶδ, καὶ τοῖς κατοικοῦσιν Ἰερουσαλὴμ, καὶ εἰς τὴν μετακίνησιν, καὶ εἰς* C *τὸν ῥαντισμόν.*

ΧϚ'. Ἐπιτρέχει τῷ λόγῳ τὰ μετὰ τοῦτο πάλιν ἐσόμενα τοῖς ἠγαπηκόσι τὴν ἐπιφάνειαν τοῦ Χριστοῦ. Οἱ μὲν γὰρ ταῖς ἀπειθείαις ἐξυβρικότες, ἐν πολιορκίαις ἔσονται, φησὶ, καὶ ἐπί γε τοῖς σφῶν αὐτῶν κατοιμώξουσι κακοῖς. Ἐν δέ γε τῇ νοητῇ καὶ ἁγίᾳ κατὰ τὸ ἀληθὲς Ἰερουσαλὴμ, καὶ ἐν τῷ οἴκῳ Δαβὶδ, τουτέστι τῇ Ἐκκλησίᾳ, τοῦ πεφηνότος ἐκ σπέρματος Δαβὶδ κατὰ σάρκα Χριστοῦ, « Πᾶς τόπος ἔσται διανοιγόμενος, » τουτέστι, πολλή τις εὐρυχωρία, καὶ οἷον ἀνειμένη δίαιτα τριπόθητος καὶ ἀπονωτάτη. Ἰστέον δὲ ὅτι τὸ ῥητὸν Ἑβραῖοι πάλιν ἑτέρως ἐκδεδώκασιν. Ἀντὶ γὰρ τοῦ, « Ἔσται πᾶς τόπος διανοιγόμενος, » πᾶσαν ἔσεσθαι πηγὴν ἀναβρύουσαν D ἔφησαν αὐτοί. Καὶ εἰκός γε σφόδρα, καὶ τῆς ἑρμηνείας τῶν Ἑβδομήκοντα τὸν σκοπὸν εἰς τοῦτο αὐτὸ συντείνεσθαι, κἂν εἰ ἑτέρως ἔχοι τῆς τῶν ῥημάτων προφορᾶς ὁ τρόπος, ἵνα τι τοιοῦτον ᾖ τὸ δηλούμενον. Ἡ μὲν γὰρ ἀπειθὴς, καὶ ἐξήνιος Ἰερουσαλὴμ, ἡ πονηρά τε καὶ ἀποστάτις, « Ἡ ἀποκτείνουσα τοὺς προφήτας, καὶ λιθοβολοῦσα τοὺς ἀπεσταλμένους πρὸς αὐτὴν, » τὰς τοῖς ἰδίοις τολμήμασιν ἀναλόγως ἐχούσας ἀποτιεῖ δίκας. Ἐκκοπήσεται γὰρ ῥοῶνος δίκην. Τοῖς γε μὴν οἰκοῦσι τὴν νοητὴν Ἰερουσαλὴμ, ἤτοι τὸν οἶκον Ἰούδα, τουτέστι Χριστοῦ, « ἔσται πᾶς τόπος διανοιγόμενος, » ἤγουν ἐν παντὶ τόπῳ πηγὴ, τὸ τῆς καθάρσεως ὕδωρ ἀναβρύουσα, δῆλον δὲ ὅτι τοῦ ἁγίου βαπτίσματος, ὡς εἶναι χρήσιμον τοῖς πεπι-

[5] Jerem. XXIII, 16. [6] Sophon. III, 3. [7] Hebr. XII, 22. [7] Matth. XXIII, 37.

Digitized by Google

στευκόσι, « καὶ εἰς τὴν μετακίνησιν, καὶ εἰς τὸν ραντισμόν. » Καὶ τίς ἡ μετακίνησις; Ἰουδαίων μὲν ἐκ νομικῆς ἀγωγῆς εἰς πολιτείαν τὴν ἐπὶ Χριστῷ· ἀπὸ σκιᾶς εἰς ἀλήθειαν, ἐκ τύπου καὶ γράμματος, εἰς λατρείαν πνευματικήν. Ἕλλησι δὲ μετακίνησις τίς ἔσται; Ἐξ ἀπιστίας ἥκουσιν ἐπὶ τὸ πιστεῦσαι Χριστῷ· ἐξ ἀμαθείας τῆς πρώτης, εἰς ἐπίγνωσιν ἀκραιφνῆ τοῦ κατὰ ἀλήθειαν ὄντος Θεοῦ· ἀπὸ σκότους εἰς φωτισμόν. Μετακίνησις δὲ κοινὴ, παντὶ πρέπουσα τῷ κεκλημένῳ διὰ τῆς πίστεως, Ἰουδαίῳ τε καὶ Ἕλληνι, ἀπὸ τοῦ φρονεῖν τὰ σαρκὸς, ἐπὶ τὸ ἐλέσθαι ζῆν ὁσίως, καὶ καθαρῶς, καὶ περιπατεῖν ἐν πνεύματι, κατὰ τὴν τοῦ μακαρίου Παύλου φωνήν· ἐκ τοῦ τιμᾶν τὰ ἐν κόσμῳ εἰς τὸ ἀγαπῆσαι τὰ ὑπερκόσμια. Ὅτι δὲ τὸ θεῖον καὶ ἱερὸν δεχόμενοι βάπτισμα ραντιζόμεθα τῷ αἵματι Χριστοῦ πρὸς ἀποκάθαρτιν ἁμαρτίας, πῶς ἂν ἐνδοιάσειέ τις; Οὐκοῦν ἡ ὁδὸς ἡ εἰς μετακίνησιν καὶ εἰς ραντισμὸν τοῖς ἐν τῷ οἴκῳ Ἰούδα, τὸ σωτήριον βάπτισμα, ἤτοι πᾶς τόπος καὶ ἀναβρύουσα τὸ τῆς καθάρσεως ὕδωρ.

A ab umbra ad veritatem, a typo et littera ad cultum spiritualem. Quænam autem Græcorum erit transmutatio? Ex incredulitate ad Christo credendum veniunt, et ex ignorantia maxima ad agnitionem puram veri Dei; a tenebris ad illuminationem. Transmutatio autem communis, cuilibet per fidem vocato conveniens, Judæo et Græco, a sapiendo ea quæ carnis sunt ad sancte ac pure vivendi et in spiritu ambulandi consilium, uti beatus Paulus hortatur [8]; ex admiratione eorum quæ in mundo sunt ad diligenda quæ supra mundum sunt. Divinum porro et sacrum baptisma suscipientes nos aspergi sanguine Christi ad expurgationem peccati, quis dubitet? Ergo via ad transmutationem et aspersionem domum Juda habitantibus salutare baptisma B est, sive omnis locus apertus, sive omnis fons dilatatus, et purgationis seu expiationis aqua scaturiens.

*Καὶ ἔσται ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, λέγει Κύριος Σαβαὼθ, ἐξολοθρεύσω τὰ ὀνόματα τῶν εἰδώλων ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ οὐκέτι ἔσται αὐτῶν μνεία. Καὶ τοὺς ψευδοπροφήτας, καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἀκάθαρτον ἐξαρῶ ἀπὸ τῆς γῆς.*

Vers. 2. *Et erit in die illa, dicit Dominus Sabaoth, disperdam nomina idolorum de terra, et non erit ultra eorum memoria. Et pseudoprophetas, et spiritum immundum auferam de terra.*

ιζ'. Πάντα πρὸς τὸ ἄμεινον μετακεχώρηκεν ἐν Χριστῷ, καὶ καινὴ κτίσις τὰ ἐν Χριστῷ, τῆς ἀρχαίας σαθρότητος ἀποβαλόντα τὸν μῶμον. Ἀτρεκῆ δὲ ὄντα τὸν ἐπὶ τῷδε λόγον κατίδοι τις ἂν ἐξ αὐτῶν, εἰ βούλοιτο, τῶν πραγμάτων. Πρὸ μὲν γὰρ τῶν τῆς ἐπιδημίας καιρῶν, οὔπω καθ' ἡμᾶς γεγονότος τοῦ Μονογενοῦς, οὔτε μὴν τῷ θείῳ φωτὶ τὰ πάντα περιαστράπτοντος, ἀχλὺς ἦν ἔτι, καὶ σκότος ἐν ταῖς τῶν ἐθνῶν καρδίαις. Ἐλάτρευον γὰρ εἰδώλοις, καὶ δυσβουλίας εἰς τοῦτο κατώλισθον, ὡς ξύλοις, καὶ λίθοις ἀναθεῖναι τὸ σέβας, καὶ τοῖς ἀκαθάρτοις δαίμοσι τὰς Θεῷ πρεπούσας ἀνάπτειν τιμάς. Καὶ ταυτὶ μὲν τῆς τῶν πλανωμένων ἀβελτηρίας τὰ ἐγκλήματα. Παρὰ δέ γε τῷ Ἰσραὴλ, ὃς καὶ ἀπόδεκτος, καὶ μερὶς Κυρίου, κατὰ τὸ γεγραμμένον, σχοινισμά τε κληρονομίας αὐτοῦ, τοσαύτη τις ἦν ἠθῶν τε καὶ τρόπων ἐξιτηλία, ὡς ὀλίγου μὲν ἀξιοῦσθαι λόγου, καίτοι πρὸς ἐπικουρίαν αὐτοῖς δοθέντα τὸν νόμον, καὶ οὐκ ἀνικάνως ἔχοντα πρὸς παιδαγωγίαν τὴν ἐπί γε τῷ χρῆναι βιοῦν ὀρθῶς, ἀπονεῦσαι δὲ μᾶλλον πρὸς τὸ δεῖν ἀβούλως ταῖς τῶν ἐθνῶν ἀποκομίζεσθαι πλάναις, καὶ ταῖς τῶν ὁμόρων δεισιδαιμονίαις στοιχεῖν. Προσέκειντο μὲν γὰρ, καὶ λίαν ἐκτόπως, τοῖς τῶν ψευδωνύμων προφητῶν μαντεύμασιν. Οἱ μὲν γὰρ τῶν εἰδώλων θεραπευταὶ, τοῖς βεβήλοις τεμένεσι προσιζήσαντες, χρησμολόγοι τε ἦσαν, καὶ ψευδοεπεῖς· οἱ δὲ καὶ τὸ, « Ζῇ Κύριος, » ἐπὶ γλώττης ἔχοντες, καὶ εὐσεβεῖν ὑποπλαττόμενοι, καὶ οἷον προβάτου δορᾷ τὸν λύκον ἐπισκιάζοντες, τὸ τῆς προφητείας ὄνομά σφισιν αὐτοῖς περιτιθέντες οἱ τάλανες, καὶ τὴν ἐπὶ τούτῳ δόξαν ἀνοσίως ἁρπάζοντες, ἀπηρεύγοντο τὸ δοκοῦν, καὶ τοὺς τῆς αὐτῶν καρδίας λογισμοὺς, θείαν ἔφασκον

XCVII. Omnia in statum meliorem migrarunt in Christo, et quæ in eo sunt nova creatura [9], marcoris antiqui abjecto dedecore. Ac verborum quidem istorum veritatem ex ipsis quoque rebus quispiam perspexerit. Ante tempora enim adventus, quando nondum corpus ullum induerat Unigenitus, neque divino lumine omnia collustrabantur, adhuc caligo et tenebræ in cordibus gentium erant. Colebant enim simulacra, eoque stultitiæ descenderant ut ligna et lapides divinis cæremoniis afficerent, et immundis dæmonibus Deo congruentes honores impenderent. Et hæc quidem errantium vesaniæ crimina fuerunt. Apud Israelem vero acceptum illum, et partem Domini, sicut scriptum est [10], et funiculum hæreditatis ejus, tanta erat consuetudinum atque morum fatuitas, ut legem, quamvis ad auxilium sibi datam, nec ad institutionem vitæ in Christo probatæ insufficientem parvipenderent, potiusque ad gentium errores sequendos stolide declinarent, finitimarumque superstitiones **788** amplecterentur. Falsorum enim prophetarum vaticiniis absurdissime inhærebant. Quorum alii idolorum ministri profanis templis assidentes, et oracula et mendacia loquebantur: alii, « Vivit Dominus » in lingua habentes, et pietatem simulantes et tanquam ovilla pelle lupum contegentes, prophetarumque appellationem sibi ipsis arrogantes, miseri, et gloriam ejus nefarie rapientes, quod libebat eructabant, et sensa cordis sui divinum esse consilium autumabant. Super hujusmodi tam projecte audacibus etiam prophetis Jeremias universorum Dominum Deum ita compellat: « Qui es, Domine, ecce prophetæ pro-

[8] Rom. VIII, 4 seqq. [9] II Cor. V, 17. [10] Deut. XXXII, 9.

Digitized by Google

phetant, et dicunt : Non videbitis gladium, et fames non erit in vobis, quia veritatem et pacem dabo in terra, et in loco isto [11]. » Et ad hæc Deus : « Falsa prophetæ prophetant in nomine meo. Non misi eos, et non mandavi eis, et non sum locutus ad eos, et visiones mendaces, et divinationes, et auguria, et electiones cordis sui ipsi locuti sunt ad eos, et ipsi loquti sunt eis, et ipsi prophetabant [12]. » Mendaciloqui enim erant, ut dixi, et turpibus victi quæsticulis, de corde suo audientibus loquebantur, ut scriptum est, « et non de ore Domini [13]. » Deinde cum Judæos istud iniquo animo ferre oporteret, illi contra eos venerabantur, et supremis honoribus exornare studebant. Postquam autem aliquando unigenitum Dei Verbum nobis apparuit, inepta et puerilia idololatriæ ludicra prorsus evanuerunt et exstincta sunt, et sublatum cum ea nefarium quoque et impium pseudoprophetarum studium qui maligno et immundo spiritu pleni erant, et cum idolorum cultoribus germano ac simili errore infecti verissime coargui potuissent. Unus quippe ambobus impietatis præses, nimirum Satanas. Ait igitur : « Tollam de terra nomina idolorum, et non erit memoria illorum in die illa [14], » hoc est, illo tempore, quo divinum et cœleste lumen splenduerit, et in errantium cordibus Lucifer, quem intelligentiæ oculo videmus, exortus fuerit, ut scriptum est, et diluxerit dies, antiqua nocte et quæ in ea fiebant repulsis, ut, veteri immunditia sublata, athletæ et sancti adoratores de cætero conversationis sanctæ ornamentis instructi, vitam in Christo suspicere videantur.

εἶναι βουλήν. Περὶ τῶν τὰ τοιάδε τολμᾷν εἰωθότων καὶ ὁ προφήτης ἔφασκεν Ἱερεμίας, πρὸς τὸν τῶν ὅλων κατεξουσιάζοντα Θεόν· « Ὁ ὤν, Κύριε, ἰδοὺ οἱ προφῆται αὐτῶν προφητεύουσι, καὶ λέγουσιν· Οὐκ ὄψεσθε μάχαιραν, καὶ λιμὸς οὐκ ἔσται ἐν ὑμῖν, ὅτι ἀλήθειαν καὶ εἰρήνην δώσω ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ ἐν τῷ τόπῳ τούτῳ. » Καὶ πρός γε ταῦτα Θεός· « Ψευδῆ οἱ προφῆται προφητεύουσιν ἐν τῷ ὀνόματί μου. Οὐκ ἀπέστειλα αὐτοὺς, καὶ οὐκ ἐνετειλάμην αὐτοῖς, καὶ οὐκ ἐλάλησα πρὸς αὐτοὺς, καὶ ὁράσεις ψευδεῖς, καὶ μαντείας, καὶ οἰωνίσματα, καὶ προαιρέσεις καρδίας αὐτῶν, αὐτοὶ ἐλάλησαν πρὸς αὐτοὺς, καὶ αὐτοὶ προεφήτευον. » Ψευδοεπεῖς γὰρ ἦσαν, ὡς ἔφην, καὶ λημματίων αἰσχρῶν ἡττώμενοι, προσελάλουν τοῖς ἀκροωμένοις τὰ ἀπὸ καρδίας αὐτῶν, καθὰ γέγραπται, καὶ οὐκ ἀπὸ στόματος Κυρίου. Εἶτα δέον ἐπὶ τούτοις ἀγανακτεῖν Ἰουδαίους, ἐκ τῶν ἐναντίων ἐποιοῦντο σεπτοὺς, καὶ τιμαῖς ταῖς ἀνωτάτω στεφανοῦν ἐσπούδαζον. Ἐπεὶ δὲ λοιπὸν ἐπέφανεν ἡμῖν ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ Λόγος, ᾤχετο μὲν εἰς ἅπαν, καὶ ὠλόθρευτο παντελῶς τὰ ψυχρὰ καὶ μειρακιώδη τῆς εἰδωλολατρείας ἀθύρματα, συνεξῄρηται δὲ αὐτῇ καὶ τὸ ἔκτοπόν τε καὶ δυσσεβὲς ἐπιτήδευμα τῶν ψευδοπροφητῶν, οἳ πονηροῦ καὶ ἀκαθάρτου πνεύματος ἔμπλεῳ ἦσαν, καὶ τοῖς τῶν εἰδώλων θεραπευταῖς ἀδελφὴν καὶ γείτονα νοσοῦντες τὴν πλάνησιν καταφωραθεῖεν ἄν, καὶ μάλα ὀρθῶς. Εἷς γὰρ ἀμφοῖν τῆς δυσσεβείας ὁ ἐπιστάτης, τουτέστιν ὁ Σατανᾶς. « Ἐξαρῶ τοίνυν, φησὶν, ἀπὸ τῆς γῆς τὰ ὀνόματα τῶν εἰδώλων, καὶ οὐκ ἔσται αὐτῶν μνεία ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, » τουτέστι, κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν καθ' ὃν ἂν τὸ θεῖον καὶ ἐπουράνιον λάμψῃ φῶς, καὶ ἐν ταῖς τῶν πλανωμένων καρδίαις ὁ νοητὸς ἑωσφόρος ἀνατείλῃ, κατὰ τὸ γεγραμμένον, διαυγάσῃ δὲ ἡμέρα, τῆς πάλαι νυκτὸς ἀπελημένης, καὶ τῶν ἐν αὐτῇ δρωμένων· ἵνα, τῆς ἀρχαίας ἀκαθαρσίας ἐξῃρημένης, οἱ ἀθληταὶ καὶ ἅγιοι προσκυνηταὶ φαίνοιντο λοιπὸν τῆς εὐαγοῦς πολιτείας ἀνημμένοι τὰ αὐχήματα, καὶ τὴν ἐν Χριστῷ τιμῶντες ζωήν.

**789** VERS. 3. *Et erit, si prophetaverit homo ultra, et dicet ad eum pater et mater ejus qui genuerunt eum : Non vives, quoniam mendacium locutus es in nomine Domini, et compedient eum pater ejus et mater ejus qui genuerunt eum, cum prophetaret ipse.*

*Καὶ ἔσται, ἐὰν προφητεύσῃ ἄνθρωπος ἔτι, καὶ ἐροῦσι πρὸς αὐτὸν ὁ πατὴρ καὶ ἡ μήτηρ αὐτοῦ οἱ γεννήσαντες αὐτόν· Οὐ ζήσῃ, ὅτι ψευδῆ ἐλάλησας ἐν ὀνόματι Κυρίου, καὶ συμποδιοῦσιν αὐτὸν ὁ πατὴρ αὐτοῦ καὶ ἡ μήτηρ αὐτοῦ οἱ γεννήσαντες αὐτὸν ἐν τῷ προφητεύειν αὐτόν.*

XCVIII. Tanta reverentia illius sæculi mortales numen prosequentur, inquit, adeoque de perfecta probitate et vita laudabili erunt solliciti, ut etiam parentes ipsi ad zelum et iram adversum liberos exacuantur, quod cum falsa dicant, se prophetare fingant, et de corde suo loquantur, quasi Deus ad ipsos verba fecisset. « Compedibus, inquit, implicabunt eum, » hoc est, ut amentem et insanum vincient, morasque tollentes, morti eum destinabunt, si in hoc morbo fixe impudenterque manserit. Satis enim est illis ad quodvis supplicium in filium decernendum, quod falsa in nomine Domini locutus sit. Vide autem quam vere hoc dictum sit, et quam stabilem mereatur fidem prædictio. Quis enim nostrum toleraverit hodie sic prophetantem quem-

ΛΗ'. Τοσαύτη τις ἔσται περὶ τὸ θεῖον αἰδὼς τῶν τηνικάδε, φησὶ, φρονητιοῦσι δὲ οὕτω τῆς εἰς ἄκρον ἐπιεικείας καὶ ἀξιαγάστου ζωῆς, ὥστε καὶ γονέας αὐτοὺς ἰδίοις ἐπιθήγεσθαι τέκνοις ζηλοῦν, τὸ τοὺς ψευδοεπεῖς προφητεύειν ἀποπλαττομένους, καὶ ἀποφθέγξοιντο τὰ τῶν ἀπὸ καρδίας, ὡς Θεοῦ λελαληκότος. « Συμποδιοῦσι γὰρ αὐτὸν, » φησὶ, τουτέστι, καταδεσμεύσουσιν ὡς ἔκφρονά τε καὶ μεμηνότα, μελλήσαντες δὲ οὐδὲν, καθοριοῦσιν αὐτοῦ τὸν θάνατον, εἰ ἔμμονόν τε καὶ ἀναιδῆ τὴν ἐπὶ τῷδε ποιοῖτο νόσον. Ἀπόχρη γὰρ αὐτοῖς εἰς τὸ δεῖν ἅπασαν τοῦ παιδὸς καθορίσαι δίκην τόδε, ὅτι ψευδῆ λελάληκεν ἐν ὀνόματι Κυρίου. Ἄθρει δὲ ὥσπερ ἐστὶν ἀληθὴς ὁ λόγος, καὶ τὸ βέβαιον εἰς πίστιν ἡ προαναφώνησις ἔχει. Τίς γὰρ τῶν καθ' ἡμᾶς διακαρτερήσειεν ἂν ἐν

[11] Ezech. xiv, 13. [12] Ibid. 14. [13] Jerem. xxiii, 16. [14] II Petr. i, 19.

Digitized by Google

τῷ νῦν καιρῷ προφητεύοντός τινος; ἢ πῶς οὐκ ἐξεστηκότα λογιεῖται μὲν τὸν τοιοῦτον εὐθὺς, ὧδέ τε ἔχοντα γνώμης πῶς οὐκ ἂν ποιήσαιτο στυγητόν; Ποῖος δὲ πατὴρ ἀνεπίπληκτον ἐάσει τέκνον, εἰ τοῖς οὕτω δεινοῖς ἐναλοίη πλημμελήμασιν; Ἀπόδειξις οὖν ἄρα, καὶ μάλα σαφὴς γένοιτο ἂν, οἶμαι, τουτὶ τῆς εἰς Θεὸν εὐσεβείας, ὅτε πολὺ πρὸς τὸ ἄμεινον ἡ τῶν καθ' ἡμᾶς πραγμάτων μετακεχώρηκε φύσις, Θεοῦ μεταπλάττοντος εἰς τὸ αὐτῷ δοκοῦν καὶ εἰς τὸ εὖ ἔχον ἢ πρίν. Καὶ γοῦν τὰ πάλαι τιμώμενα καὶ παρὰ πολλοῖς ἀξιάγαστα, νῦν εἰσι στυγητὰ καὶ ἐπάρατα καὶ τοῖς ἐπιεικέσιν οὐκ ἀνεκτὰ καὶ τοῦ κολάζεσθαι δεῖν οὐκ ἠμοιρηκότα.

A pium? aut quomodo non de mente ac sanitate deturbatum statim reputabit talem, et sic affectum quomodo non aversabitur? Quis autem pater filium teterrimorum maleficiorum compertum inobjurgatum relinquet? Potest igitur hoc, meo judicio, evidentissima esse demonstratio pietatis in Deum, quando rerum nostrarum natura multum ad meliora processit, Deo illam ad voluntatem suam flectente, et in conditionem pristina meliorem transformante. Quare quæ olim erant in pretio et a multis suspiciebantur, nunc odiosa et exsecranda et bonis intoleranda ac supplicio obnoxia sunt.

*Καὶ ἔσται ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, καταισχυνθήσονται οἱ προφῆται ἕκαστος ἐκ τῆς ὁράσεως αὐτοῦ ἐν τῷ προφητεύειν αὐτὸν, καὶ ἐνδύσονται δέρριν τριχίνην, ἀνθ' ὧν ἐψεύσαντο, καὶ ἐρεῖ· Οὐκ εἰμὶ προφήτης ἐγὼ, διότι ἄνθρωπος ἐργαζόμενος τὴν γῆν ἐγώ εἰμι, ὅτι ἄνθρωπος ἐκτήσατό με ἐκ νεότητός μου. Καὶ ἐρῶ πρὸς αὐτόν· Τί αἱ πληγαὶ αὗται ἀναμέσον τῶν χειρῶν σου; Καὶ ἐρεῖ· Ἃς ἐπλήγην ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ ἀγαπητοῦ μου.*

B

VERS. 4-6. *Et erit in die illa, confundentur prophetæ, unusquisque ex visione sua dum prophetaverit ipse, et induentur pelle cilicina, pro eo quod mentiti sunt, et dicet: Non sum propheta ego, quia homo colens terram ego sum, quia homo genuit me a juventute mea. Et dicam ad eum: Quid plagæ istæ in medio manuum tuarum? Et dicet: Quibus percussus sum in domo dilecti mei.*

Ριθ'. Ὅτι καὶ ποινῆς καὶ δίκης ἄξια τέθεινται παρ' ἡμῖν τὰ πάλαι τεθαυμασμένα, καὶ ἐκ τῆς τῶν προκειμένων ἐννοίας ἀταλαίπωρον ἰδεῖν. Προεφήτευον μὲν γάρ, ὡς ἔφην, ἐν τῷ Ἰσραὴλ οἱ ψευδοπεῖς τε καὶ φένακες, καὶ πλανᾶν εἰωθότες ἕνεκεν « δρακὸς κριθῆς καὶ κλάσματος ἄρτου, » κατὰ τὸ γεγραμμένον. Εἶτα τοιαῦτα τολμῶσιν ἐκείνοις ἐπέπληττε μὲν οὐδεὶς, οὐδ' ἀπείργειν ἤθελεν ὡς δυσσεβεῖν ἠρημένους, ἐπαίνοις δὲ μᾶλλον αὐτοὺς, καὶ ταῖς ἀνωτάτω τιμαῖς στεφανοῦν ἠξίουν οἱ τάλανες. Ταύτῃ τοι κἀκεῖνοι πρὸς τὸ χεῖρον ἦσαν, τρεφομένης ὥσπερ αὐτοῖς τῆς νόσου διὰ τῆς τῶν τεθαυμακότων αὐτοὺς ἐλαφρίας. Ἐν δὲ τῷ νῦν καιρῷ καταισχυνθήσεσθαί φησιν αὐτοὺς, οὐ παραδεχθείσης δηλονότι τῆς ψευδοπροφητείας, ἐπιτετιμημένης δὲ μᾶλλον, καὶ ἐξ αὐτῶν τῶν τὰ τοιάδε τολμᾷν εἰωθότων τὰς τῆς ἀπονοίας ἐξαιτουμένων δίκας, ὡς ἐλεγχθέντας εὐθὺς καὶ ἀποσχέσθαι τοῦ κακοῦ, καὶ δέρριν ἐνδύσασθαι τριχίνην, ἀνθ' ὧν ἐψεύσαντο, τουτέστι, πενθεῖν ἐπὶ τῷ κακῷ καὶ ἐπὶ τῇ πλημμελείᾳ κατολοφύρεσθαι, μεταγινώσκοντας ὅτι λογισμῶν εἰς τοῦτο κατώλισθον ἀμαθίας, ὡς ψευδοεπῆσαι κατὰ Θεοῦ, ἐρυθριῶντας δὲ ὅλως οὐδὲν, ὁμολογῆσαί τε τὴν ἁμαρτίαν, καὶ συγγνώμην ἐξαιτῆσαι, λέγοντας σαφῶς· « Οὐκ εἰμὶ προφήτης ἐγὼ, ὅτι ἄνθρωπος ἐγέννησέ με, ἐκ νεότητός μου, » τουτέστιν, ὅτι ἀνθρώπου γέγονα τέκνον. Ἀσθενὴς δὲ λίαν ἡ φύσις καὶ εὐπάροιστος κομιδῇ πρὸς τὸ μὴ ἔχον ὀρθῶς καὶ ἑτοιμοτρεπὴς εἰς ἁμαρτίαν. Εἶεν δ' ἂν αἱ τοιαίδε μετανοούντων φωναί. Εἰ δὲ δὴ βουλοίμην αὐτὸν ἐρέσθαι, φησὶ, Τί τὸ χρῆμα τῶν ἐν χερσὶν ὁρωμένων τραυμάτων ἦτοι πληγῶν; ἀποκρινεῖται πάλιν, ὅτι « Ἃς ἐπλήγην ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ ἀγαπητοῦ μου, » συμποδισάντων αὐτὸν δηλονότι πατρὸς καὶ μητρὸς, καὶ τὰ τῆς προπετείας ἐξητηκότων δίκας. Οἶκος γὰρ

C

**790** XCIX. Pœna et ultione digna a nobis æstimata, quæ quondam magni ducebamus, etiam ex propositorum verborum sententia videre, nihil est negotii. Prophetabant enim, ut dixi, in Israel mendaces, plani et impostores, et propter « pugillum hordei frustulumque panis, » sicut scriptum est [12], seducere soliti. Quæ cum designarent, nemo erat qui eos reprehenderet aut tanquam impios coercere vellet: quinimo laudibus potius et amplissimis honoribus miseri dignabantur. Quare et illi deteriores evadebant, cum eorum morbum venerantium levitas aleret. Hoc autem tempore eos confusum iri dicit, repudiata nimirum pseudoprophetia, seu potius accusata, et pœnis amentiæ a tam impudentibus repetitis, ut correpti mox et scelere abstineant et pellem cilicinam induant, pro eo quod mentiti sint, hoc est, propter improbitatem suam lugeant et propter delictum lamententur, pœnitentes quod in cogitationes adeo insipientes devenerint, ut perfricta fronte contra Deum falsa proloquerentur, peccatumque suum confiteantur, et veniam poscant, dicentes aperte: « Non sum propheta ego, quia homo genuit me a juventute mea, » hoc est, quia hominis natus sum filius. Infirma est autem natura vehementer et ad pravitatem facillime detorquetur et ad peccatum nullo negotio flectitur. Voces itaque pœnitentium hujuscemodi esse queunt. Quod si velim ipsum interrogare, inquit, Quid sunt quæ in manibus cernuntur vulnera seu plagæ? respondebit rursum: « Quibus percussus sum in domo dilecti mei, » vinculis eum scilicet patre et matre constringentibus et temeritatem plectentibus. Domus enim dilecti unicuique nostrum est domus parentum. Quamobrem quanta veterum

D

[12] Ezech. XIII, 19.



Digitized by Google

recentiumque rerum differentia sit, tecum reputa. Ferebantur enim in oculis falsi prophetæ, gloriaque et opinione bona florebant, nec eos talia agentes facti pœnitebat. Ast præsenti tempore, si qui eorum sequi vaticinia voluerint, increpantur et confunduntur, et parentum calculis ad pœnam vocantur, resipiscunt, ut qui peccarint, lugent, plorant, humanæ naturæ imbecillitatem proclivitatemque ad peccandum confitentes. **791** De terra enim spiritus immundus Salvatoris nostri Jesu Christi virtute potestateque sublatus est.

A ἀγαπητοῦ ἑκάστῳ τῶν καθ' ἡμᾶς, ὁ τῶν γεγεννηκότων. Ὅρα τοίνυν ὅση τίς ἐστιν ἡ τῶν πάλαι καὶ νῦν πραγμάτων διαφορά. Ἐθαυμάζοντο μὲν γὰρ οἱ παρ' ἐκείνοις ψευδοπροφῆται, καὶ ἦσαν ἐν δόξῃ καὶ ὑπολήψει χρηστῇ, καὶ ταῦτα δρῶντες οὐδὲ μετεμέλοντο. Κατὰ δέ γε τὸν ἐνεστηκότα καιρὸν, εἰ δή τινες ἕλοιντο ταῖς ἐκείνων μαντείαις κατακολουθεῖν, ἐπιτιμῶνται καὶ καταισχύνονται, καὶ ταῖς τῶν γεγεννηκότων κολάζονται ψήφοις, μεταγινώσκουσιν ὡς ἡμαρτηκότες, πενθοῦσι καὶ κλαίουσι, τὴν τῆς ἀνθρωπείας φύσεως ὁμολογοῦντες ἀσθένειαν καὶ τὸ εὐόλισθον εἰς ἁμαρτίαν.

Ἀνῄρηται γὰρ τὸ πνεῦμα τὸ ἀκάθαρτον ἀπὸ τῆς γῆς τῇ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ δυνάμει τε καὶ ἐξουσίᾳ.

VERS. 7. *Rhomphæa, consurge super pastorem meum et super virum civem ejus, dicit Dominus omnipotens. Percute pastorem, et dispergentur oves, et inducam manum meam super pastores.*

B *Ῥομφαία, ἐξεγέρθητι ἐπὶ τὸν ποιμένα μου καὶ ἐπ' ἄνδρα πολίτην αὐτοῦ, λέγει Κύριος παντοκράτωρ. Πάταξον τὸν ποιμένα, καὶ διασκορπισθήσεται τὰ πρόβατα, καὶ ἐπάξω τὴν χεῖρά μου ἐπὶ τοὺς ποιμένας.*

C. Deus et Pater proprium Filium suum pro nobis tradidit [16], dispensatorie sinens, quamvis Deum et ex se naturaliter inexplicabili modo generatum, et in forma servi venire, et hominem nobis similem fieri [17], et crucem sustinere, ut mundo salutem restitueret, et Satanæ in omnes dominatum erueret, et impuram idololatriam everteret et vaticinationem, pseudoprophetas et imposturas ex suo cuiusque corde profectas aboleret, auferret item spiritum immundum de terra, et mundum præterea constitueret formaretque, seductos ad divinitatis agnitionem transferens, eosque ad pias et honestas vitæ rationes et ad opinionem omnigenæ virtutis de se præbendam impellens. Hanc ob causam mortem super ligno, quanquam ignominiosissimam, pertulit, confusione contempta, cum sic ipsi Deo et Patri videretur [18]. Et tale quiddam nobis ipse Filius subostendit cum ait: « Quia descendi de cœlo, non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem ejus qui misit me. Hæc est autem voluntas ejus qui misit me, ut omne quod dedit mihi non perdam ex eo, sed resuscitem illud in novissimo die [19]. » Et ut divinus Paulus scribit: « Propterea Christus mortuus est et revixit, ut mortuorum et vivorum dominaretur [20]. » Posuit igitur animam suam libens pro nobis [21], tantum non etiam eum ut hominem voluntate sua Deo et Patre tradente, et velut permittente, ut dixi, illum sanguine suo omnium vitam emere. Itaque Servator, Pilato arbitrante se in ipsum habere potestatem, occurrit ita: « Non haberes potestatem adversum me ullam, nisi tibi datum esset desuper [22]. » Postquam igitur ore prophetæ prænuntiavit rerum humanarum in melius commutationem fore maximam, ubi ille mortem in corpore pertulerit, quasi festinat tempus ostendere, quo hæc futura sint, et perpetrari passionis mysterium jubet, ipsam rhomphæam adhortans, ac dicens: « Consurge super pastorem meum, et super virum civem **792** ejus,

Ῥ'. Δέδωκεν ὑπὲρ ἡμῶν τὸν ἴδιον Υἱὸν ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ, ἐφεὶς οἰκονομικῶς, καίτοι Θεὸν ὄντα καὶ ἐξ αὐτοῦ κατὰ φύσιν ἀπορρήτως γεγεννημένον, καὶ ἐν τῇ τοῦ δούλου μορφῇ καθικέσθαι, καὶ ἄνθρωπον γενέσθαι καθ' ἡμᾶς, καὶ ἀνατλῆναι σταυρὸν, ἵνα σώσῃ τὸν κόσμον, καὶ ἀποστήσῃ τῆς κατὰ πάντων πλεονεξίας τὸν Σατανᾶν, καθέλῃ δὲ καὶ τὴν βέβηλον εἰδωλολατρείαν, καὶ καταργήσῃ μαντείαν, ψευδοπροφήτας τε καὶ τοὺς ἐκ καρδίας φενακισμοὺς, ἐξάρῃ δὲ καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἀκάθαρτον ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ πρός γε δὴ τούτοις, ἵνα καταστήσηται τὴν ὑπ' οὐρανὸν, μετατιθεὶς εἰς θεογνωσίαν τοὺς πεπλανημένους, ἀναπείθων ἐλέσθαι τὴν εὐσεβῆ καὶ εὐσχήμονα πολιτείαν καὶ πᾶν εἶδος ἀρετῆς ὁρᾶσθαι τετιμηκότας. Ταύτης οὖν ἕνεκα τῆς αἰτίας τὸν ἐπὶ ξύλου θάνατον, καίτοι πολὺ λίαν ἔχοντα τὸ δυσκλεὲς, ὑπέμεινεν, αἰσχύνης καταφρονήσας, οὕτω καὶ αὐτῷ δοκοῦν τῷ Θεῷ καὶ Πατρί. Καίτοι τοιοῦτον ἡμῖν ὑποφαίνει λέγων αὐτὸς ὁ Υἱός· « Ὅτι καταβέβηκα ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, οὐχ ἵνα ποιῶ τὸ θέλημα τὸ ἐμὸν, ἀλλὰ τὸ θέλημα τοῦ πέμψαντός με. Τοῦτο δέ ἐστι τὸ θέλημα τοῦ πέμψαντός με, ἵνα πᾶν ὃ δέδωκέ μοι μὴ ἀπολέσω ἐξ αὐτοῦ, ἀλλὰ ἀναστήσω αὐτὸ ἐν τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ. » Καὶ ὥσπερ ὁ θεσπέσιος γράφει Παῦλος, « Διὰ τοῦτο Χριστὸς ἀπέθανε καὶ ἀνέζησεν, ἵνα καὶ νεκρῶν καὶ ζώντων κυριεύσῃ. » Τέθεικε τοίνυν ἑκὼν ὑπὲρ ἡμῶν τὴν ψυχὴν, μόνον δὲ οὐχὶ καὶ παραδόντος αὐτὸν ὡς ἄνθρωπον ἰδίῳ νεύματι τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, καὶ οἷον ἐφιέντος, ὡς ἔφην, αἵματι τῷ ἰδίῳ τὴν ἁπάντων πρίασθαι ζωήν. Καὶ γοῦν ὁ Σωτὴρ, οἰηθέντος Πιλάτου κατεξουσιάζειν αὐτοῦ, προσυπήντα λέγων· « Οὐκ εἶχες ἐξουσίαν οὐδεμίαν κατ' ἐμοῦ, εἰ μὴ ἦν σοι δεδομένον ἄνωθεν. » Προαφηγησάμενος τοίνυν διὰ τῆς τοῦ προφήτου φωνῆς ὡς πλείστη τις ἔσται τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων ἐπὶ τὸ ἄμεινον καταδρομὴ, παθόντος αὐτοῦ τὸν ἐν σαρκὶ θάνατον, μονονουχὶ καὶ ἐπισπεύδει τοῦ καιροῦ τὴν ἀνάδειξιν, καθ' ὃν ἔσται ταῦτα, καὶ ἐνεργεῖσθαι προστέταχε τὸ ἐπὶ τῷ πάθει μυστήριον, αὐτῇ

[16] Rom. VIII, 32. [17] Philipp. II, 6-8. [18] Hebr. XII, 2 seqq. [19] Joan. VI, 38, 39. [20] Rom. XIV, 8, 9. [21] I Joan. III, 16. [22] Joan. XIX, 11.

Digitized by Google

τῇ ῥομφαίᾳ παρεγγυῶν τε καὶ λέγων· « Ἐξεγέρθητι ἐπὶ τὸν ποιμένα μου, καὶ ἐπ' ἄνδρα πολίτην αὐτοῦ, λέγει Κύριος παντοκράτωρ. » Καὶ ῥομφαίαν μὲν ἐν τούτοις καταδηλοῦσθαί φαμεν ὡς ἐν εἴδει μαχαίρας τὸν πειρασμὸν, ἢ καὶ αὐτὸ τὸ πάθος, τὸ ἐκ τῆς Ἰουδαίων ἀπονοίας ἐπενηνεγμένον τῷ Ἐμμανουήλ. Ἔοικε γὰρ συνιέναι τε οὕτω καὶ μὴν καὶ εἰπεῖν ὁ δίκαιος Συμεὼν, ὅτε προσεκόμιζεν ὀκταήμερον τὸν Ἰησοῦν ἡ ἁγία Θεοτόκος. « Καὶ σοῦ αὐτῆς τὴν ψυχὴν διελεύσεται ῥομφαία. » Μόνον γὰρ οὐχὶ ῥομφαίᾳ κατεσφάζετο, σταυρούμενον ὁρῶσα τὸν ἐξ αὐτῆς γεννηθέντα κατά γε τὴν σάρκα φημί. « Ὦ τοίνυν ῥομφαία, ἐξεγέρθητι, φησὶν, ἐπὶ τὸν ποιμένα μου, » τουτέστιν, ἐξηγείσθω λοιπὸν τὸ σωτήριον πάθος, καὶ ὁ τῆς τῶν ἀγαθῶν ἀναδείξεως ἥκέτω καιρός. Ἔστι μὲν γὰρ ἐφ' ἡμᾶς ἀρχιποίμην ὁ Χριστὸς, καὶ ὑπ' αὐτῷ ἐσμεν πάντες οἱ πεπιστευκότες, πλὴν οὐκ ἔξω χειρὸς τῆς τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρός. Κατάρχει γὰρ ἡμῶν ἐν Υἱῷ, δι' αὐτοῦ τε καὶ ἐν αὐτῷ σεσώσμεθα, καὶ δι' αὐτοῦ ἐσχήκαμεν τὴν προσαγωγήν. Καὶ γοῦν ἔφασκεν ὁ Σωτήρ· « Τὰ πρόβατα τὰ ἐμὰ τῆς φωνῆς μου ἀκούει, κἀγὼ γινώσκω αὐτὰ, καὶ ἀκολουθοῦσί μοι, κἀγὼ ζωὴν αἰώνιον δίδωμι αὐτοῖς, καὶ οὐ μὴ ἀπόλωνται εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ οὐχ ἁρπάσει τις αὐτὰ ἐκ τῆς χειρός μου. Ὁ Πατήρ μου ὃς δέδωκέ μοι, μείζων πάντων ἐστὶ, καὶ οὐδεὶς δύναται ἁρπάζειν ἐκ τῆς χειρὸς τοῦ Πατρός μου. Ἐγὼ καὶ ὁ Πατήρ μου ἕν ἐσμεν. » Ἴδιος οὖν ἄρα τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς ποιμὴν ὁ Υἱὸς, οὐκ ἀλλότρια κατανέμων θρέμματα, τὰ ἑαυτοῦ δὲ μᾶλλον καὶ τοῦ Πατρὸς, οὐκ ἰδίων αὐτοῦ νοουμένων τῶν μισθωτῶν ποιμένων, οἳ κατέσφαζον μὲν τὰ πρόβατα, φειδοῦς ἁπάσης ἐξῃρημένης. Ἔλεγον δὲ καὶ πωλοῦντες αὐτά· « Εὐλογητὸς Κύριος, καὶ πεπλουτήκαμεν. » Πολίται δὲ, ἤγουν οἰκεῖοι καὶ γνώριμοι τοῦ ἀγαθοῦ ποιμένος, οἱ ὑπ' αὐτῷ τεταγμένοι, καὶ πρό γε τῶν ἄλλων οἱ θεσπέσιοι μαθηταὶ, οἳ καὶ πταχθέντος τοῦ ποιμένος κατεσκίδναντο καὶ πεφεύγασιν. Ἐπειδὴ γὰρ ἦκον τῶν Ἰουδαίων οἱ ὑπηρέται, καὶ σὺν αὐτοῖς ὁ προδότης ὁμοῦ τῇ σπείρᾳ συλλῃφόμενοι τὸν Ἰησοῦν, « Πάντες ἀφέντες αὐτὸν, ἔφυγον· » ἔφη γὰρ οὕτω τὸ Γράμμα τὸ εὐαγγελικόν. Ὅτι δὲ δοὺς ὑπὲρ ἡμῶν εἰς θάνατον τὸν ἴδιον Υἱὸν ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ πατάξαι πως αὐτὸν λέγεται, τῷ γε ὅλως ἐφεῖναι παθεῖν, πιστώσεται λέγων αὐτὸς ὁ Υἱὸς, διὰ τῆς τοῦ Ψάλλοντος φωνῆς περὶ τῶν εἰς αὐτὸν ἀνόσια διαπραξαμένων, δῆλον δὲ ὅτι τῶν Ἰουδαίων· « Ὅτι ὃν σὺ ἐπάταξας, αὐτοὶ κατεδίωξαν, καὶ ἐπὶ τὸ ἄλγος τῶν τραυμάτων μου προσέθηκαν. » Ἑκούσιον μὲν οὖν, ὡς ἔφην, ἐποιεῖτο τὸ πάθος, ἵνα τὸ ἐκ τοῦ παθεῖν αὐτὸν διαφανῇται κατόρθωμα. Ὅτι δὲ τοῖς ἐσταυρωκόσιν ὀλέθρου πρόξενον ἔσται τὸ χρῆμα, καὶ τοῖς ἐκ θείας ὀργῆς ὑποπεσοῦνται κακοῖς, εἰ τῆς τοιᾶσδε βουλῆς καὶ τῶν ἐγχειρημάτων ἐξάρχοντες (οὗτοι δὲ ἦσαν οἱ λαῶν ἡγούμενοι), διατρανεῖ λέγων· « Καὶ ἐπάξω τὴν χεῖρά μου ἐπὶ τοὺς ποιμένας. » Διεφθάρκασι γὰρ τὸν ἀμπελῶνα αὐτοῦ, κατὰ τὴν τοῦ προφήτου φωνήν· « Ἔδωκαν μερίδα αὐτοῦ

A dicit Dominus omnipotens.» Rhomphæam hoc loco ut in specie gladii tentationem significare dicimus, aut ipsos quoque cruciatus ex Judæorum vecordia Emmanueli adhibitos. Sic enim eos intelligere et appellare videtur justus ille Simeon, quando sancta Deipara octiduanum Jesum obtulit. « Et tuam ipsius animam pertransibit rhomphæa, seu gladius [22]. » Pene enim gladio occisa est, conspiciens in cruce suffixum ex se progenitum, secundum carnem inquam. Ait ergo, « O rhomphæa, consurge super pastorem meum, » hoc est, procedat deinceps salutaris passio, et veniat tempus quo sese bona ostendant. Est enim princeps pastor noster Christus, et sub ipso sumus omnes qui credidimus : verumtamen non extra manum Dei et Patris. Imperat enim nobis
B in Christo, perque ipsum, et in ipso salvati sumus et per ipsum accessum obtinuimus [23]. Proinde dicebat Salvator : « Oves meæ vocem meam audiunt, et ego cognosco eas, et sequuntur me, et ego vitam æternam do eis, et non peribunt in æternum, nec rapiet eas quisquam de manu mea. Pater meus qui dedit mihi major omnibus est : et nemo potest rapere de manibus Patris mei. Ego et Pater unum sumus [24]. » Proprius igitur Dei et Patris pastor et Filius, non alienum gregem pascens, sed suum potius et Patris, cum mercenarii pastores non esse ejus proprii intelligantur, qui contra omnem misericordiam oves mactabant. Quin et eas vendentes dictitabant : « Benedictus Dominus, et ditati sumus [25]. »
C Cives autem, sive domestici, et noti boni pastoris, sunt ei subordinati, et ante alios divini discipuli, qui et percusso pastore dispersi sunt. Postquam enim Judæorum ministri advenerunt, et cum ipsis proditor cum cohorte Jesum comprehensuri, « Omnes relicto eo fugerunt [27] ; » sic enim est in Scriptura evangelica. Quod autem Deus et Pater dato pro nobis Filio suo in mortem, percussisse ipsum quodammodo dicatur, dum eum sivit omnimodis pati, testificatur et ipse Filius per vocem Psaltæ, de nefanda in ipsum machinatis, Judæis videlicet : « Quoniam tu percussisti, ipsi persecuti sunt, et super dolorem vulnerum meorum addiderunt [28]. » Voluntarie igitur passus est, ut dixi, ut passionis virtus eluceret. Quam iis qui crucifixerunt exitiosam **793** fore, et
D calamitates ex divina ira invehendas sensuros hujus consilii cœptorumque istorum architectos (qui erant primores populi) declarat : « Et inducam manum meam super pastores. » Corruperunt quippe vineam ejus, juxta vocem prophetæ : « Dederunt partem ejus desiderabilem in solitudinem inviam. Facta est in dissipationem perditionis [29]. » Inducit porro manum Deus pastoribus velut compressuram rhomphæam et impietatis exacturam pœnas, quia non solum ipsi in Christum insaniverunt, sed quia insuper aliis horribilis in eum furoris auctores et duces fuerunt. Nam, ut est apud sanctum Matthæum evange-

[22] Luc. II, 35. [23] Ephes. II, 18. [24] Joan. X, 27, 28. [25] Zachar. XI, 5. [27] Matth. XXVI, 56. [28] Psal. LXVIII, 27. [29] Jerem. XII, 10, 11.

Digitized by Google

listam, cum Pilatus Judæis Christum et Barabbam proposuisset, et utrum sibi ex duobus dimitti vellent, quæsivisset, principes sacerdotum et seniores « persuaserunt populis ut Barabbam peterent, Jesum vero perderent. » Impulerunt eos nihilominus ut clamarent : « Crucifige, crucifige eum [30]. » Vera est igitur prophetæ vox : « Pastores stulte egerunt, et Dominum non exquisierunt. Propter hoc non intellexit omnis grex, et dispersi sunt [31]. » Sicut enim vigilantia bonorum pastorum commodat gregi : sic inertia eumdem perdit, et per pastorum vestigia subditi omnino gradiuntur.

A ἐπιθυμητὴν εἰς ἔρημον ἄβατον. Ἐγενήθη εἰς ἀφανισμὸν ἀπωλείας. » Ἐπάγει γε μὴν τὴν χεῖρα Θεὸς τοῖς ποιμέσιν, οἱονεὶ καταπαύουσαν τὴν ῥομφαίαν καὶ τὰς τῆς ἀνοσιότητος ἐξαιτοῦσαν δίκας, οὐχ ὅτι μόνον αὐτοὶ πεπαρῳνήκασιν εἰς Χριστὸν, ἀλλ' ὅτι πρὸς τούτοις καὶ τοῖς ἄλλοις γεγόνασιν ἀρχὴ καὶ ὁδὸς τῆς εἰς Χριστὸν ἀσχέτου μανίας. Ὡς γάρ φησιν ὁ μακάριος Ματθαῖος ὁ εὐαγγελιστὴς, Πιλάτου τοῖς Ἰουδαίοις προτεθεικότος Χριστόν τε καὶ Βαραββᾶν, καὶ τὸ, Τίνα θέλετε ἐκ τῶν δύο ἀπολύσω ὑμῖν, προσπεφωνηκότος, οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ πρεσβύτεροι « ἔπεισαν τοὺς ὄχλους ἵνα αἰτήσωνται τὸν Βαραββᾶν, τὸν δὲ Ἰησοῦν ἀπολέσωσιν. » Ἀνέπειθον δὲ πρὸς τούτοις βοᾷν· « Σταύρωσον, σταύρωσον αὐτόν. » Οὐκοῦν ἀληθὲς τὸ διὰ τῆς τοῦ προφήτου φωνῆς εἰρημένον, ὅτι « Οἱ ποιμένες τοῦτο οὐκ ἐνόησε πᾶσα ἡ νομὴ, καὶ διεσκορπίσθησαν. » Ὥσπερ γὰρ ἡ νῆψις τῶν ἀγαθῶν ποιμένων ὀνίνησι τὴν ἀγέλην· οὕτω καταφθείρει τὸ ῥᾴθυμον, καὶ τοῖς τῶν ποιμένων ἴχνεσι τὸ ὑπὸ χεῖρα πάντως ἀκολουθεῖ.

ἠφρονεύσαντο, καὶ τὸν Κύριον οὐκ ἐξεζήτησαν. Διὰ τοῦτο οὐκ ἐνόησε πᾶσα ἡ νομὴ, καὶ διεσκορπίσθησαν.

Vers. 8, 9. *Et erit in die illa in omni terra, dicit* B *Dominus, duæ partes ejus peribunt, et deficient, at tertia relinquetur in ea. Et traducam tertiam partem per ignem, et uram eos sicut uritur argentum, et probabo eos sicut probatur aurum. Ipse invocabit nomen meum, et ego exaudiam eum, et dicam : Populus meus iste est : et ipse dicet : Dominus Deus meus.*

*Καὶ ἔσται ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἐν πάσῃ τῇ γῇ, λέγει Κύριος, τὰ δύο μέρη αὐτῆς ἐξολοθρευθήσεται, καὶ ἐκλείψει, τὸ δὲ τρίτον ὑπολειφθήσεται ἐν αὐτῇ. Καὶ διάξω τὸ τρίτον διὰ πυρὸς, καὶ πυρώσω αὐτοὺς, ὡς πυροῦται τὸ ἀργύριον, καὶ δοκιμῶ αὐτοὺς, ὡς δοκιμάζεται τὸ χρυσίον. Αὐτὸς ἐπικαλέσεται τὸ ὄνομά μου, κἀγὼ ἐπακούσομαι αὐτῷ, καὶ ἐρῶ· Λαός μου οὗτός ἐστι, καὶ αὐτὸς ἐρεῖ· Κύριος ὁ Θεός μου*

Cl. Inducta manu divina pastoribus impiis et mendacibus, qui vineam regiam corruperunt, nec ultionis pœnarumque expertes futuros dicit, qui illorum meditata inconsultissime adjuverunt, populum Judæorum utique et vulgus subditum. Bello enim disperierunt, et urbibus una cum idolis funditus deletis, vix reliquiæ salvatæ sunt [32], quæ tertia pars C de tota multitudine intelligitur. **794** Non enim prorsus, seu universe Israel interiit, Deo propter patres miserante. Quod et beatus Isaias confirmat : « Et nisi Dominus Sabaoth reliquisset nobis semen, sicut Sodoma fuissemus, et sicut Gomorrha similes essemus [33]. » Verumtamen, tertiam partem, seu reliquias, hoc est, credentes in sanguine et posteritate Israel, traducturum per ignem, et igne ut argentum et aurum sese exploraturum confirmat. Non enim caret molestiis ac laboribus sanctorum vita, et verum est, « volentes pie vivere in Christo, persecutionem passuros » [34]. Probatissimi porro fuerunt divini discipuli, et quotquot illo tempore operum et afflictionum socii iisdem fuerunt, Evangelium D Christi per gentes sacro ministerio promulgantibus. Ad multas enim vexationes et persecutiones experiendas vocati sunt, et tantum non ignibus usti, dum per tentationes probarentur, ut cum fiducia possent exclamare : « Quoniam probasti nos, Deus; igne nos examinasti, sicut examinatur argentum [35]. » Quæ igitur hinc utilitas? aut quod præmium referent, qui sic afflicti et probati sunt? Domestici, noti et dilecti Deo evaserunt. Numerati sunt enim « po-

ΡΑ'. Ἐπενεχθείσης τῆς θείας χειρὸς τοῖς ἀνοσίοις ψευδοποιμέσιν, οἳ τὸν ἀμπελῶνα κατεφθάρκασι τὸν βασιλικὸν, οὐδὲ αὐτοὺς ἔσεσθαί φησιν ἔξω ποινῆς καὶ δίκης τοὺς τοῖς ἀνοσίοις αὐτῶν σκέμμασιν ἀβουλότατα συνδεδραμηκότας, δῆλον δὲ ὅτι τοὺς τῶν Ἰουδαίων δήμους καὶ τὴν ἀγελαίαν τῶν ὑπὸ χεῖρα πληθύν. Διεδαπάνηνται γὰρ τῷ πολέμῳ, καὶ διολώλασιν ὁμοῦ τοῖς κατοίκοις αἱ πόλεις, πανολεθρίᾳ καταπολλύμεναι, μόλις δὲ σέσωσται τὸ κατάλειμμα, ὡς ἐν τρίτῃ μοίρᾳ τοῦ παντὸς νοούμενον πλήθους. Ὠλόθρευται γὰρ οὐκ εἰς ἅπαν ὁ Ἰσραὴλ, Θεοῦ κατοικτείροντος διὰ τοὺς πατέρας. Τοῦτο καὶ αὐτὸς ὁ μακάριος Ἡσαΐας φησί· « Καὶ εἰ μὴ Κύριος Σαβαὼθ ἐγκατέλιπεν ἡμῖν σπέρμα, ὡς Σόδομα ἂν ἐγενήθημεν, καὶ ὡς Γόμορρα ἂν ὡμοιώθημεν. » Πλὴν τὸ τρίτον, ἤγουν τὸ κατάλειμμα, τουτέστι, τοὺς ἐξ αἵματος Ἰσραὴλ πιστεύσαντας, διάξειν φησὶ διὰ πυρὸς, καὶ πυροῦν αὐτοὺς ὡς ἀργύριον καὶ χρυσίον. Οὐ γὰρ ἔξω πόνου τῶν ἁγίων ἡ ζωή· ἀληθὲς δὲ ὅτι « οἱ θέλοντες ζῆν εὐσεβῶς ἐν Χριστῷ, διωχθήσονται. » Δοκιμώτατοι δὲ γεγόνασιν οἱ θεσπέσιοι μαθηταὶ, καὶ ὅσοι γεγόνασιν αὐτοῖς συνεργάται κατ' ἐκεῖνο καιροῦ, καὶ συμπεπονήκασιν ἱερουργοῦσιν εἰς τὰ ἔθνη τὸ Εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ. Κέκληνται γὰρ εἰς πεῖραν πολλῶν θλίψεών τε καὶ διωγμῶν, καὶ μονονουχὶ πεπύρωνται, δοκιμαζόμενοι διὰ πειρασμῶν, ὡς δύνασθαι λέγειν ἐκ παῤῥησίας· « Ὅτι ἐδοκίμασας ἡμᾶς, ὁ Θεὸς, ἐπύρωσας ἡμᾶς ὡς πυροῦται τὸ ἀργύριον. » Τίς οὖν ἡ ἐντεῦθεν ὄνησις; ἢ ποῖος ἔσται μισθὸς τοῖς ὧδε πεπονηκόσι καὶ δεδοκιμασμένοις· Οἰκεῖοι γεγόνασι τοῦ Θεοῦ, γνώριμοί τε

[30] Matth. xxvii, 20-23. [31] Jerem. x, 21. [32] Isa. x, 22; Rom. ix, 27. [33] Isa. i, 9. [34] II Tim. iii, 12. [35] Psal. lxv, 10.

Digitized by Google

καὶ ἠγαπημένοι. Κατελογίσθησαν γὰρ « εἰς ἔθνος ἅγιον, εἰς βασίλειον ἱεράτευμα, καὶ εἰς λαὸν τὸν εἰς περιποίησιν, ἵνα τὰς ἀρετὰς ἐξαγγείλωσι τοῦ ἐκ σκότους αὐτοὺς καλέσαντος ἐπὶ τὸ θαυμαστὸν αὐτοῦ φῶς, » ποτὲ δὲ ὄντες οὐ λαός, γεγόνασι λαός. Καί ποτε μὲν ἤκουον· « Ὅταν τὰς χεῖρας ἐκτείνητε πρός με, ἀποστρέψω τοὺς ὀφθαλμούς μου ἀφ' ὑμῶν· καὶ ἐὰν πληθύνητε τὴν δέησιν, οὐκ εἰσακούσομαι ὑμῶν. » Νυνὶ δέ φησιν, ὅτι « Αὐτὸς ἐπικαλέσεται τὸ ὄνομά μου, καὶ ἐρῶ· Λαός μου οὗτός ἐστιν. » Οὐκοῦν ἴδιος γεγόνασι κλῆρος τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, δέδονται δὲ τῷ Υἱῷ, συγκατάρχει γὰρ τῶν ὅλων ὁμοῦ τῷ γεγεννηκότι, εὐμενῆ τε καὶ ἵλεω τὸν τῶν ὅλων ἔχουσι δημιουργὸν καὶ Δεσπότην.

lone in Judæam remigravit Israel, et in civitatem sanctam venit, jugo servitutis exoneratus. Divinum quoque templum jam stabat, Zorobabele, Salathielis filio, ex tribu Juda oriundo, et Jesu, filio Josedec, sacerdote magno præfectis operum. Illo tempore captivitate liberatis Aggæus et Zacharias vaticinati fuerant, cum Esdras et Neemias sacerdotes viverent. Quo eodem, aut paulo post memoratos prophetas sanctos, divinus quoque Malachias vixit, qui et Angelus vocatur: sic enim Malachiæ nomen redditur. Explodendum est autem quorumdam de ipso nec audiendum commentum, qui crediderunt, temereque **817** fabulati sunt, eum natura angelum fuisse, sed voluntate Dei corporis formam habitumque assumpsisse, et Israelitis prophetiæ officium præstitisse. Dictus est namque Angelus in primis quidem, quod ejus nomen, ut dixi, hanc notionem haberet; deinde quod cum cœlestes et a Deo inspiratos sermones Israeli nuntiarit, non fuscite etiam angelus vocari possit. Itaque ipse propheta Malachias in contextu de quolibet sacerdote ait: « Labia sacerdotis custodient scientiam, et legem requirent ex ore ejus, quoniam angelus Domini omnipotentis est [35]. » De Emmanuele autem propheta Isaias: « Et volent si fuerint igne combusti, quia puer natus est nobis; filius datus est nobis, et vocabitur nomen ejus magni consilii Angelus [35]. » Vides quemadmodum ἀπαγγέλλειν, *nuntiare* quæ illius supremæ naturæ sunt, quibusdam etiam angelorum nomen conciliet, quamvis natura angeli non sint? Homines enim sunt, qui divinam legem explanant, nempe sacerdotes: Deus autem, et ex Deo secundum naturam Filius. Homo igitur, nostrum similis, propheta Malachias. Cujus vaticinii scopus universus ad duo hæc refertur quodammodo. Constructo enim jam divino templo, cum tempus populi præpositos, sive eos qui erant de sanguine Levi, ad sacrificia vocaret, atque etiam ipsis Israelitis preces et vota secundum legem, si liberet, obeunda quodammodo suggereret, servabant illi quidem mandata Mosis, non tamen citra culpam et ut ratio flagitabat. Nam populus consueta ad altaris sacrificium offerebat, verum non magna cura adhibita, sed perfunctorie et negligenter. Deteriora quippe gregis, et morbida, et rejectanea ad aram offerebant. Sacerdotes porro suscipiebant, non amplius maculas, ut lex jubebat, id est, num claudum, aut aure scissa, aut naso mutilum, aut cauda amputata, aut scabiosum, aut impetiginis, aut unum testiculum haberent, considerantes: rejiciebat enim ista lex, nec aliud quam dedecora erant [36]. Alia item ratione sacerdotes etiam subjectum sibi populum negligebant, cum legem prava explicarent, nec ad Dei voluntatem exsequendam probe homines erudirent sed a recta semita ad ineptias et fatuitates deflectere sinerent. Et hoc quidem objurgationis genus unum est. Alterum ad

[35] Malach. II, 7. [35] Isa. IX, 5, 6. [36] Levit. XXII, 21 seqq.

Digitized by Google

Israelitas pertinet, ob causas hujuscemodi. Alii namque amorem in uxores valere jubentes, **818** libellumque repudii illis [37], et nonnunquam nihil mali commeritis, objicientes, aliis copulabantur, nec se ullo modo Deum hoc facto offendere opinabantur. Alii in alienigenarum filias insaniebant, quamvis lex apertis verbis proclamasset : « Filiam tuam non dabis filio ejus, et filiam ejus non accipies filio tuo. Seducet enim filium tuum a me, et abiens serviet diis alienis [38]. » De hoc in libris Esdræ multa disseruntur. Unde quidam ipsum esse Malachiam arbitrantur, quod secus est. Et in his quidem nonnulla vituperationem continent : in fine autem prophetiæ de ostensione Salvatoris nostri verba fiunt, quando scilicet munda et incruenta hostia Deo offeretur : quæ sublato peccato omnium crimina desinere faciat, mortalibus in novitatem vitæ reformatis. Nova enim creatura erunt, quæ in Christo sunt, ubi vetera transierint, ut scriptum est [39]. »

A αἰτίαις τοιαύταις. Οἱ μὲν γὰρ ἐῤῥῶσθαι φράσαντες ταῖς εἰς γυναῖκας φιλοστοργίαις, εἶτα βιβλίον ἀποστάσεως ῥιπτοῦντες αὐταῖς, καὶ ἐπ' οὐδενὶ τῶν ἀτόπων ἔσθ' ὅτε κατεγνωσμέναις, συνεπλέκοντο μὲν ἑτέραις, ᾠοντό τε ὅτι κατ' οὐδένα τρόπον λυποῦσι Θεὸν, κἂν εἰ ἔλοιντο τοῦτο δρᾷν. Ἕτεροι δὲ ταῖς τῶν ἀλλοφύλων ἐπεμαίνοντο θυγατράσι, καίτοι διακεκραγότος τοῦ νόμου σαφῶς· « Τὴν θυγατέρα σου οὐ δώσεις τῷ υἱῷ αὐτοῦ, καὶ τὴν θυγάτερα αὐτοῦ οὐ λήψῃ τῷ υἱῷ σου. Ἀποστήσει γὰρ τὸν υἱόν σου ἀπ' ἐμοῦ, καὶ πορευθεὶς λατρεύσει θεοῖς ἑτέροις. » Γέγονε δὲ μακρὸς περὶ τούτου λόγος καὶ ἐν τοῖς τοῦ Ἔσδρα βιβλίοις. Ὅθεν τινὲς αὐτὸν ὑπολαμβάνουσιν εἶναι τὸν Μαλαχίαν, ἔχει δὲ οὐχ οὕτως τὸ ἀληθές. Καὶ τὰ μὲν τῆς ἐπιπλήξεως ἐν τούτοις· ἐν δέ γε τῷ B τέλει τῆς προφητείας τὸν περὶ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἀναδείξεως ποιεῖται λόγον, ὅτε δὴ μελλούσης τὸ τηνικάδε καθαρά τε καὶ ἀναίμακτος θυσία προσκομίζεσθαι τῷ Θεῷ, καταλήγειν δὲ τὰ πάντων ἐγκλήματα, τῆς ἁμαρτίας ἀνῃρημένης, καὶ εἰς καινότητα ζωῆς ἀναμορφουμένων τῶν ἐπὶ γῆς. Καινὴ γὰρ κτίσις τὰ ἐν Χριστῷ, τῶν ἀρχαίων παρῳχηκότων, κατὰ τὸ γεγραμμένον.

# TOMUS PRIOR.

## CAP. I.

VERS. 1. *Assumptio verbi Domini super Israel in manu angeli ejus.*

I. Assumptionem verbi nominat prophetiæ a Deo inspiratæ velut susceptionem. Suscipiebant enim beati prophetæ per Spiritum cognitionem futurorum, et quosdam consilio instruebant, atque etiam objurgabant, non e cordibus suis quos forte vellent sermones depromentes, aut in quosdam falsa dictitantes : sed quæ a Deo didicissent proferentes, et supernos sermones aliis sincere citraque reprehensionem apportantes. Itaque prophetiam a Domino susceptam, sive assumptam dicit. Subostendit autem per hæc, nec prædictionem aliquam calamitosæ aut molestæ rei alicujus quæ Israelitis eventura sit, neque laudes, quasi vitam ex virtute vixissent, ista prophetia contineri, sed sacerdotum et populi increpationem potius. Illud, « in manu angeli ejus, » sic intelliges, velut per manus administrante, sive peragente prophetiæ ministerium eo, cui cognomentum Angelus, assumptio facta est super Israel. Angelus autem Malachias propter causas a me ante allatas nuncupatus est.

**819** VERS. 2. *Ponite super corda vestra. Dilexi vos, dicit Dominus.*

II. Non oscitanter quæ dicenda erunt audire jubet, sed studiose potius et attentione animadversioneque singulari. Sic enim affectos esse condecet qui divinos sermones sunt auscultaturi, quorum uberrima et amplissima futura sit utilitas, cum in animum infusi fuerint. Psallit enim alicubi, et ait divinus David : « In corde meo abscondi eloquia tua, ut non peccem tibi [40]. » Licet enim, licet au-

# ΤΟΜΟΣ ΠΡΩΤΟΣ.

## ΚΕΦΑΛ. Α'.

*Λῆμμα λόγου Κυρίου ἐπὶ τὸν Ἰσραὴλ ἐν χειρὶ ἀγγέλου αὐτοῦ.*

Α'. Λῆμμά φησι τοῦ λόγου, τῆς παρὰ Θεοῦ προφητείας οἱονεὶ τὴν λῆψιν. Ἐδέχοντο γὰρ οἱ μακάριοι προφῆται διὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος τῶν ἐσομένων C τὴν γνῶσιν, τάς τε συμβουλὰς καὶ μὴν καὶ τὰς ἐπιπλήξεις ἐποιοῦντο πρός τινας, οὐκ ἐξ ἰδίας αὐτοὶ καρδίας, οὓς ἂν ἔλοιντο τυχὸν ἀνασπῶντες λόγους, ἢ ψευδοεποῦντες κατά τινας, διερμηνεύοντες δὲ τὰ παρὰ Θεοῦ, καὶ τοὺς ἄνωθεν τοῖς ἄλλοις καθαρῶς τε καὶ ἀρωμήτως διαπορθμεύοντες λόγους. Οὐκοῦν τῆς προφητείας τὴν λῆψιν γενέσθαι φησὶ παρὰ Κυρίου. Ὑπεμφαίνει δὲ διὰ τούτων, ὡς οὔτε προαγόρευσιν ἔχει τινὰ τῆς προφητείας ὁ λόγος, μοχθηροῦ τε καὶ ἀναροῦ πράγματος ὡς συμβησομένου τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ, οὔτε μὴν ἐπαίνους ὡς βεβιωκόσιν ὀρθῶς· ἐπίπληξιν δὲ μᾶλλον ἐπί τε ἱερέας καὶ λαούς. Τὸ δὲ, « ἐν χειρὶ ἀγγέλου αὐτοῦ, » τοιῶσδε νοήσεις· διαχειρίζοντος ὥσπερ, ἤγουν ἐκπράττοντος, τὴν τῆς προφη- D τείας διακονίαν τοῦ ἐπίκλην Ἀγγέλου, τὸ λῆμμα γέγονεν ἐπὶ τὸν Ἰσραήλ. Εἴρηται δὲ Ἄγγελος ὁ Μαλαχίας δι' αἰτίας ἃς ἤδη προεῖπον.

*Θέσθε δὴ ἐπὶ τὰς καρδίας ὑμῶν. Ἠγάπησα ὑμᾶς, λέγει Κύριος.*

Γ'. Οὐ πάρεργον ποιεῖσθαι προστάττει τῶν ῥηθησομένων τὴν ἀκρόασιν· ἐσπουδασμένως δὲ μᾶλλον, καὶ ἐν πλείστῃ προσοχῇ καὶ κατανοήσει. Διακεῖσθαι γὰρ ὧδε προσήκει τοὺς θείων μέλλοντας ἀκροᾶσθαι λόγων· ὧν ἔσται πλείστη τε ὅση καὶ μάλα ἀμφιλαφὴς ἡ ὄνησις, ὅταν εἰς αὐτὸν εἰσχέωνται τὸν νοῦν. Ψάλλει γάρ που καὶ φησιν ὁ θεσπέσιος Δαβίδ· « Ἐν τῇ καρδίᾳ μου ἔκρυψα τὰ λόγιά σου, ὅπως ἂν μὴ ἁμάρτω

[37] Deut. xxiv, 1 seqq. [38] Deut. vii, 3, 4. [39] II Cor. v, 17. [40] Psal. cxviii, 11.

Digitized by Google

σοι. » Ἔστι γάρ, ἔστιν ἀκούοντά τινα μηδὲ ἀκοῦσαι δοκεῖν, εἰ μὴ ἅπτοιντο μὲν διανοίας οἱ λόγοι, ἀποπτάντες δὲ ὥσπερ τῆς τοῦ λέγοντος γλώττης, εἶτα μόνην προσαρράξαντες τὴν τοῦ ἀκούοντος ἀκοήν, εἰκαίοις ἐν ἴσῳ καταλογισθεῖεν καὶ κρυπτοῖς. Τοιοῦτοί τινες ἦσαν περὶ ὧν ἔφη τις τῶν ἁγίων προφητῶν· « Ἰδοὺ λαὸς μωρὸς, καὶ ἀκάρδιος, ὀφθαλμοὶ αὐτοῖς, καὶ οὐ βλέπουσιν· ὦτα αὐτοῖς, καὶ οὐκ ἀκούουσι. » Παρεγγυᾷ τοιγαροῦν ἀναγκαίως ὁ προφήτης, λέγων· « Θέσθε δὴ ἐπὶ τὰς καρδίας ὑμῶν· » τουτέστιν, εἰς νοῦν ἔσω καὶ καρδίαν τοὺς θείους ἐναποτιθέμενοι λόγους, καὶ τῶν ἄνωθεν χρησμῳδημάτων συνέντες τὴν δύναμιν, συναινέσατε πάντως· « Ὡς ἠγάπησα μὲν ὑμᾶς, λέγει Κύριος, » ἠξίωσά τε ἁπάσης ἡμερότητος, καὶ φειδοῦς, καὶ τῆς τοῖς ἀγαπωμένοις πρεπούσης φιλοτιμίας. Τοῦτο δὲ αὖ εὖ μάλα κατονειδίζοντος μὲν, ὡς πονηρὰ ἀντὶ ἀγαθῶν ἀπέδοσαν αὐτῷ, καίτοι δέον, ὡς ἀγάπης ἠξιωμένους, ἀντευφραίνειν ταῖς ἐπιεικείαις καὶ ταῖς εἰς πᾶν ὁτιοῦν τῶν ἀνδανόντων αὐτῷ σπουδαῖς τε καὶ προθυμίαις. Εἰ γάρ ἐστι τῶν ἀτόπων, τὸ μὴ βούλεσθαι τοῖς καθ' ἡμᾶς ἀποδιδόναι τὰς ὀφειλὰς, τίς ἂν γένοιτο λόγος ἐπὶ Θεοῦ τοῦ πάντα ἡμῖν πλουσίως διανέμοντος τὰ πρὸς εὐθυμίαν, εἰ μὴ βούλοιτό τις ἀντιτίνειν αὐτῷ τῶν δεδωρημένων τὰς ἀμοιβάς; εἰ καὶ ὅτι μάλιστα πρέποι ἂν ἐκεῖνο λέγειν τοῖς γε ἀληθῶς ἀρτίφρασι· « Τί ἀνταποδώσω τῷ Κυρίῳ περὶ πάντων ὧν ἀνταπέδωκέ μοι; »

dientem putare non audivisse, nisi mentem verba tetigerint : a lingua enim loquentis avolantia, et solas audientes aures verberantia vanis merito ac non prolatis similia judicentur. Hujus generis erant nonnulli, de quibus quidam sanctorum prophetarum : « Ecce populus stultus, et sine corde : oculi eis, et non vident, aures eis, et non audiunt [41]. » Hortari itaque prophetam necesse fuit : « Ponite super corda vestra, » hoc est, intra animum et cor divina verba reponentes, supernorumque oraculorum vim intelligentes, assentiamini plane : « Quoniam dilexi vos, dicit Dominus, » omnique mansuetudine et indulgentia, et cura sedula, quæ dilectis adhiberi solet, dignatus sum. Hoc autem rursum meritissimo illis exprobrat, quod sibi pro bonis mala retribuerint, cum, ut charitate dignati, vicissim cum probitate, et studio, alacritateque ad omnia ipsi accepta delectare deberent. Si enim absurdum est naturæ nostræ consortibus præstare nolle quod debeas, quid super Deo respondebimus, qui nobis omnia ad jucunditatem pertinentia abundanter subministrat, si dona donis non rependerimus? siquidem sana mente revera præditos maxime decet illud dicere : « Quid retribuam Domino, pro omnibus quæ retribuit mihi [42]? »

*Καὶ εἴπατε· Ἐν τίνι ἠγάπησας ἡμᾶς; Οὐκ ἀδελφὸς ἦν Ἡσαῦ τοῦ Ἰακὼβ, λέγει Κύριος, καὶ ἠγάπησα τὸν Ἰακὼβ, τὸν δὲ Ἡσαῦ ἐμίσησα; καὶ ἔταξα τὰ ὅρια αὐτοῦ εἰς ἀφανισμὸν, καὶ τὴν κληρονομίαν αὐτοῦ εἰς δώματα ἐρήμου.*

Vers. 3. *Et dixistis : In quo dilexisti nos? Nonne Esau erat frater Jacob? dicit Dominus, et dilexi Jacob, et Esau odio habui? Et posui terminos ejus in desolationem, et hæreditatem ejus in domos solitudinis.*

Δ'. Ἐπλήττοντο μὲν Ἰουδαῖοι κατὰ καιροὺς τοῖς ἐκ θείας ὀργῆς συμβαίνουσι, πολυτρόπως δεδυσσεβηκότες. Ἀπώλοντο γὰρ εἰς αἰχμαλωσίας, καταδηωθείσης αὐτοῖς τῆς χώρας, οἴκων τε ἠρημωμένων, καὶ ὁμοῦ τῶν θείων ναῶν κατεμπρησθέντων τῶν Ἱεροσολύμων. Προφάσει δὲ τοῦ τὰ τοιάδε παθεῖν αὐτοὺς, τὸ ἀποφοιτᾷν ἐλέσθαι [φησὶ] τῆς γνησιότητος τῆς πρὸς Θεὸν, καὶ ὀλίγου παντελῶς ἀξιῶσαι λόγου τὴν εἰς νόμον αἰδώ. Ἐπειδὴ τοίνυν ἀγαπῆσαι λέγοντος αὐτοὺς τοῦ Θεοῦ, καὶ σφόδρα γε ἦν εἰκὸς τῶν τῆς αἰχμαλωσίας διαμεμνῆσθαι κακῶν, φάναι τε οὕτω τυχὸν τὸ, « Ἐν τίνι ἠγάπησας ἡμᾶς; » οἰκονομικώτατος λίαν ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, παριππεύει μὲν τὰ διὰ μέσου συμβήματα, καὶ τὴν ἐπ' αὐτοῖς παρατρέχει διήγησιν, ἀνακομίζει γε μὴν τὴν τῆς ἀγάπης ἀπόδειξιν ἐπὶ τὴν τοῦ γένους ἀρχὴν, φημὶ δὴ τὸν Ἰακώβ, ὃν ἀγαπῆσαι μὲν ἰσχυρίζεται, κατεστυγημένον δὲ πεποιῆσθαι τὸν Ἡσαῦ, καίτοι τοῖς φύσεως νόμοις εἰς ἀδελφότητα τῷ τετιμημένῳ συνδούμενον. Ὡς γὰρ ὁ θεσπέσιος γράφει Παῦλος, « Μήπω γεννηθέντων, μηδὲ πραξάντων τι ἀγαθὸν, ἢ φαῦλον, » ἀπόλεκτον ἐποιεῖτο τὸν Ἰακώβ, ἐξ οὗ τὸ τῶν Ἰουδαίων ἀνεφύη γένος· ἐκβέβληκε δὲ τὸν Ἡσαῦ, καὶ οὐ δήπου φαμὲν κατὰ πρόκλησιν (οὐ γὰρ ἄδικος ὁ Θεὸς, οὔτε μὴν ἄνισον ἢ ἑτεραλκὲς τὸ ἐφ' ἑκάστῳ τῶν ἐπὶ τῆς γῆς διεξάγει κρῖμα)· προ-

IV. Percutiebantur aliquando Judæi ab infenso Deo, cum multis se impietatibus obstrinxissent. Vastata enim eorum terra, captivi abigebantur, domibus exinanitis, et Hierosolymis una cum divino templo crematis [43]. **820** Quod autem ista perpessi fuissent, inde legitima erga Deum deserendi, et reverentiam legis parvi omnino pendendi occasionem arripiebant. Quia igitur dicente Deo, se illos dilexisse, et valde quidem credibile erat eos miseriarum captivitatis denuo memores, ita fortasse dicturos, « In quo dilexisti nos? » prudentissimo consilio universorum Deus quæ acciderant prætermittit, eorumque narrationem relinquit, dilectionisque demonstrationem ad generis eorum principium, Jacob nimirum, revocat, quem se dilexisse confirmat, odisse autem Esau, quantumvis ei qui diligebatur naturæ legibus, ut frater, devinctus esset. Etenim ut divinus Paulus scribit : « Cum nondum nati fuissent, neque aliquid boni egissent, aut mali [44], » Jacob elegit, a quo Judæorum gens originem duxit : abjecit autem Esau, non quod ab eo provocatus esset (non est enim injustus Deus, nec iniquam, aut ancipitem, seu variabilem fert sententiam in unumquemque mortalem); sed cum tanquam Deus amborum futuras actiones et utriusque mores prænosset, melio-

[41] Jerem. v, 21. [42] Psal. cxv, 12. [43] IV Reg. xxv, 9 seqq. [44] Rom. ix, 11.

Digitized by Google

rem et sanctiorem complexus est; ut, exempli causa, etiam beatum Jeremiam priusquam eum formaret in utero, novisse se dicit, et sanctificasse, antequam de vulva exiret [45]. Sciebat utique, sciebat eum prophetam futurum, et ad futura prænuntianda legatum idoneum. Sic et nos ipsos in fide justificatos sanctificari divinus Paulus asserit : « Quos enim præscivit, illos et prædestinavit Deus et Pater conformes fieri imagini Filii sui [46]. » Eosdem vocasse et sanctificasse ibidem dicitur. Itaque secundum præscientiam dignus dilectione habetur Jacob, et meretur odium Esau. Inquit igitur, o Israel, « Dilexi vos. » Nec mentiar ullo modo, si ita vobis dicam : nam ut me recta et vera loqui cognoscatis, ad principium generis modum dilectionis reducite. Ambo enim satu Isaaci erant editi : verum Jacob vita bonus, et amans Dei; alter præfractus, et intractabilis, et ad piacula non imparatus. Quapropter inclinavi in Jacob, et hæreditatem Esau attributam vastavi, ipsamque in desolationem dedi. Hæreditatem vero Jacob collegi indulgentia mea, hoc est vos, sive regionem quam incolitis. Sciendum porro Esau vocabulum exponi Latine *quercus* : **821** fuit enim durus, et inflexibilis instar duræ quercus. Quia autem propter unam escam vendidit primitiva sua, appellatus est item Edom, quod sonat *terrenus*. Unde et regionem posterorum Esau Idumæam nominatam sacra Scriptura testatur [47], quam subactam aliquando Judæi desolatam et desertam penitus reddiderunt. Quid autem prophetia Israelitis indicat? Illud, opinor : Jacob se dilexisse ait, nec alia de causa, nisi quia erat vir « simplex, habitans domum [48] : » odisse autem Esau, erat enim, juxta beatum Paulum [49], terrenus et profanus. Quamobrem Judæos intelligere oportebat non fuisse passuros desolationem, nec e patria ad alienigenas migrationem, si Jacob imitandum sibi proposuissent. Quoniam autem Esau mores exprimere, et per vestigia stultitiæ illius incedere maluerunt, hostibus postea traditi sunt.

A εγνωκὼς δὲ ὡς Θεὸς τὰ παρ' ὁμφοῖν ἐσόμενα καὶ τὸν ἑκάστου τρόπον, ἀγάπης ἠξίου τὸν ἀμείνω τε καὶ ἱερώτερον· καθάπερ ἀμέλει καὶ τὸν μακάριον Ἱερεμίαν πρὶν ἐν κοιλίᾳ διαπλάσαι φησὶν ἐγνωκέναι, ἁγιάσαι τε πρὶν ἐξελθεῖν ἐκ μήτρας. Ἤδει γὰρ, ἤδει προφήτην ἐσόμενον, καὶ ἐπιτηδείως ἔχοντα πρὸς ἀποστολήν, τὴν ἐπὶ τὸ δεῖν τῶν ἐσομένων ποιεῖσθαι τὴν προαγόρευσιν. Οὕτω δὲ καὶ ἡμᾶς αὐτοὺς τοὺς ἐν πίστει δεδικαιωμένους ἡγιᾶσθαί φησιν ὁ θεσπέσιος Παῦλος. « Οὓς γὰρ ἔγνω, καὶ προώρισεν, ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ, συμμόρφους τῆς εἰκόνος τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ. » Τούτους καλέσαι τε καὶ ἁγιάσαι λέγεται. Οὐκοῦν κατὰ πρόγνωσιν ἠξίωται μὲν ἀγάπης ὁ Ἰακὼβ, μεμίσηται δὲ δικαίως ὁ Ἡσαῦ. Ὦ τοίνυν, φησὶ, Ἰσραὴλ, « Ἠγάπησα μὲν ὑμᾶς. » Ψευδομυθήσαιμι γὰρ ἂν B οὐδαμῶς, εἰ τοῦτο λέγοιμι πρὸς ὑμᾶς· εἰσεσθε δὲ μᾶλλον, ὡς ἔστιν ὀρθός τε καὶ ἀληθὴς ὁ λόγος, εἰς τὴν τοῦ γένους ἀρχὴν ἀναφέροντες τῆς ἀγάπης τὸν τρόπον. Ἀμφω μὲν γὰρ ἦστην ἐξ Ἰσαὰκ· ἀλλ' ἦν ἀγαθὸς τοὺς τρόπους καὶ φιλόθεος ὁ Ἰακὼβ, ὅ γε μὴν ἕτερος σκληρὸς, καὶ δυσάντητος, καὶ ἕτοιμος εἰς βεβήλωσιν. Ταύτῃτοι προσνένευκα τῷ Ἰακὼβ, καὶ τὸν μὲν ἐκνεμηθέντα τῷ Ἡσαῦ κατηφάνισα κλῆρον, ἔδωκά τε αὐτὸν εἰς ἐρήμωσιν· συγκεκρότηκα δὲ τῇ παρ' ἐμαυτοῦ φειδοῖ τὸν τοῦ Ἰακὼβ, τουτέστιν ὑμᾶς, ἦγουν τὴν χώραν, ἣν κατῳκήκατε. Ἰστέον δὲ, ὅτι ἑρμηνεύεται μὲν *δρῦς*, σκληρὸς δὲ καὶ ἀκαμπὴς, καὶ τοῖς ἐκ δρυὸς ξύλοις ὀλίγον παραχωρῶν ὁ Ἡσαῦ. Ἀπεμπωλήσας δὲ καὶ τὰ πρωτοτόκια βρώσεως ἕνεκεν μιᾶς, ὠνόμασται δὴ καὶ Ἐδὼμ, ὅ ἐστι *γήϊνος*. Ταύτῃτοι C καὶ Ἰδουμαίαν κεκλῆσθαί φησι τὸ Γράμμα τὸ ἱερὸν, τῶν ἐξ Ἡσαῦ γεγονότων τὴν χώραν, ἣν ἐχειρώσαντο κατὰ καιροὺς Ἰουδαῖοι, ἀβατόν τε καὶ ἀοίκητον ἀπέφηναν παντελῶς. Καὶ τί ἂν βούλοιτο δηλοῦν τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ τῆς προφητείας ὁ νοῦς; Ἐκεῖνο, οἶμαί που· τὸν μὲν γὰρ Ἰακὼβ ἀγαπῆσαί φησι, καὶ οὐχ ἑτέρου χάριν, ἢ ὅτι γέγονεν ἀνὴρ « ἁπλαστος, οἰκῶν οἰκίαν· » μεμισηκέναι δὲ τὸν Ἡσαῦ· γέγονε γὰρ γήϊνός τε καὶ βέβηλος, κατὰ τὴν τοῦ μακαρίου Παύλου φωνήν. Ἦν οὖν ἀναγκαῖον εἰδέναι τοὺς Ἰουδαίους, ὡς οὐκ ἂν συνέβη παθεῖν αὐτοὺς τὴν ἐρήμωσιν, καὶ τὴν ἐκ τῆς ἐνεγκούσης πρὸς τοὺς ἀλλοφύλους ἀποδρομὴν, εἰ ἐμεμίμηντο τὸν Ἰακώβ. Ἐπειδὴ δὲ ζηλωταὶ καὶ ὁμότροποι γεγόνασι τῷ Ἡσαῦ, καὶ τῆς ἐκείνου σκαιότητος ἴσον κατ' ἴχνος κατεφωρῶντο, λοιπὸν δέδονται τοῖς ἐχθροῖς.

Quod si quis dicta spiritualiter considerare vult, D certo sciat Jacob reddi *supplantator*, ac proinde cujuslibet peccatum supplantantis typus esse possit. Esau autem *quercus*, ut dixi, et Edom *terrenus*, qui et ipse cujusvis sola terrena cogitantis typum et imaginem gerit. Diligit ergo supplantatorem Jacob, Esau autem pertinacem et asperum, sive Edom, hoc est, terrenis affixum, et qui temporanea ac pereuntia spiritualibus bonis stulte anteposuit, odio prosequitur. Ita solitorum vivere hæreditatem dissipabit Deus noster, qui virtutem diligit. Non enim firmitatem nec statum inconcussum habent res terrenæ. Casuras autem penitus, tanquam in figura Idumæorum hæreditas desolata prorsus declarabit.

Εἰ δὲ δή τις βούλοιτο καὶ πνευματικὴν τοῖς εἰρημένοις ἐφαρμόσαι τὴν θεωρίαν, διανοείσθω σαφῶς, ὡς ὁ μὲν Ἰακὼβ ἑρμηνεύεται *πτερνιστὴς*· τύπος δ' ἂν εἴη παντὸς τοῦ πτερνίζοντος ἁμαρτίας. Ἡσαῦ δὲ, ὡς ἔφην, *δρῦς*, καὶ μέντοι *γήϊνος* ὁ Ἐδώμ· τύπος δ' ἂν εἴη καὶ οὗτος παντὸς τοῦ μόνα φρονοῦντος τὰ ἐπὶ τῆς γῆς. Ἀγαπᾷ τοίνυν ὁ Θεὸς τὸν πτερνιστὴν Ἰακὼβ, μεμίσηκε δὲ τὸν Ἡσαῦ τὸν ἀκαμπῆ καὶ σκληρὸν, ἤτοι τὸν Ἐδὼμ, τουτέστι, τὸν τοῖς γηΐνοις προσνενευκότα, καὶ τῶν πνευματικῶν ἀγαθῶν τὰ πρόσκαιρά τε καὶ ἀπολλύμενα φληνάφως ἀνθῃρημένον. Τῶν οὕτω ζῆν εἰωθότων ὀφανιεῖ τὸν κλῆρον ὁ φιλάρετος ἡμῶν Θεός. Οὐ γάρ τοι βέβαια τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, οὔτε μὴν ἀκλόνητον ἔχει τὴν στάσιν. Ὅτι δὲ

[45] Jerem. I, 5. [46] Rom. VIII, 29. [47] Gen. XXXVI, 43. [48] Gen. XXV, 27. [49] Hebr. XII, 16.

Digitized by Google

πεσεῖται πάντως, ὡς ἐν τύπῳ σαφηνιεῖ τῶν Ἰδουμαίων ὁ κλῆρος εἰσάπαν ἠρημωμένος. Ἀλλ' ὅγε Θεῷ προσκείμενος, ἀσφαλῆ καὶ ἐρηρεισμένην ἕξει τὴν ἐλπίδα, καὶ τῷ τῶν ἀγαθῶν δοτῆρι Θεῷ προσφωνήσει λέγων· « Ἐν ταῖς χερσί σου οἱ κλῆροί μου. »

*Διότι ἐρεῖ· Ἡ Ἰδουμαία κατέστραπται, καὶ ἐπιστρέψωμεν, καὶ ἀνοικοδομήσωμεν τὰς ἐρήμους. Τάδε λέγει Κύριος παντοκράτωρ· Αὐτοὶ οἰκοδομήσουσι, καὶ ἐγὼ καταστρέψω· καὶ ἐπικληθήσεται αὐτοῖς ὅρια ἀνομίας, καὶ λαὸς ἐφ' ὃν παρατέτακται Κύριος ἕως αἰῶνος.*

Ε'. Δυσχερὴς μὲν λίαν ἡ τῆς λέξεως συνθήκη, πλὴν οὐκ ἄτοπος τῶν προκειμένων ὁ νοῦς. Δέδωκα μὲν γὰρ ἐγὼ, φησὶν, τοῦ Ἡσαῦ κληρονομίαν εἰς ἀφανισμὸν καὶ εἰς ἐρήμωσιν, ὑμῶν τῶν ἐξ Ἰακὼβ ἐκπεπορθηκότων. Ἐρεῖ δὲ ἴσως ὁ Ἰδουμαῖος· Εἰ καὶ κατέστραπται παντελῶς, καὶ εἰς λῆξιν ἦκει κακῶν ἣν κατῳκήκαμεν χώραν, ἀλλ' οὖν ἐπιστρέψαντες ἐγεροῦμεν μὲν τὰς ἠρημωμένας πόλεις τε καὶ κώμας, κατοικήσομεν δὲ αὐτὰς οἱ διασεσωσμένοι. Τί οὖν; Πρὸς ταῦτα, φησὶ, τάδε λέγει Κύριος· « Αὐτοὶ οἰκοδομήσουσι, καὶ ἐγὼ καταστρέψω. » Κεκλήσεται δὲ πάντως ἡ Ἰδουμαία, « Ὅρια ἀνομίας, » ὡς διὰ πλείστην ὅσην ἁμαρτίαν κατεστραμμένη, « καὶ λαὸς ἐφ' ὃν παρατέτακται Κύριος ἕως αἰῶνος. » Ὁ μὲν οὖν τοῦ γράμματος νοῦς οὐχ ἕτερος, οἶμαι, τίς παρὰ τοῦτόν ἐστι. Προσθεῖην δ' ἄν, ὅτι τῶν τὸ σαρκικὸν καὶ γήϊνον ἐχόντων φρόνημα (*γήϊνος* γὰρ, ὡς ἔφην, ὁ Ἰδουμαῖος ἑρμηνεύεται) πάντη τε καὶ πάντως ὁ κλῆρος πεσεῖται, Θεοῦ καταστρέφαντος. Οὐ γὰρ ἔχει τὸ βέβαιον τὰ ἐν τῷδε τῷ κόσμῳ πρακτέα, οὕτω μὴν διηνεκῆ τὴν μέθεξιν· παριππεύει γὰρ τοὺς ἔχοντας πρόσκαιρος εὐθυμία, καὶ ἐν ἴσῳ σκιᾶς μετατάττεται, ἢ θανάτῳ σβεσθέντος τινὸς, ἢ γουν ἀδοκήτου συμφορᾶς ἐπενηνεγμένης.

Ἀλλ' εἴ καί τις ἕλοιτο τῶν Ἰδουμαίων τὸν ἑαυτοῦ κλῆρον οἰκοδομεῖν, ἢ πλοῦτον συλλέγων τὸν ἐξ ἀδικίας, ἢ τοῖς διακένοις δοξαρίοις ἐντρυφῶν, ἢ δυναστείαις ταῖς κατὰ τὸν βίον ἐναβρύνεσθαι θέλων, αὐτὸν εὑρήσει τὸν τῶν ὅλων Θεὸν μονονουχὶ καὶ ἀνθεστηκότα καὶ μαχόμενον. Ὡς γὰρ ὁ θεσπέσιος γέγραφε μαθητὴς, « Εἴ τις θέλει εἶναι φίλος τοῦ κόσμου, ἐχθρὸς τοῦ Θεοῦ καθίσταται. » Οὕπω παύσεται γὰρ, ὡς ἔφην, τῶν τὰ γήϊνα φρονεῖν ἠρημένων, ἀλλ' οὐδὲ τῆς πρὸς αὐτοὺς καταλήξει μάχης. Μισεῖ γὰρ ἀεὶ τὸν ἁλιτήριον, καὶ ἀπόπεμπτον ποιεῖται τὸν φιλαμαρτήμονα.

*Καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ ὑμῶν ὄψονται, καὶ ὑμεῖς ἐρεῖτε· Ἐμεγαλύνθη Κύριος ὑπεράνω τῶν ὁρίων τοῦ Ἰσραήλ.*

Ϛ'. Ὅταν, φησὶ, τὴν τῶν πραγμάτων κατωρθώσητε φύσιν, μονονουχὶ δὲ καὶ ἀναμύοντι τῷ· κατίδητε σαφῶς ἅπερ ἔφην ἀρτίως, τότε δὴ πάντως ἐρεῖτε συγκατανεύοντες, ὅτι δεδόξασται καὶ ἐμεγαλύνθη Θεὸς ἐν τοῖς ὁρίοις τοῦ Ἰσραήλ. Οἱ μὲν γὰρ ἐξ Ἰακὼβ γεγονότες, ταυτέστιν Ἰουδαῖοι, προσκεκρουκότες, ὡς ἔφην, διὰ πλείστην ἀσέβειαν ἔξοικοί τε γε-

A Ast qui Deo adhæret, spe certa et firma sustentabitur, et bonorum largitori acclamabit : « In manu tua sortes meæ [50]. »

B

C

D

Vers. 4. *Quia dicet, Idumæa subversa est, et revertamur, et reædificemus deserta. Hæc dicit Dominus omnipotens : Ipsi ædificabunt, et ego destruam; et vocabuntur eis termini iniquitatis, et populus super quem extensus est Dominus usque in æternum.*

V. Perdifficilis est verborum contextus, sive connexio : verumtamen sententia subjecta non inconveniens. Inquit enim, Dedi quidem **822** ego hæreditatem Esau in desolationem, in solitudinem, a vobis ex Jacob propagatis devastatam. Sed Idumæi dicent fortasse : Etsi regio quam habitavimus prorsus in vastitudinem redacta, et extremis afflictata est malis, nihilominus reversi desolatas urbes vicosque instaurabimus, et qui salutem retinuimus, eas incolemus. Quid igitur? Ad hæc, inquit, ista dicit Dominus : « Ipsi ædificabunt, et ego destruam. » Et Idumæa omnino vocabitur « Termini impietatis, » utpote peccatis plurimis depravata, « et populus super quem extensus est Dominus usque in æternum. » Litteræ igitur sensus, ut arbitror, præter hunc nullus est. Libet apponere, carnalia et terrena cogitantium (*terrenus* enim, ut dixi, sonat nomen Idumæus) hæreditas, Deo subvertente, cadet penitus. Nam quæ in hoc mundo actitantur, firmitudine carent, neque usum sui perpetuum præbent, quoniam temporanea lætitia præterit, umbræ similis, aut morte e medio tollente aut improvisa calamitate interveniente.

Sed etsi quis Idumæorum sub intelligentiam cadentium hæreditatem suam ædificare voluerit, aut divitias ex iniquitate congregans, aut in gloriolis inanibus delicias sibi constituens, aut potentia in hac vita efferri volens, universorum Deum ipsum tantum non obsistentem contraque pugnantem inveniet. Nam ut divinus discipulus scriptum reliquit, « Qui voluerit esse amicus sæculi hujus, inimicus Dei constituitur [51]. » Nondum enim quiescet, ut dixi, ab his qui terrena sapiunt, nec iis adversari desistet. Semper enim flagitiosum odit, et cupidius peccantem rejicit.

Vers. 5. *Et oculi vestri videbunt, et vos dicetis : Magnificatus est Dominus super terminos Israel.*

VI. Quando, inquit, rem pro natura sua recte præstiteritis, et tantum non apertis animi oculis videritis perspicue quæ modo dixi, tunc omnino annuentes, glorificatum et magnificatum esse Deum in finibus Israel fatebimini. Ex Jacob enim prosemi-nati, Judæi nempe, cum Deum offendissent, ut dixi, extorres, et captivi, et inimicis expugnabiles propter

[50] Psal. xxx, 16. [51] Jac. iv, 4.

Digitized by Google

summam impietatem facti sunt. Ubi vero miseriis exercitos, et pro dignitate punitos Deus miseratus est, redierunt, et res eorum in melius, atque in antiquum statum restitutæ sunt. **823** Et beneficium deinceps regioni, urbes de integro incoluerunt, templum condiderunt, Hierosolymam mœnibus communierunt, et quæ magis optabant, quam sperabant, iis denuo sunt perfruiti. Idumæa autem ut vastata est, ita permansit, nec ad conditionem feliciorem erecta est. Itaque glorificatus est Deus in terminis Israel.

Sciendum porro, etiam secundum reconditissimum sensum, quamvis quidam Deum agnoscentes ipsum offenderint, ac propter peccatum pœnas dederint, tamen non funditus perituros; nam Deus, ubi quantum satis est in eos animadverterit, miseretur, et ad prosperum statum eos reducit. Terrenum autem affectum diligentibus, et ad sola quæ carnis sunt respicientibus, adversatur semper, et iræ suæ super illos tempus producit: « Vocabuntur enim, inquit, illis termini impietatis, et populus super quem extensus est Dominus in æternum. »

VERS. 6. *Filius glorificat patrem, et servus dominum suum. Et si pater sum ego, ubi est gloria mea? et si dominus sum ego, ubi est timor meus? dicit Dominus omnipotens.*

VII. Limitem rationis egressos contempsisse quæ minime oportebat, ostendit ubique. Frugi enim filiis conveniebat, et quidem jure admodum ac merito, ut patris sui gloriam procurandam serio susciperent, quo ita inclyti patris filii vocarentur. Jam si quis fidelis, seu germanus sit minister, etiam dominum suum celebrem fieri, et non obscurum, et velut pedibus protritum manere, magnopere optabit. Nam sic ipse quoque partem felicitatis, quæ in his est, feret, et quod sibi ornamento sit faciet, et eam summæ voluptatis occasionem sibi ducet. Vos autem, inquit, cum me ut patrem honorare, atque ut dominum timere deberetis, in ambobus non parum ab officio descivistis, et inveniemini nec ut patri honorem, nec ut domino timorem impertientes. Ubi enim est honor meus? ubi timor, si nihil ad gloriam meam pertinens facere sustinetis, neque pœnam a domino metuentes, ejus jussa capessitis? Istiusmodi quippiam per Isaiam quoque dicit: « Audi, cœlum, et auribus percipe, terra, quia Dominus locutus est; Filios genui et exaltavi, ipsi autem spreverunt me[52]. » Quærenda igitur a nobis, quæ Deo sunt honorifica, et ad opera sancta incumbendum, cum sciamus scriptum esse: « Vivo ego, dicit Dominus, quia glorificantes me glorificabo, **824** et qui contemnit me, contemnetur[53]. » Glorificabitur autem a nobis Pater universorum Deus, si non quod nobis jucundum et amicum est, agere studuerimus, sed illi potius mentem nostram dedicaverimus et in omnibus ad ejus nutum nos conformaverimus. Timebimus vero ut Dominum, si propensionem ad improbi-

γόνασιν, καὶ αἰχμάλωτοι, καὶ ἀλώσιμοι τοῖς ἐχθροῖς. Ἐπειδὴ δὲ πεπραχότας ἀθλίως, καὶ ἀποχρώντως κεκολασμένους, κατηλέησεν ὁ Θεὸς, ἀνεκομίσθησαν εἰς τὸ ἀπ' ἀρχῆς, ἀνενεγκόντων αὐτοῖς ἐπὶ τὸ ἄμεινον τῶν πραγμάτων. Καὶ γέγονε μὲν ἐν εὐπαθείᾳ ἡ χώρα, κατῳκήκασι δὲ τὰς πόλεις, ἀνεδείμαντο τὸν ναὸν, ἀνετείχισαν τὴν Ἱερουσαλὴμ, καὶ γεγόνασι πάλιν ἐν τοῖς παρ' ἐλπίδα καὶ κατ' εὐχήν. Ἡ δέ γε τῶν Ἰδουμαίων ἠρήμωται χώρα, καὶ μεμένηκεν ἐν κακοῖς, οὐκ ἀνασφήλασα περὶ τὸ ἄμεινον. Οὐκοῦν δεδόξασται Θεὸς ἐν τοῖς ὁρίοις Ἰσραήλ.

Ἰστέον δὲ, ὅτι καὶ κατὰ τὸν ἐσώτατον νοῦν, κἂν εἴ ἐν προσκρούσει γένοιντό τινες τῶν εἰδότων Θεὸν, κἂν εἰ παιδεύοιντο δι' ἁμαρτίαν, ἀλλ' οὖν οὐκ εἰς ἅπαν αὐτοὺς ἀπολέσθαι συμβαίνει· κατοικτείρει δὲ Θεὸς παιδεύσας ἀρκούντως, καὶ ἀνακομίζει πάλιν εἰς εὐθυμίαν. Τοῖς δέ γε τὸ γήϊνον ἀγαπῶσι φρόνημα, καὶ εἰς μόνα βλέπουσι τὰ σαρκὸς, μάχεται διηνεκῶς, καὶ τῆς ἐπ' αὐτοῖς ὀργῆς παρατενεῖ τοὺς χρόνους. « Κληθήσεται γὰρ, φησὶν, αὐτοῖς ὅρια ἀνομίας, καὶ λαὸς ἐφ' ὃν παρατέτακται Κύριος ἕως αἰῶνος. »

*Υἱὸς δοξάζει πατέρα, καὶ δοῦλος τὸν κύριον αὐτοῦ. Καὶ εἰ πατὴρ εἰμὶ ἐγὼ, ποῦ ἐστιν ἡ δόξα μου; καὶ εἰ κύριός εἰμι ἐγὼ, ποῦ ἐστιν ὁ φόβος μου; λέγει Κύριος παντοκράτωρ.*

Ζ'. Ἔξω τοῦ καθήκοντος ἰόντας λόγου, καὶ ὧν ἥκιστα χρῆν ἀφειδεῖν ἠρημένους, ἀποφαίνει πανταχῆ. Τοῖς μὲν γὰρ ἐπιεικέσι τῶν υἱῶν πρέποι ἂν, καὶ μάλα εἰκότως, τὸ μεταποιεῖσθαι σφόδρα τῆς τοῦ φύσαντος δόξης, ἵνα καὶ εὐκλεεστάτου πατρὸς ὀνομάζωνται τέκνα. Εἰ δὲ δή τις εἴη καὶ οἰκέτης γνήσιος, περιφανῆ που πάντως καὶ διαβόητον τὸν οἰκεῖον εὔξεται γενέσθαι δεσπότην, οὐκ ἄσημον εἶναι καὶ πεπατημένον. Μεθέξει γὰρ οὕτω καὶ αὐτὸς τῆς ἔν γε τούτοις εὐημερίας, καὶ καύχημα τὸ χρῆμα ποιήσεται, καὶ θυμηδίας τῆς ἀνωτάτης λογιεῖται πρόφασιν. Ὑμεῖς δὲ, φησὶν, ὡς πατέρα με δοξάζειν ὀφείλοντες, δεδιέναι δὲ καὶ ὡς δεσπότην, κατ' ἄμφω τοῦ πρέποντος οὐ μετρίως διημαρτήκατε· ἀλώσεσθε δὲ μήτε ὡς πατρὶ τὴν δόξαν, μήτε μὴν ὡς δεσπότῃ τὸν φόβον ἀνάπτοντες. Ποῦ γὰρ ἡ δόξα μου; ποῦ δὲ ὁ φόβος, εἰ μηδὲν τῶν εἰς δόξαν ὁρώντων τὴν ἐμὴν ἀνέχεσθε δρᾷν, μήτε μὴν τὸ κολάζεσθαι δεδιότες, τοῖς δεσπότου εἴκετε νόμοις; Ἔφη τι τοιοῦτον καὶ διὰ φωνῆς Ἡσαΐου· « Ἄκουε, οὐρανὲ, καὶ ἐνωτίζου, ἡ γῆ, ὅτι Κύριος ἐλάλησεν· Υἱοὺς ἐγέννησα, καὶ ὕψωσα· αὐτοὶ δέ με ἠθέτησαν. » Χρὴ τοίνυν ἡμᾶς τὰ εἰς δόξαν Θεοῦ ζητεῖν, καὶ μὴν καὶ ἐπείγεσθαι κατορθοῦν, τὸ γεγραμμένον εἰδότας· « Ζῶ ἐγὼ, λέγει Κύριος, ὅτι τοὺς δοξάζοντάς με δοξάσω, καὶ ὁ ἐξουθενῶν με, ἀτιμωθήσεται. » Δοξάσεται δὲ πρὸς ἡμῶν ὁ Πατὴρ ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, οὐχὶ τὸ αὐτοῖς ἡμῖν ἡδύ τε καὶ φίλον ἀποπεραίνειν ἐσπουδακότων, ἀνατεθεικότων δὲ μᾶλλον αὐτῷ τὸν νοῦν, καὶ τοῖς αὐτοῦ νεύμασιν ἑπομένων πανταχοῦ. Φοβηθησόμεθα δὲ καὶ ὡς Κύριον, τὴν εἰς φαυλότητα ῥοπὴν ἀνακόπτοντες αἰδοῖ τοῦ προσκρούειν

[52] Isa. I, 2. [53] I Reg. II, 30.

Digitized by Google

αὐτῷ, καὶ τὸν ἐπὶ τοῦ θείου βήματος σύνοοῦντες ἔλεγχον. « Τοὺς γὰρ πάντας ἡμᾶς δεῖ φανερωθῆναι ἔμπροσθεν τοῦ βήματος τοῦ Χριστοῦ, ἵνα κομίσηται ἕκαστος τὰ διὰ τοῦ σώματος, πρὸς ἃ ἔπραξεν, εἴτε ἀγαθὸν, εἴτε φαῦλον. »

*Ὑμεῖς οἱ ἱερεῖς, οἱ φαυλίζοντες τὸ ὄνομά μου. Καὶ εἴπατε· Ἐν τίνι ἐφαυλίσαμεν τὸ ὄνομά σου; Προσάγοντες πρὸς τὸ θυσιαστήριόν μου ἄρτους ἠλισγημένους. Καὶ εἴπατε· Ἐν τίνι ἠλισγήσαμεν αὐτούς; Ἐν τῷ λέγειν ὑμᾶς· Τράπεζα Κυρίου ἠλισγημένη ἐστὶ, καὶ τὰ ἐπιτιθέμενα βρώματα ἐξουδενωμένα.*

Η'. Ἐπαιτιᾶται σφόδρα τῶν Ἰουδαίων τὸ ῥᾴθυμον, οἷς καὶ ὁ νόμος ἐπιφωνεῖ τὸ, « Εὐλαβεῖς ποιεῖτε τοὺς υἱοὺς Ἰσραήλ. » Ἕψεται γὰρ ὡς ἐπίπαν ταῖς τῶν ἡγουμένων ἐπιεικείαις ἡ ὑπὸ χεῖρα πληθὺς, B ἀδικεῖται δὲ οὐ μετρίως, ὅταν ἴδῃ κατημελημένα τῆς πρὸς Θεὸν αἰδοῦς. Συγχαθίσταται γὰρ εὐθὺς καὶ συναῤῥώστει τὸ ῥᾴθυμον εἰς εὐλάβειαν, καὶ τῇ τῶν καθηγητῶν ὑπτιώσει συμπλάττεται. Ὅτι δέ ἐστιν ἀληθὴς ὁ λόγος, πιστώσεται λέγων ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, ὅτι « Οἱ ποιμένες ἠφρονεύσαντο, καὶ τὸν Κύριον οὐκ ἐξεζήτησαν. Διὰ τοῦτο οὐκ ἐνόησε πᾶσα ἡ νομὴ, καὶ διεσκορπίσθησαν. » Οὐκοῦν ὡς ἐπίπαν οἱ τῶν θείων θυσιαστηρίων ἱερουργοὶ πρόφασις εὑρίσκονται τοῖς ἄλλοις εὐδοκίμου ζωῆς μὲν, εἴπερ ἔλοιντο διαβιοῦν ὀρθῶς, καὶ καθ' ὃν προσήκει τρόπον τὸ σέβας ἀνάπτειν· αἰσχρῶν δὲ καὶ βδελυρῶν ἐπιτηδευμάτων, εἰ πρό γε τῶν ἄλλων οὗτοι τὰ τοιάδε τῶν κακῶν εὑρίσκοιντο κατηῤῥωστηκότες. Ταύτῃτοι καὶ ὁ θεσπέσιος Πέτρος τοῖς τελοῦσι διδασκάλοις ἐπεφώνει σοφῶς, C ὅτι προσῆκεν αὐτοὺς τύπους γενέσθαι τοῖς ποιμνίοις. Ὑμεῖς ἐστε τοίνυν, φησὶ, οἱ τοῖς τῆς ἱερωσύνης ἀξιώμασι διαπρέποντες, οἱ φαυλίζοντες τὸ ὄνομά μου. Καὶ εἰ βούλεσθε μαθεῖν τοῦ φαυλισμοῦ τὸν τρόπον, ἀκούσεσθε διακεκραγότος· Ἐν τῷ προσφέρειν ὑμᾶς εἰς τὸ θυσιαστήριόν μου ἄρτους ἠλισγημένους. Εἰ δὲ δὴ λέγοιντο καὶ πρὸς τοῦτο πάλιν· « Τίνα δὴ τρόπον ἠλισγήσαμεν αὐτούς; » ἐρῶ πρὸς ὑμᾶς· Ὡς οἴεσθε μὲν ἴσως, μᾶλλον δὲ καὶ αὐτοῖς βοᾶτε πράγμασιν, ὅτι « Τράπεζα Κυρίου ἐξουδενωμένη ἐστίν. » Ἐπειδὴ δὲ ἕκαστα τῶν εἰρημένων ἀναμηρύσασθαι χρὴ, καὶ διερμηνεῦσαι σαφῶς, φέρε λέγωμεν, τί ποτε ἄρα βούλεται δηλοῦν ὁ ἄρτος ὁ ἠλισγημένος. Ἠλισγημένον μὲν οὖν τὸν μεμολυσμένον, ἤγουν τὸν ἀκάθαρτον ὀνομάζει. Εἰδέναι δὲ ἀναγκαῖον, ὅτι κατά γε τὸ τῷ νομοθέτῃ δοκοῦν ἐπὶ ταῖς τελουμέναις θυσίαις καὶ ἄρτοι προσεκομίζοντο· πλὴν ἄζυμοί τε καὶ καθαροί· μόνην δὲ τὴν τῆς αἰνέσεως θυσίαν ἐπ' ἄρτοις ζυμίταις τελεῖσθαι προστέταχε. Καὶ τίς ὁ περὶ τούτων μυστικὸς ἂν γένοιτο λόγος, ἀποχρώντως ἐν ἑτέροις εἰρήκαμεν· ἀφηγήσομαι δὲ νῦν καὶ ἐν ἐπιδρομῇ, ὡς ἂν μὴ δοκοίην ὀκνηρὸς εἶναί τις ἔν γε τοῖς οὕτω λυσιτελεστάτοις. Οὐκοῦν ὁ μὲν ἄζυμος ἄρτος σημεῖον ἂν γένοιτο ζωῆς τῆς ἀζύμου καὶ καθαρᾶς. Οὕτω καὶ ὁ θεσπέσιος Παῦλος τοῖς ἐν πίστει δεδικαιωμένοις ἐπιστέλλει, λέγων· « Ὥστε ἑορτάζωμεν μὴ ἐν ζύμῃ

A tatem, pudore quodam illius offendendi resciderimus, accusationemque apud divinum tribunal nobiscum volutaverimus. « Omnes enim nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut recipiat unusquisque prout gessit in corpore suo, sive bona, sive mala [84]. »

VERS. 7. *Vos sacerdotes, qui despicitis nomen meum. Et dixistis : In quo despeximus nomen tuum ? Offerentes ad altare meum panes pollutos. Et dixistis : In quo polluimus eos? In eo quod dicitis : Mensa Domini polluta est, et superpositæ escæ sunt despectæ.*

VIII. Expostulat vehementer cum sacerdotibus ob socordiam, quibus et lex acclamat illud, « Religiosos facite filios Israël. » Subjecta enim multitudo pene B in omnibus principum bona exempla sequitur, nec mediocre detrimentum accipit, cum eos reverentiam erga Deum posthabere cernit. Statim enim eodem redigitur, et desidia in cultu divino simul languet, et ad magistrorum supinam negligentiam fingitur. Vera me dicere ex verbis Dei universorum patet: « Pastores stulte egerunt, et Dominum non exquisiverunt. Propter hoc non intellexit omnis grex, et dissipati sunt [85]. » Itaque in omnibus fere, qui ad divina altaria sacrificant cæteris ad vitam probatam inclamento sunt, si ex virtute vivere, et Deum modo quo convenit colere voluerint : ad nefanda autem et detestabilia studia duces, si præ aliis hujusmodi malis male habere conspiciantur. Hinc et divinus Petrus magistros sapienter admonuit, convenire, eos formam gregis fieri [86]. Vos igitur estis, C inquit propheta, qui sacerdotii dignitate conspicui, qui despicitis nomen meum. Et si modum despectionis audire vultis, audietis clamantem : « In eo quod offertis ad altare meum panes pollutos. » Quod si objiciant, « In quo polluimus eos? » dicam vobis : Quia putatis forte, vel potius ipsis rebus testamini, **825** mensam Domini despectam esse. Quoniam autem singula dictorum recolligere, et perspicue declarare oportet, age dicamus, quid sibi panis pollutus velit. Pollutum itaque contaminatum sive immundum nominat. Sciendum porro, ex voluntate legislatoris in sacrificiis quæ peragebantur etiam panes offerri solitos, sed azymos et puros : solum D autem sacrificium laudis in fermentatis peragi jussit [87]. De quibus quod mystice disseri possit, alibi satis docuimus, quæ nunc strictim repetam, ne in rebus longe utilissimis tædio captus videar. Panis ergo azymus, seu non fermentatus, signum esse queat vitæ non fermentatæ ac puræ. Atque ita etiam divinus Paulus in fide justificatis scribit : « Itaque epulemur non in fermento veteri, neque in fermento malitiæ et nequitiæ, sed in azymis sinceritatis et veritatis [88]. » Et iterum : « Expurgate vetus fermentum, ut sitis nova conspersio, sicut estis azymi [89]. » Hortatur item Christus sanctos apostolos his verbis : « Cavete a fermento Pharisæorum et Saddu-

[84] II Cor. v, 10. [85] Jerem. x, 21. [86] I Petr. v, 1-4. [87] Psal. xlix, 23. [88] I Cor. v, 8. [89] ibid. 7.

Digitized by Google

cærorum [60]. » Puræ igitur et sanctificatæ et azymæ vitæ hoc genus panis est symbolum. Offerebant igitur pro se, ut in typis adhuc et umbris, qui secundum legem panes azymos et azyma offerebant.

Quoniam autem catechumenos, et ita per sacrum baptisma nondum a peccato purgatos Ecclesiis non ejicimus cum Deum glorificamus : quin eos potius in consummando sacrificio laudis socios adsciscimus, ideo lex in fermentato illam, glorificationem puta, faciendam inquit, sicut dixi : veteris nequitiæ reliquias, quasi quoddam fermentum in se habentem significans, panem fermentatum per ænigma nondum baptismate purgatum. « Vos igitur sacerdotes estis, inquit, qui despicitis nomen meum, » dum ad altare meum panes pollutos offertis. Curandum ergo sacerdotio ornatis, ne quid tale in Ecclesia committatur, et tenendum accuratam observationem Deo gratam et jucundam accidere ; contra, socordiam in rebus tam venerandis magnam illi creare molestiam : nec id supine negligentes impune ferent. Et quomodo non miserabile est istud videre ? cum illi audiant : « Vos sacerdotes estis, qui despicitis nomen **826** meum. » Est enim quidam contemptus Dei sacerdotum segnities, et peccatum illud gloriæ ipsi tribuendæ ac debitæ adversatur.

VERS. 8. *Quia si offeratis cæcum in sacrificium, nonne malum ? Et si offeratis claudum, aut languidum, nonne malum ? Offer illud duci tuo, si suscipiet te, si accipiet faciem tuam, dicit Dominus omnipotens.*

IX. Cum lex mandaret [61] victimarum vitia considerare, et mutilas seu membris captas repudiare, ex omni parte integras sacrificare, illi eo tempore citra delectum, et nullo discrimine, cuncta offerebant, et gloriæ Deo dignæ ratio omnino exigua ducebatur : ut autem quam plurimas victimas congregarent, et copiam arietum domi, ac fortasse in ipso tabernaculo haberent, in eo plurimum operæ ac studii consumebatur. An igitur, o præclari legum custodes, si quis cæcum ad sacrificium obtulerit, hoc sacrificium vitiosum non est ? Quod si claudum, aut languidum, num se a crimine mutilatæ victimæ tueri poterit ? An non istiusmodi mala et ad sacrificium inepta censebitis ? Sin aliter apud animos vestros statuitis, age quispiam pro xenio, et in loco muneris uni suorum gubernatorum offerat. Atqui non suscipiet, inquit, nec offerentis faciem reveritus illud offerendum fuisse judicabit, vehementerque, ut injuria lacessitus, irascetur. Est itaque a ratione prorsus alienissimum, Deo audere offerre quæ nec nostrum aliquis dignaretur accipere. Magnum hoc nobis peccatum est, si oblaturi Deo, quæramus miseri quod fœdius, aut vilius est : non

παλαιᾶ, μηδὲ ἐν ζύμῃ κακίας καὶ πονηρίας, ἀλλ' ἐν ἀζύμοις εἰλικρινείας καὶ ἀληθείας. » Καὶ πάλιν· « Ἐκκαθάρατε οὖν τὴν παλαιὰν ζύμην, ἵνα ἦτε νέον φύραμα, καθώς ἐστε ἄζυμοι. » Παρεγγυᾷ δὲ Χριστὸς ἀπὸ τῆς ζύμης τῶν Φαρισαίων καὶ Σαδδουκαίων. » σημεῖον ὁ ἄρτος. Προσεκόμιζον τοίνυν ἀνθ' ἑαυτῶν τε ἀζύμους καὶ ἄζυμα κατὰ τὸν νόμον.

Ἐπειδὴ δὲ καὶ τοὺς ἔτι κατηχουμένους, καὶ οὔπω τὴν ἁμαρτίαν ἐκνενιμμένους διὰ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος, οὐκ ἐκπέμπομεν τῶν Ἐκκλησιῶν δοξολογοῦντες Θεὸν, ποιούμεθα δὲ μᾶλλον κοινωνοὺς, τὴν τῆς αἰνέσεως πληροῦντες θυσίαν· ταύτῃτοί φησι καὶ ὁ νόμος, ἐπ' ἄρτοις ζυμίταις χρῆναι δρᾶν αὐτὴν, ἄρτον ζυμίτην λέγων αἰνιγματωδῶς τὸν οὔπω κεκαθαρμένον, ὡς ἔφην, διὰ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος, ἔχοντα δὲ ὥσπερ τινὰ ζύμην ἐν ἑαυτῷ τὰ τῆς ἀρχαίας φαυλότητος λείψανα. « Ὑμεῖς οὖν, φησὶν, οἱ ἱερεῖς, οἱ φαυλίζοντες τὸ ὄνομά μου, » διὰ τὸ πρόσφέρειν εἰς τὸ θυσιαστήριόν μου ἄρτους ἠλισγημένους. Χρὴ τοιγαροῦν φροντίδα ποιεῖσθαι τοὺς τὴν θείαν ἔχοντας ἱερωσύνην, μὴ ἄρα τι δρῷτο τοιοῦτον ἐν Ἐκκλησίᾳ· εἰδέναι τε, ὅτι ἡ μὲν ἀκριβὴς ἐπιτήρησις εὐφρανεῖ Θεὸν, καταλυπήσει δὲ λίαν τὸ ῥᾳθυμεῖν ἐλέσθαι τῶν οὕτω σεπτῶν. Ὅτι οὐκ ἀζήμιον τὸ χρῆμα τοῖς ὑπτιουμένοις πως; οὐ ταλαίπωρον ἰδεῖν, ἀκουόντων ἐκείνων· « Ὑμεῖς οἱ ἱερεῖς, οἱ φαυλίζοντες τὸ ὄνομά μου. » Φαύλισμα γὰρ ὥσπερ εἰς Θεὸν τῶν ἱερέων τὸ ῥᾴθυμον, καὶ εἰς τὴν αὐτῷ πρέπουσάν τε καὶ ὀφειλομένην δόξαν ἀναφέρεται τὸ πλημμέλημα.

*Διότι ἐὰν προσαγάγητε τυφλὸν εἰς θυσίας, οὐ κακόν; καὶ ἐὰν προσαγάγητε χωλὸν ἢ ἄῤῥωστον, οὐ κακόν; Προσάγαγε δὴ αὐτὸ τῷ ἡγουμένῳ σου, εἰ προσδέξεταί σε, εἰ λήψεται πρόσωπόν σου, λέγει Κύριος παντοκράτωρ.*

Θ'. Μωμοσκοπεῖν τοῦ νόμου τὰ ἱερεῖα προστάττοντος, καὶ ἀπόβλητον μὲν ποιεῖσθαι τὰ ἔμπηρα, καθιεροῦν δὲ τὰ ἄμωμα, προσεκόμιζον τῷ θυσιαστηρίῳ κατ' ἐκεῖνο τοῦ καιροῦ πάντα χύδην καὶ ἀδιακρίτως, καὶ τῆς μὲν πρεπούσης δόξης τῷ Θεῷ ὀλίγος ἦν παντελῶς ὁ λόγος· φροντὶς δὲ λίαν ἐσπουδασμένη, τὸ πλεῖστα ὅσα συναγείρειν θύματα, καὶ κριῶν ἀφθονίαν οἴκοι τε ἔχειν, καὶ ἐν αὐτῇ που τάχα τῇ ἁγίᾳ σκηνῇ. Ἆρ' οὖν, ὦ τοῦ νόμου φύλακες, εἴ προσάγει τις τυφλὸν εἰς θυσίαν, οὐ κακὸν τὸ θῦμα; εἰ δὲ δὴ καὶ χωλὸν ἢ ἄῤῥωστον, τὸν τῆς ἐμπηρίας διαφεύξεται μῶμον; Οὐ γὰρ δὴ καὶ τὰ τοιάδε λογιεῖσθε κακὰ, καὶ πρὸς θυσίαν οὐκ ἐπιτήδεια; Ἀλλ' εἴπερ οἴεσθε κατὰ σφᾶς οὐχ ὧδε ἔχειν, ἀποφερέτω τις αὐτὰ ξένιον, καὶ ἐν δώρου τάξει τῶν καθηγητῶν ἑνί. Ἀλλ' οὐκ ἂν προσδέξαιτο, φησὶ, οὐδ' ἂν τὸ τοῦ προσκομίζοντος πρόσωπον αἰδεσθείς, οἰστὸν τὸ χρῆμα ποιήσαιτο, χαλεπανεῖ δὲ λίαν ὡς ὑβρισμένος. Ἔστι τοίνυν τῶν ἄγαν ἐκτοπωτάτων, Θεῷ προσφέρειν ἀποτολμᾶν, ἃ μηδ' ἂν εἷς τῶν καθ' ἡμᾶς ἕλοιτο λαβεῖν. Πολὺ τοῦτο παρ' ἡμῖν τὸ πλημμέλημα· εἰ γάρ τι μέλλοιμεν προσκομίζειν Θεῷ, ὡς ἂν ἔχοιμεν τὰ αἰσχίω, καὶ δεύτερα ζητοῦμεν οἱ τάλανες, οὐκ ἐννοοῦντες, ὅτι καὶ

[60] Matth. xvi, 6. [61] Levit. xxii, 21 seqq.

Digitized by Google

Καὶν θυσίαν οὐκ ἐποιεῖτο δεκτὴν, ὅτι προσεκόμιζε μὲν οὐκ ὀρθῶς, ἑαυτῷ μὲν τὰ πρῶτα καὶ ἐξαίρετα τετηρηκὼς, τιμᾷν δὲ νομίσας τοῖς δευτέροις Θεόν. Ἀλλ' οὐ προσέσχεν αὐτοῦ ταῖς θυσίαις ὁ τῶν ὅλων Θεός. Οὐ γὰρ λογιεῖται τιμὴν τῶν προσφερόντων τὸ ῥᾳθυμον.

Ἀπαράδεκτά γε μὴν ὁ νόμος εἰς θυσίαν ἐποιεῖτο τὰ τυφλὰ τῶν θρεμμάτων, καὶ μὴν τὰ χωλά τε καὶ ἀῤῥώστα, τοῦ μὲν τυφλοῦ σημαίνοντος αἰνιγματωδῶς τοὺς τον θεῖον οὐκ ἔχοντας φωτισμὸν ἐν καρδίαις· τοῦ δὲ χωλοῦ, τοὺς οὐκ εἰδότας ὀρθοποδεῖν ἐν ἀγαθοεργίαις· τοῦ γε μὴν ἀῤῥώστου, τοὺς μὴ λίαν εὐσθενῶς, ἐκλύτως δὲ ὥσπερ καὶ κατημελημένως τὴν ὑπὸ Θεοῦ πληροῦντας δουλείαν. Ἔφη δέ που καὶ διὰ φωνῆς προφήτου· « Οὐαὶ οἱ ποιοῦντες τὸ ἔργον Κυρίου ἀμελῶς. » Χρὴ τοιγαροῦν ἡμᾶς πεφωτισμένον μὲν ἔχειν τὸν νοῦν, ὀρθοποδοῦντα δὲ καὶ ἰσχύοντα. Τότε γὰρ ἐσόμεθα δεκτοί τε καὶ ἱεροὶ παρὰ τῷ φιλαρέτῳ Θεῷ.

A cogitantes quo pacto Caini sacrificium repudiaverit, quoniam sinistre offerebat, cum sibi prima et præcipua reservaret, et deterioribus Deum se honoraturum putaret. Verum universorum Deus ad sacrificium ejus non respexit [63]. Non enim offerentium negligentiam sibi honori ducit.

Porro lex cæca animalia a sacrificio excludebat, ut etiam clauda et morbida : cæco per ambagem significante divinam illuminationem in cordibus non habentes : claudo, nescientes in bonis operibus recta incedere : languido vero, seu infirmo, non admodum firmiter et constanter, sed quasi dissolute et oscitanter Deo servientes. Ait et per prophetam alicubi : « Væ qui facitis opus Dei negligenter [64]. »

B **827** Quare mentem illuminatam, recte gradientem et robustam habeamus necesse est. Tunc enim Deo virtutis amanti accepti et sacri erimus.

*Καὶ νῦν ἐξιλάσκεσθε τὸ πρόσωπον τοῦ Θεοῦ ὑμῶν, καὶ δεήθητε αὐτοῦ. Ἐν χερσὶν ὑμῶν γέγονε ταῦτα· εἰ λήψομαι ἐξ ὑμῶν πρόσωπα ὑμῶν, λέγει Κύριος παντοκράτωρ.*

Vers. 9. *Et nunc placate faciem Dei vestri, et deprecamini eum. In manibus vestris facta sunt hæc : si susciptam facies vestras, dicit Dominus omnipotens.*

Ι'. Καλεῖ πρὸς μετάγνωσιν τοὺς ἠσεβηκότας, καὶ τὴν ἐπὶ τοῖς πεπαρῳνημένοις ὀργὴν προσαποσείεσθαι δεῖν εὖ μάλα φησὶ, ταῖς εἰς τὰ ἀμείνω μεταβολαῖς. Καὶ γάρ ἐστιν ἀγαθὸς, « Καὶ ἀνορθῶν τοὺς κατερραγμένους, καὶ ἰώμενος τὸ συντετριμμένον, καὶ ἐπιστρέφων τὸ πεπλανημένον. » Λέγων δὲ τὸ, « Ἐξιλάσκεσθε τὸ πρόσωπον τοῦ Θεοῦ ὑμῶν, » ὑπεμφαίνειν ἂν, καὶ μάλα εἰκότως, ὡς ἀποστρέφεται Θεὸς τοὺς προσκρούειν αὐτῷ μὴ παραιτουμένους, καὶ ὅτι τῶν μὴ ζητούντων τὴν δόξαν αὐτοῦ τοὺς ἰδίους ὥσπερ ὀφθαλμοὺς ἀποφέρει, μήτε φειδοῦς, ἢ ἀγάπης, μήτε μὴν ἐποπτείας ἀξιῶν. « Ὀφθαλμὸς γὰρ Κυρίου ἐπὶ δικαίους, » κατὰ τὸ γεγραμμένον. Ἔφη δὲ καὶ πρός τινας τῶν ἀλιτηρίων διὰ φωνῆς Ἡσαΐου· « Ὅταν τὰς χεῖρας ἐκτείνητε πρός με, ἀποστρέψω τοὺς ὀφθαλμούς μου ἀφ' ὑμῶν. Καὶ ἐὰν πληθύνητε τὴν δέησιν, οὐκ εἰσακούσομαι ὑμῶν· αἱ γὰρ χεῖρες ὑμῶν αἵματος πλήρεις. » Χρὴ τοιγαροῦν ἐξιλάσκεσθαι τοὺς ἡμαρτηκότας, εἰ δή πως ἄρα μεταστρέψειεν ἐφ' ἑαυτοῖς τὸ πρόσωπον τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐκ τῆς ἀποστροφῆς ἐσόμενα ἀποκρούσαιντο βλάβη. Καθορίζει γὰρ τῶν ἱερουργῶν τὸ πλημμέλημα, καὶ ἀναιρεῖ τὴν ἄρνησιν. Οὐ γὰρ ἂν ψευδοεπήσῃ, λέγων· « Ἐν χερσὶν ὑμῶν γέγονε ταῦτα. » Μονονουχὶ γὰρ, φησὶ, ἑτέρων ἡμαρτηκότων, ὑμεῖς σεσιγήκατε, ἀλλ' οἷον αὐτόχειρες ὑμεῖς αὐτοὶ γεγόνατε τῶν εἰς ἐμὲ δεδυσσεβημένων, καὶ τῆς ὑμῶν ῥᾳθυμίας εἶεν ἂν τὰ ἐγκλήματα μεσολαβοῦντος οὐδενός. Πλὴν εἰ καί τινες ἐκδεδίασι τυχὸν τὸ[ν] ποιεῖσθαι πρὸς ὑμᾶς τοὺς περὶ τούτων ἐλέγχους, ἀλλ' οὖν οὐκ ἔσομαι καὶ αὐτὸς καθὰ καὶ εἷς ἐξ ὑμῶν, οὐδ' ἂν λάβοιμι πρόσωπον τῶν ἠσεβηκότων. Ὅμοιον τούτου τὸ διὰ φωνῆς τοῦ Δαβὶδ· « Ὑπέλαβες ἀνομίαν

X. Impios ad pœnitentiam invitat, et mutatione in melius, iram divinam, propter illatam ipsi Deo contumeliam, amoliendam justissime pronuntiat. Bonus est enim Deus, « Et erigit elisos [65], et sanat contritos corde [66], et quod erraverat reducit [67]. » Dum dixit : « Placate faciem Dei vestri, » subostendit Deum, et quidem merito, aversari ipsum offendere non refugientes, et a gloriam suam non quærentibus, velut aspectum avertere, nec eos indulgentia, aut charitate, aut inspectione complecti. « Oculi enim Domini super justos [68], » ut scriptum est. Et ad quosdam scelestos voce Isaiæ ait : « Cum extenderitis manus, avertam oculos a vobis. Et cum multiplicaveritis orationem, non exaudiam vos : manus enim vestræ sanguine plenæ sunt [69]. » Propitiare igitur Deum sibi peccatores debent, si forte faciem ejus ad se convertant, et quæ ex ejus aversione sibi noxia imminebant, ea a capitibus suis arceant. Definit enim, et quale fuerit peccatum sacerdotum demonstrat, et inficiationem præcidit. Nec enim mentitur cum ait : « In manibus vestris hæc facta sunt. » Non modo enim aliis peccantibus vos silentistis, inquit, sed in me impie designata velut manibus vestris perpetravistis, eaque vestræ dissolutionis placula sunt, cum vestrum nemo obstaret. Quod si qui vos super his redarguere timuerunt, verum enimvero non ego quoque ut unus vestrum ero, nec peccatorum accipiam faciem. Simile illud Davidicum : « Cogitasti, inquit, iniquitatem, quod ero tui similis. Arguam te, et statuam ante faciem tuam peccata tua [69]. » Non enim novit personam judex : sed est sincerus et incorruptus tanquam Deus.

[63] Gen. IV, 3 seqq. [64] Jerem. XLVIII, 10. [65] Psal. CXLIV, 14. [66] Psal. CXLVI, 3. [67] Ezech. XXXIV, 16. [68] Psal. XXXIII, 16. [69] Isa. I, 15. [69] Psal. XLIX, 21.

Digitized by Google

ὅτι ἔσομαί σοι ὅμοιος. Ἐλέγξω καὶ παραστήσω κατὰ πρόσωπόν σου τὰς ἁμαρτίας σου. » Οὐ γὰρ οἶδε πρόσωπον ὁ κριτής, ἀλλ' ἔστιν εὐθὺς καὶ ἀδέκαστος ὡς Θεός.

VERS. 10. *Quia et in vobis claudentur ostia, et non accendetis altare meum gratis.*

Διότι καὶ ἐν ὑμῖν συγκλεισθήσονται θύραι, καὶ οὐκ ἀνάψετε τὸ θυσιαστήριόν μου δωρεάν.

**828** XI. Opportunissime, ut in prædictione, decus vitæ Christianæ interim præmonstrat, ut legis umbra, et veteri illo sacerdotio brevi desituris, et suo tempore veritatis sacerdotibus spiritualis cultus administris apparituris, Deique gloriam promptissime quæsituris. Clausum porro iri super ipsis ostia dicit: aut quia sacerdotes legis non adolebunt incensum: « Si enim clauserit contra hominem, inquit, quis aperiet[70]? » aut certe cum verius tabernaculum exhibitum fuerit, hoc est Ecclesia, quidam legale sacerdotium adhuc obeuntes, non intrabunt. Propter incredulitatem vero quasi exclusi, foris manebunt, et sancta non attingent. Illos enim sacerdotium amisisse ex verbis Dei per os Oseæ liquet: « Quia diebus multis sedebunt filii Israel non existente rege, neque exsistente sacrificio, neque exsistente altari, neque sacerdotio, neque manifestatione[71]. » Quocirca cultus legalis quasi terminum et sacerdotii secundum legem quamdam conclusionem indicat, ut quidem videtur, dum dicit, super ipsis ostia claudenda esse, Ecclesia eos non admittente: non enim amplius mactantur oves, cum jam rerum princeps et auctor Deus increentis sacrificiis honoretur. Quoniam vero addit: « Non accendetis altare meum gratis, » dicimus hoc morate prolatum. Vult enim his docere, ad sacerdotium et ad ignem altari imponendum vocatos esse non ut ejus a quo vocati sunt gloriam minuant: sed ut eam quibus decet modis colentes, sacerdotii quoque præmia percipiant. Ast illi tam venerabilia studia pro nihilo putantes, neque reverentia sacrificii deterriti, quo minus Deum læderent, jure de reliquo pœnas expendent. Meritissimo namque non in parvo crimine ponendum est, communionem a Deo donatorum aspernari, honoresque ab ipso collatos inconsultissime respuere. Itaque terrenus et profanus appellatus est Esau, quoniam propter escam primitiva sua vendidit[72]. Quare cum dicit: « Non accendetis altare meum gratis, » monet sacerdotium suo præmio non frustrari: nec tamen suo quoque carere supplicio, nisi quis illud quo par est modo et ratione usurpaverit. Sciendum Hebræorum editionem alium sensum reddere, alio verborum contextu. Inquit enim: Vos et **829** Levitæ et sacerdotes qui extremum in templo locum obtinent, a vobis constituti, ut ostia claudant, non accendetis altare meum gratis, hoc est, sine mercede non servitis, sive sacerdotio non fungimini, cum populus decimas, et primitias, et dona gratiarum actoria vobis offerat. Quoniam ergo divina in minimis numerastis, et potiora ac prævertenda non curastis,

(1) *Σκανδαλιστέον*. Fragmentum hoc cum tribus sequentibus edidit Ang. Mai in *Bibl. nova Patrum*, II, 478.

Digitized by Google

οὐδὲν ἕτερον ἂν εἴη λοιπὸν, ἢ μετασχεῖν βασιλείας Θεοῦ. A

*Κυρίλλου ἐκ τοῦ αὐτοῦ εἰς τὸ ῥητόν· « Καὶ ὃς ἂν εἴπῃ λόγον κατὰ τοῦ Υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου, ἀφεθήσεται αὐτῷ. »*

Ἄῤῥητον ἔχων τὴν ἐκ Θεοῦ Πατρὸς γέννησιν, διά τε τοῦτο ὑπάρχων Θεὸς κατὰ φύσιν ὁ Μονογενὴς, τὴν ἀνθρωπείαν ὑπέδυ μορφὴν, καὶ γεγένηται καθ' ἡμᾶς ἐκ γυναικὸς, καὶ γέγονεν ὑπὸ νόμον, καίτοι τοῦ νόμου Κύριος ὤν, καὶ κεχρημάτικεν δοῦλος ὁ πάντα ὑπὸ πόδας ἔχων καὶ ταῖς ἀνωτάτω δυνάμεσιν ἐποχούμενος· καὶ καθίκετο μὲν ἐν τῷδε τῷ κόσμῳ, δύναμιν μὲν ἔχων τὴν αὐτῷ πρεπωδεστάτην, κατακρύπτων δ' οὖν ὅμως τῆς ἰδίας φύσεως ἀξίωμα ταῖς ἀνθρωπίναις σμικροπρεπείαις, καὶ τῇ τῆς σαρκὸς B περιβολῇ. Κενώσεως γὰρ ἦν καιρὸς, καὶ τῆς τοῦ δούλου μορφῆς τὸ καθ' ἡμᾶς ἐδεῖτο μυστήριον, ἵνα καὶ τὸν τίμιον ὑπὲρ ἡμῶν ὑπομείνῃ σταυρὸν, καὶ τῷ ἰδίῳ θανάτῳ τῆς ἰδίας σαρκὸς τὸν ἁπάντων κτείνῃ θάνατον. Ἀναγκαία τοιγαροῦν ἡ κένωσις, καὶ ὁ τῆς ἀδοξίας καιρὸς τῆς διὰ τὴν σάρκα. Καὶ ἦν διὰ τοῦτο παρὰ πολλοῖς ἀσυμφανὲς τὸ μυστήριον.

*Κυρίλλου ἐκ τοῦ αὐτοῦ.*

Εἶτα πῶς ἔτι νοηθείη ἄν, κατά γε τὸν εἰκότα λογισμὸν, φυσικὸν ἐν ἡμῖν ἢ τὸ ἀγαθὸν ἢ τὸ φαῦλον, καὶ οὐχὶ δὴ μᾶλλον ἐθελούσιον καὶ ἐν προαιρέσει τῇ ἑκάστου κείμενον; εἴπερ οὔσης μιᾶς τῆς ἀνθρώπου φύσεως, καὶ ἕνα κατὰ παντὸς τοῦ γένους ἐχούσης ὅρον, οἱ μὲν εἰσὶν ἀγαθοὶ τὴν ἕξιν, πονηροὶ δὲ ἕτεροι· διαφέρειν δὲ οὐδαμῶς ἡ ἀνθρώπου φύσις ὡς C πρὸς ἰδίους ὁρᾶται λόγους, οὐδὲ μαχομένην ἔχει τοῖς ἑαυτῆς ἰδιώμασι τὴν κατασκευήν.

Ὅταν τις εἰς ἄνθρωπον ἡμάρτανε, δυνατὸν ἦν ὑπὲρ αὐτοῦ παρακαλέσαι τὸν Θεόν· ὅταν δὲ εἰς αὐτὸν οἱ ἄνθρωποι ἐβλασφήμουν, οὐκ ἐξῆν παρακαλέσαι ὑπὲρ αὐτῶν. Πλὴν ἐπειδὴ ὡς ἄνθρωπος ὁρώμενος ὁ τοῦ Θεοῦ Υἱὸς, εἰ καὶ φύσει Θεὸς ἦν, οὐ πάνυ τι τοῖς ἀσυνέτοις ἐγνωρίζετο, δίδωσιν ἔσθ' ὅτε τοῖς ἐξ ἀγνοίας ἁμαρτάνουσιν εἰς αὐτὸν συγγνώμην· τοῖς δὲ εἰς τὸ Πνεῦμα, διηνεκῆ λέγει τὴν κόλασιν ἐπάγεσθαι (Πνεῦμα λέγων ὁλόκληρον τὴν τῆς Τριάδος Θεότητα)· πλὴν δίδοται τοῖς μετανοοῦσι διὰ τῆς τοῦ Πνεύματος χάριτος συγγνώμη. Ἀλλὰ τὸ μέγεθος θέλων δεῖξαι ὁ Χριστὸς τοῦ ἁμαρτήματος, οὕτως εἶπεν· ἐπεὶ οὐκ D ἔστιν ἁμαρτία ἀσυγχώρητος παρὰ Θεῷ ἐν τοῖς γνησίως καὶ κατ' ἀξίαν μετανοοῦσι.

*Ὁ ἀγαθὸς ἄνθρωπος ἐκ τοῦ ἀγαθοῦ θησαυροῦ τῆς καρδίας ἐκβάλλει τὰ ἀγαθά· καὶ ὁ πονηρὸς ἄνθρωπος ἐκ τοῦ πονηροῦ θησαυροῦ ἐκβάλλει πονηρά.*

Ὅταν λέγῃ θησαυρὸν, τὸ πλῆθος ἐνδείκνυται τῶν ἐν τῇ ψυχῇ κειμένων· ἵνα δὲ μὴ εἴπωσί τινες, ὅτι φύσει πεφύκαμεν πονηροὶ οἱ ἄνθρωποι, ἐπὶ τῶν Φαρισαίων τοῦτο ἐδήλωσεν, ὅτι δυνατὸν [τὸν] αὐτὸν καὶ ἕνα ἄνθρωπον ποτὲ μὲν ἀγαθὸν γενέσθαι, ποτὲ δὲ κακὸν, λέγων· Ὁ ἀγαθὸς ἄνθρωπος ἐκ τοῦ περισσεύματος τῆς καρδίας αὐτοῦ λαλεῖ, ὁμοίως καὶ ὁ κακός.

Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτοῖς· Γενεὰ πονηρὰ

Nam participes nos fieri Spiritus, nihil aliud porro erit, quam regnum Dei participare.

*Cyrilli ex eodem libro super illud : « Quicunque dixerit verbum contra Filium hominis, remittetur ei* (*Matth.* XII, 32). »

Qui ineffabilem sortitus est a Patre Deo nativitatem, ideoque Deus homogeneus naturaliter est, humanam subiit figuram, factus sub lege, quanquam legis Dominus esset : et ad servilem conditionem se demisit, qui omnia pedibus supposita habebat, et a supernis virtutibus gestabatur : venitque in hunc mundum, virtutem quidem sibi convenientissimam habens, dignitatem nihilominus naturæ suæ celans humanis parvitatibus et carnis indumento. Erat enim exinanitionis tempus ; **36** egebatque servi specie mysterium propter nos peragendum, ut et venerandam pro nobis pateretur crucem, et suæ carnis morte universalem mortem perimeret. Necessaria itaque fuit exinanitio et ignominiæ per carnem occasio. Quamobrem multis erat obscurum mysterium.

*Cyrilli ex eodem libro.* (*Matth.* XII, 33.)

Deinde quomodo justo certe ratiocinio cogitari poterit naturale esse nobis bonum vel malum, et non voluntarium potius atque in cujusque electione positum ? quandoquidem una hominis exsistente natura, unumque in universo genere modulum habente, alii quidem bonis moribus sunt, alii pravis. Neque ideirco hominis natura adversus propriam rationem dissidere cernitur, neque pugnantem habere cum suis proprietatibus constitutionem.

Quando quispiam in hominem peccavit, Deum pro se potest invocare ; cum vero in eum blasphemias protulerint, non licet invocare pro se. Cum itaque homo videretur Dei Filius, etsi natura Deus esset, non admodum sine intellectu exsistentibus innotescebat, veniam itaque ex ignorantia in sese peccantibus largitur ; eos vero, qui in Spiritum sanctum peccant, perpetuum dicit manere supplicium (Spiritum dicens totam Trinitatis Deitatem) ; datur tamen pœnitentibus per Spiritus gratiam remissio. Sed **37** magnitudinem volens Christus ostendere peccati, ita dixit; non enim est peccatum quod non remittat Deus, si legitime et ex dignitate pœnitentia agatur.

XII, 35. *Bonus homo de bono thesauro cordis profert bona, et malus homo de malo thesauro profert mala.*

Cum dicit thesaurum, multitudinem designat cogitationum voluntatumque in conscientia sitarum. Ne autem aliqui dicerent, natura malos esse homines, adversus Pharisæos declarat, fieri posse ut unus idemque homo, **38** modo bonus, modo malus sit. Cum sic dicat : Bonus homo ex abundantia cordis sui loquitur, similiter et malus.

39. *Ipse autem respondens dixit eis : Generatio prava,*

Digitized by Google

*et adultera signum quærit, et signum non dabitur ei, nisi signum Jonæ prophetæ.*

Neque enim Patri crediderunt, et etiam ab ipso Christo desciverunt jam desponsante sibi et conjungente humanitatem, juxta illud quod dictum est : « Et desponsabo te mihi in sæculum [23]. » Adhæserunt autem Satanæ, spiritualia **39** fornicationis modum admittentes. Ostendit se ipsum rursus Patri æqualem, quandoquidem Judaicam gentem inde quoque adulteram fieri ait, quod sibi non credat. Mox injuria lacessitus quid ait ? « Et signum non dabitur ei, nisi signum Jonæ prophetæ. »

*καὶ μοιχαλὶς σημεῖον ἐπιζητεῖ, καὶ σημεῖον οὐ δοθήσεται αὐτῇ, εἰ μὴ τὸ σημεῖον Ἰωνᾶ τοῦ προφήτου.*

Οὔτε γὰρ τῷ Πατρὶ ἐπίστευσαν, καὶ αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ ἀπέστησαν. Τοῦ μνηστευσαμένου τὴν ἀνθρωπότητα καὶ νυμφευσαμένου, κατὰ τὸ εἰρημένον· « Καὶ μνηστεύσομαί σε ἐμαυτῷ εἰς τὸν αἰῶνα. » Προσεκολλήθησαν δὲ τῷ Σατανᾷ, τὸν τῆς νοητῆς πορνείας τρόπον ἀποτελοῦντες. Δείκνυσιν ἑαυτὸν πάλιν τῷ Πατρὶ ἴσον· εἶγε καὶ τὸ μὴ πιστεῦσαι αὐτῷ μοιχαλίδα ποιεῖ. Εἶτα ὑβρίσας, τί φησι ; « Καὶ σημεῖον οὐ δοθήσεται αὐτῇ, εἰ μὴ τὸ σημεῖον Ἰωνᾶ τοῦ προφήτου. »

XII, 43. *Cum autem immundus spiritus exierit ab homine, ambulat per loca inaquosa quærens requiem, et non invenit.*

Ac jure merito. Cum enim quis semel ereptus malis ad meliorem frugem reversus non est, multo graviora prioribus patietur ; idcirco dixit, « non invenit requiem, » ut ostendat hujusmodi hominem necessario dæmonum insidiis **40** capiendum. Duo enim hic ad bonum incitamenta habuit, experientiam prioris mali et liberationis beneficium. Imo vero et tertium accedit : pejora patiendi commination. Verumtamen nullo eorum devenere meliores : inhabitabat ipsos spiritus nequam, et cum in Ægypto sacrificarent, Ægyptiis etiam moribus cum eis vivebant, ac legibus, plenique erant omni immunditia. Postquam per Moysen liberati sunt, legemque habuerunt pædagogum ad veri Dei cognitionis lucem vocantem, ejectus est profanus et immundus spiritus. Quia vero in Christum non crediderunt, rursus eos dæmonium invasit. Invenit enim cor eorum nudum ac vacuum ab omni pietate et quasi scopis mundatum, et inhabitavit in eis. Ut enim Spiritus sanctus, cum viderit cor hominis vacuum ab omni immunditie, et commoratur, et aulam suam collocat, et in eo requiescit, ita spiritus immundus animabus reproborum amat immorari.

*Ὅταν δὲ τὸ ἀκάθαρτον πνεῦμα ἐξέλθῃ ἀπὸ τοῦ ἀνθρώπου, διέρχεται δι' ἀνύδρων τόπων ζητοῦν ἀνάπαυσιν, καὶ οὐχ εὑρίσκει.*

Καὶ μάλα εἰκότως. Ὅταν γὰρ ἅπαξ τις ἐλευθερωθεὶς τῶν κακῶν μὴ σωφρονισθῇ, πολλῷ χαλεπώτερα πείσεται τῶν προτέρων. Διὰ γὰρ τοῦτο εἶπεν· « Οὐχ εὑρίσκει ἀνάπαυσιν, » ἵνα δείξῃ ὅτι πάντως καὶ ἐξ ἀνάγκης λήψεται τὸν τοιοῦτον ἡ τῶν δαιμόνων ἐπιβουλή. Καὶ γὰρ ἀπὸ δύο τούτων τὸν τοιοῦτον ἀγωνισθῆναι ἔδει, ἀπό τε τοῦ παθεῖν πρότερον, ἀπό τε τοῦ ἀπαλλαγῆναι. Μᾶλλον δὲ καὶ τρίτον πρόσεστιν, ἡ τοῦ χείρονα πείσεσθαι ἀπειλή· ἀλλ' ὅμως οὐδενὶ τούτων ἐγένοντο βελτίους. Ἦν αὐτοῖς ἔνοικον τὸ πονηρὸν πνεῦμα, καὶ ὅτε ἐν Αἰγύπτῳ ἐθήτευον, καὶ τοῖς Αἰγυπτίοις διαζῶντες ἔθεσί τε καὶ νόμοις, μεστοὶ ἦσαν πάσης ἀκαθαρσίας. Ἐπειδὴ διὰ Μωσέως λελύτρωνται, καὶ νόμον ἐσχήκασι παιδαγωγὸν πρὸς τὸ τῆς ἀληθοῦς θεογνωσίας καλοῦντα φῶς, ἀπελήλατο τὸ βέβηλον καὶ ἀκάθαρτον πνεῦμα. Ἐπειδὴ δὲ οὐ πεπιστεύκασιν εἰς Χριστὸν, πάλιν αὐτοῖς ἐπεδήμησε τὸ δαιμόνιον· εὗρε γὰρ αὐτῶν τὴν καρδίαν γυμνὴν, καὶ σχολάζουσαν ἀπὸ πάσης εὐσεβείας, καὶ οἱονεὶ σεσαρωμένην, καὶ κατῴκησεν ἐν αὐτοῖς. Ὥσπερ γὰρ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὅταν ἴδῃ καρδίαν ἀνθρώπου σχολάζουσαν ἀπὸ πάσης ἀκαθαρσίας, καὶ ἐναυλίζεται, καὶ κατοικεῖ, καὶ ἐπαναπαύεται ἐν αὐτῷ· οὕτω τὸ πνεῦμα τὸ ἀκάθαρτον, ψυχαῖς ἀνόμων ἐνδιαιτᾶσθαι φιλεῖ.

XIII, 3. *Et locutus est eis multa in parabolis dicens : Ecce exiit qui seminat, seminare.*

Idcirco in Parabolis loquitur Christus, ut ostendat sese esse, de quo erant prophetiæ, ac de quo dixit David : « Aperiam in parabolis os meum [24]. » Quidam vero alius prophetarum dixit : « Ecce rex justus regnabit, et principes cum judicio regent, et erit homo abscondens sermones suos. »

*Καὶ ἐλάλησεν αὐτοῖς πολλὰ ἐν παραβολαῖς, λέγων· Ἰδοὺ ἐξῆλθεν ὁ σπείρων τοῦ σπείρειν.*

Διὰ τοῦτο ἐν παραβολαῖς λέγει ὁ Χριστὸς, ἵνα καὶ διὰ τούτων δείξῃ ὅτι αὐτὸς ἦν ὁ προφητευθεὶς, περὶ οὗ εἶπεν ὁ Δαβίδ· « Ἀνοίξω ἐν παραβολαῖς τὸ στόμα μου. » Ἕτερος δέ τις τῶν προφητῶν ἔφη· « Ἰδοὺ βασιλεὺς δίκαιος βασιλεύσει, καὶ ἄρχοντες μετὰ κρίσεως ἄρξουσι, καὶ ἔσται ὁ ἄνθρωπος κρύπτων τοὺς λόγους αὐτοῦ. »

**41** XIII, 12. *Qui enim habet, dabitur ei, et abundabit ; qui autem non habet, et quod habet auferetur ab eo.*

Qui dociles fuerint et bene parati ad perceptionem divinarum institutionum, in iis habitabit Spiritus sanctus, augens in ipsis dona sua. Qui vero

*Ὅστις γὰρ ἔχει, δοθήσεται αὐτῷ, καὶ περισσευθήσεται· ὅστις δὲ οὐκ ἔχει, καὶ ὃ ἔχει ἀρθήσεται ἀπ' αὐτοῦ.*

Τοῖς εὐμαθέσιν ἀνθρώποις, καὶ καλῶς διακειμένοις πρὸς παραδοχὴν θείων λόγων, ἐνοικισθήσεται τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, αὐξάνον ἐν αὐτοῖς τὰ χαρίσματα

[23] Osee II, 19. [24] Psal. LXXVII, 2. [25] Isa. XXXII, 1.

Digitized by Google

Τοῖς δὲ σπινθῆρα φωτὸς κεκτημένοις, καὶ τούτου ἀμελήσασι, σβεσθήσεται πάντως καὶ ἀρθήσεται ἀπ' αὐτῶν καὶ τὸ σμικρότατον ὃ πρότερον εἶχον. Τοῦτο δὲ Ἰουδαίοι πεπόνθασι λαβόντες φῶς ἐκ τοῦ νόμου, καὶ πολυπλασιάσαντες· ἀλλὰ καὶ τῆς ἀληθείας ἐλθούσης ἀμβλυωπήσαντες πρὸς αὐτὴν, ἀφῃρέθησαν ὃ ἐκέκτηντο. Ὑμῖν τοῖς πιστεύσασι, φησὶν, ἐδόθη ἡ χάρις· τοῖς δὲ λοιποῖς οὐδαμῶς· κἂν ἔχωσί τι φῶς, σβεσθήσεται αὐτοῖς, διὰ τὸ κεκτῆσθαι μὲν, μὴ ἐπιμελεῖσθαι δὲ αὐτοῦ. Ὁ γὰρ Θεὸς δίκαιος ὢν, δικαίας καὶ τὰς ἀντιδόσεις ποιεῖται.

A scintillam lucis unicam habuerint, et ipsam excitare neglexerint, in illis et ipsa exstinguetur prorsus, tolleturque ab eis illud ipsum minimum quod prius habuerant. **42** Id Judæis contigit. Hi enim cum lucem legis accepissent, nec eam bono ipsius usu multiplicassent, quinimo ad oborientem ultro ingeruntemque se veritatem voluntarie cæcutientes, suis se tenebris involvissent, illa ipsa quam prius obtinebant, exigua luce privati sunt. Vobis autem, inquit, qui credidistis, data est gratia : cæteris, non item ; sed et si lucis quemdam radium habuerint, exstinguetur ipsis, quod possessioni usum adjungere non curaverint. Justus enim Deus juste cuique quod meretur reddit.

Τὸ εἰπεῖν, « Μήποτε ἐπιστρέψω καὶ ἰάσομαι (1) αὐτοὺς, » ἐπιτεταμένην ἐμφαίνει δυστροπίαν· πλὴν καὶ ἐπισπωμένου ἐστὶν καὶ ἐρεθίζοντος· δείκνυσι γὰρ ὅτι ἐὰν ἐπιστρέψωσιν, ἰᾶται αὐτούς· διὰ γὰρ τὸ σωθῆναι αὐτοὺς, οὕτως λαλεῖ. Ἐπεὶ ἔδει αὐτὸν ὅλως μηδὲν λαλῆσαι, ἀλλὰ σιωπᾷν· πλὴν οὐ διὰ τὴν ἰδίαν δόξαν, ἀλλὰ διὰ τὴν αὐτῶν σωτηρίαν πάντα ποιεῖ.

B Hæc verba, « Ne forte convertam et sanem eos, » intensam significant perversitatem; sunt tamen allicientis et excitantis. Innuit enim, si modo conversi fuerint, se illos sanaturum; neque hæc dicit nisi propter illorum salutem : alioquin, nihil omnino ipsum dicere oportuit, sed tacere; verum non propter propriam gloriam, sed propter illorum salutem omnia agit.

Μακαρίζει οὖν αὐτοὺς, ὡς ἀκηκοότας τῆς τοῦ Υἱοῦ φωνῆς, καὶ ἀξιωθέντας τῆς αὐτοῦ θέας, δι' οὗ καὶ ἐν ᾧ τὴν τοῦ Πατρὸς καὶ Θεοῦ ἑώρων φύσιν νοητῶς, ὧν ἠξιώθησαν (2) οἱ πάλαι ἅγιοι, καὶ πληρεστάτην ἔσχον τὴν ἐπ' ἀγαθοῖς θυμηδίαν.

Beatos illos prædicat, ut qui audire vocem Filii et ejus visione frui digni habiti sint, per quem et in quo Dei Patris naturam videbant intelligibiliter; quod sanctis veteris Testamenti concessum non fuit, etsi plenissimam a bonorum possessione habuerint lætitiam.

*Ἄλλην παραβολὴν ἐλάλησεν αὐτοῖς.*

**43** XIII, 33. *Aliam parabolam locutus est eis.*

Μὴ θαυμάσῃς δὲ εἰ περὶ βασιλείας διαλεγόμενος, κόκκου καὶ ζύμης ἐμνήσθη· ἀνθρώποις γὰρ διελέγετο ἀπείροις καὶ ἰδιώταις, καὶ δεομένοις ἀπὸ τούτων ἐνάγεσθαι· οὕτω γὰρ ἦσαν ἀφελεῖς, ὡς καὶ μετὰ ταῦτα πάντα δεηθῆναι ἑρμηνείας πολλῆς.

C Ne mireris autem, si de regno disserens, sinapis et fermenti meminit; homines enim alloquitur ignaros et idiotas, quique his duci debeant : adeo enim erant simplices, ut post hæc omnia, magna etiam indigerent interpretatione.

*Καὶ βαλοῦσιν αὐτοὺς εἰς τὴν κάμινον τοῦ πυρός. Ἐκεῖ ἔσται ὁ κλαυθμὸς καὶ ὁ βρυγμὸς τῶν ὀδόντων.*

XIII, 50. *Et mittent eos in caminum ignis; ibi erit fletus et stridor dentium.*

Ὅτι δὲ οἰκουμενικὴ γέγονεν ἡ διὰ Χριστοῦ κλῆσις, αὐτὸς πιστώσεται λέγων ἐναργῶς· ὅτι τῶν εὐαγγελικῶν κηρυγμάτων τὸ λῖνον ἐκ παντὸς συνάγει γένους. Καὶ ὥσπερ οἱ τῆς τῶν ἰχθύων θήρας ἐπιστήμονες, καὶ θαλασσουργικὸν ἔχοντες ἐπιτήδευμα, χαλῶσι τὸ λῖνον οὐ διακρίνοντες, ἀλλ' ὅπερ ἐν τοῖς βρόχοις ἐνεπλήσθη, τοῦτο πάντη καὶ πάντως ἕλκουσιν εἰς γῆν· οὕτω καὶ ἡ θαυμαστὴ καὶ πολύπλοκος τῶν ἱερῶν μαθημάτων διδασκαλία, ἣν οἱ καλοὶ ἁλιευταὶ ἀπόστολοι ἔπλεξαν, ἐκ παντὸς ἕλκει γένους, καὶ συνάγει πρὸς Θεόν· συνάγει δὲ μέχρι καιροῦ, ὃς πληρωθήσεται κατὰ τὸν καιρὸν τῆς συντελείας, καθ' ὃν τοὺς σαγηνευθέντας, ἐκτὸς τοῦ βίου ἑλκύσαντες, οἱ ἐπὶ τούτῳ τεταγμένοι ἄγγελοι τοῦ Θεοῦ, τὴν πάντων διάκρισιν ποιήσονται, ἀφορίζοντες τοὺς πονηροὺς ἐκ μέσου τῶν δικαίων.

D Universalem fuisse Christi vocationem, ipse creditur expresse dixisse : quia evangelicarum prædicationum rete ex omni genere colligit. Et ut capturæ piscium guari, ac marino operi intenti, non discernentes rete laxant, sed quidquid laqueis irretitum est, hoc indiscriminatim et omnino in terram pertrahunt : ita quoque virtus prædicationis, et mirabilis et multifaria sacrorum dogmatum doctrina, quam boni piscatores apostoli contexuerunt, ex omni genere attrahit, et colligit ad Deum. Colligit autem usque ad tempus quod implebitur tempore consummationis, quando captos sagena, e vita extrahentes angeli ad hoc a Deo ordinati, omnium instituent discretionem, separantes malos de medio justorum.

*Ὁ δὲ εἶπεν αὐτοῖς· Διὰ τοῦτο πᾶς γραμματεὺς μαθητευθεὶς εἰς βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, ὁμοίός ἐστιν ἀνθρώπῳ οἰκοδεσπότῃ, ὅστις ἐκβάλλει ἐκ τοῦ θησαυροῦ αὐτοῦ καινὰ καὶ παλαιά.*

**44** XIII, 52. *Ille autem dixit eis : Ideo omnis scriba doctus in regno cœlorum, similis est homini patrifamilias, qui profert de thesauro suo nova et vetera.*

Γραμματεύς ἐστιν ὁ διὰ τῆς ἐπιμόνου ἀναγνώσεως τῶν Γραφῶν, τῆς τε Παλαιᾶς καὶ τῆς Νέας, θησαυρὸν

Scriba est, qui per constantem lectionem Scripturarum Novi et Veteris Testamenti, thesaurum co-

(1) Leg., cum N. T. Gr., ἐπιστρέψωσι καὶ ἰάσομαι.

(2) Lege ὧν οὐκ ἠξιώθ., et mox si καὶ πλήρ.

Digitized by Google

gnitionis sibi reponit. Ideo beatos dicit comprehendentes in se legalem et evangelicam disciplinam, ita ut promant ex thesauro suo nova et vetera : ut etiam alibi ait : « Mittam vobis sapientes et scribas. » Videsne quomodo Veterem non rejiciat, sed laudet legem, thesaurum eam vocans? Adeo ut quicunque divinarum Scripturarum ignari sunt, patresfamilias esse non possint ; neque divites, quicunque neque ipsi habent, nec ab aliis accipiunt, sed vident seipsos fame pereuntes : non tantum autem hi, verum etiam hæretici procul ab hac beatitudine sunt. Non enim proferunt nova et vetera; neque jam vetera habent, ideoque neque nova. Quamobrem igitur hi qui nova non habent, et Judæi, neque vetera habent, sed utrisque privati sunt, hæc enim sibi invicem colligata sunt et connexa. Audiamus igitur, quicunque lectionem Scripturarum negligimus, quale damnum patiamur, quantam pauperiem : non enim operum gubernationem accipimus, qui ipsas leges quibus gubernandi sumus nescimus. **45** Qui vero divites sunt, assidue vestimenta sua excutiunt, ne tinearum escæ fiant; nos autem, tineis pejorem videntes animæ nostræ officientem oblivionem, non insistimus libris, per quos anima ornatur.

A γνώσεως ἑαυτῷ ἀποθέμενος. Διὸ μακαρίζει τοὺς συνενεγκόντας ἐν ἑαυτοῖς νομικὴν παιδείαν καὶ εὐαγγελικήν, ὥστε ἐκβάλλειν ἐκ τοῦ θησαυροῦ νέα καὶ παλαιά· καθὼς καὶ ἀλλαχοῦ φησιν· « Ἀποστελῶ ὑμῖν σοφοὺς καὶ γραμματέας. » Εἶδες πῶς οὐκ ἐκβάλλει τὴν Παλαιάν, ἀλλὰ καὶ ἐγκωμιάζει, θησαυρὸν αὐτὴν καλῶν; Ὥστε ὅσοι τῶν θείων εἰσὶν ἄπειροι Γραφῶν, οὐκ ἂν εἶεν οἰκοδεσπόται, οὐδὲ πλούσιοι, ὅσοι μήτε αὐτοὶ ἔχουσι μήτε παρ' ἑτέρων λαμβάνουσιν, ἀλλὰ περιορῶσιν ἑαυτοὺς λιμῷ φθειρομένους· οὐχ οὗτοι δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ οἱ αἱρετικοὶ ἐκτός εἰσι τοῦ μακαρισμοῦ τούτου. Οὐ γὰρ ἐκβάλλουσι καινὰ καὶ παλαιά· οὐδὲ γὰρ ἔχουσι τὰ παλαιά, διὸ καὶ οὐδὲ καινά. Ὥσπερ οὖν οἱ καινὰ οὐκ ἔχοντες, ὡς Ἰουδαῖοι, οὐδὲ παλαιὰ ἔχουσιν, ἀλλ' ἑκατέρων ἐστέρηνται. Ταῦτα B γὰρ ἀλλήλοις συνδέδεται καὶ συμπλέκεται. Ἀκούσωμεν τοίνυν ὅσοι τῆς ἀναγνώσεως τῶν Γραφῶν ἀμελοῦμεν, ὅσην ὑπομένομεν βλάβην, ὅσην πενίαν· οὐ γάρ ποτε τῆς διὰ τῶν ἔργων ἐπιλαβόμεθα πολιτείας, οἱ μηδὲ αὐτοὺς τοὺς νόμους εἰδότες καθ' οὓς πολιτεύεσθαι χρή· ἀλλ' οἱ μὲν πλουτοῦντες συνεχῶς τινάσσουσιν αὐτῶν τὰ ἱμάτια, ὥστε μὴ σητόβρωτα γίνεσθαι. Ἡμεῖς δὲ σητὸς χαλεπώτερον ὁρῶντες τῇ λήθῃ λυμαινομένην ἡμῶν τὴν ψυχὴν, οὐκ ἐντυγχάνομεν βιβλίοις δι' ὧν καλλωπίζεται ἡ ψυχή.

XIII, 54. *Et veniens in patriam suam.*

Civitatem suam Nazaretum esse fatetur, quatenus videlicet definito in corpore erat, et carne tantummodo limitatus, is qui alioqui immensurabilis erat Deus. Nam quia Deus simul homoque est, modo quidem quatenus Verbum est de Patre effulgens, totus ceu talis in carne quoque intelligitur. Vicissim aliquando quatenus caro est, etiamsi naturaliter Verbum est, et in sua naturali unione consistens, ceu si totus homo esset, intelligi solet : ita ut divinitatis etiam attributa naturaliter applicentur ceu sine carne exsistenti qui in carne est; vicissimque humanitatis attributa assignentur quasi divinæ naturæ proprietates non habenti, etiamsi revera Deus suapte natura est. Igitur quatenus Deus intelligitur, nullum requietionis suæ locum habet, quia loco, circumscriptione, mensura figuraque omni excelsior est. Quatenus autem æque ac nos homo intelligitur, prorsus cum carne sua et in locis est, et propriam civitatem habuisse dicitur.

*Καὶ ἐλθὼν εἰς τὴν πατρίδα αὐτοῦ.*

Πόλιν (1) δὲ οἰκείαν ὁμολογεῖ τὴν Ναζαρὲτ, ὡς πεποσωμένος διὰ τὸ σῶμα, καὶ διὰ μόνην τὴν σάρκα μετρούμενος, καίτοι κατὰ φύσιν ἀμέτρητος ὢν ὡς Θεός· ἐπειδὴ γὰρ ἐν ταυτῷ Θεός τέ ἐστι καὶ ἄνθρωπος, ποτὲ μὲν ᾗ Λόγος ἐστὶν ἐκ Πατρὸς ἀναλάμψας, ὅλος ὡς τοῦτο ὑπάρχων νοεῖται μετὰ σαρκός· ποτὲ δὲ πάλιν ᾗ γέγονεν σὰρξ, καίτοι κατὰ φύσιν ὑπάρχων Λόγος, καὶ ἐν ταυτότητι (2) τῆς ἰδίας φύσεως ἐρηρεισμένος, νοεῖται πάλιν ὡς ὅλος ὢν ἄνθρωπος· ὡς καὶ τοὺς τῆς θεότητος αὐτῷ κατὰ φύσιν ἐναρμόζεσθαι λόγους, ὡς ἀσάρκῳ μετὰ σαρκός· καὶ τοὺς τῆς ἀνθρωπότητος, ὡς οὐκ ἔχοντι κατὰ φύσιν τὰ τῆς θεότητος ἴδια, καὶ εἰ Θεὸς κατὰ φύσιν ἐστίν· οὐκοῦν ᾗ μὲν νοεῖται Θεὸς, οὐδένα τῆς καταπαύσεως ἔχει τόπον· ἀνωτέρω γὰρ τόπου καὶ περιγραφῆς καὶ μέτρου καὶ σχήματος· ᾗ δὲ νοεῖται καθ' ἡμᾶς ἄνθρωπος, δῆλον ὅτι μετὰ σαρκὸς καὶ ἐν τόποις ἐστὶ, καὶ πόλιν ἰδίαν ἐσχηκέναι λέγεται (3).

XIV, 15. *Dimitte turbas.*

Quid illud *dimitte* sit, diligenter inquiramus. Quidam enim eorum qui Christum sequebantur et sub improborum parentum tenebantur potestate, ab iis liberari rogabant; alii vero ab aliis infirmitatibus

*Ἀπόλυσον τοὺς ὄχλους.*

Τί τὸ *ἀπόλυσον* ἐστὶν, ἐξετάσωμεν ἀκριβῶς. Οἱ μὲν τῶν ἀκολουθούντων τῷ Χριστῷ, πονηρῶν πατέρων συνεχόντων αὐτοὺς, ἀπαλλάττεσθαι παρεκάλουν· οἱ δὲ καὶ ἑτέρων ἀῤῥωστημάτων ἐζήτουν ἀπόθεσιν.

[45] Matth. xxiii, 34.

(1) *Πόλιν — ἐσχηκέναι.* Mai *B. N.* II, p. 480.

(2) Ταυτότης hoc loco nonnisi de duarum naturarum sub unica persona adunatione intelligi potest, cum centies alibi utriusque in Christo naturæ conservationem Cyrillus affirmaverit. Hujusmodi dictum aliud Cyrilli celebre fuit in ep. ad Succensum : *una est Dei Verbi incarnata natura.* Attamen vocabuli hujus ταυτότης causa, puto Monophysitas inter sua ex Cyrillo excerpta hoc etiam collocavisse.

(3) Admiremur adhuc in hoc egregio fragmento studium Cyrilli affirmandæ Verbi deitatis æternæ. Tulit utique Alexandria Arium; sed huic opposuit divina providentia ex ipsa urbe Alexandrina triumphales debellatores, Petrum martyrem, Alexandrum, (de quo nos postea), Athanasium, Cyrillum.

Digitized by Google

Ὡς οὖν εἰδότες οἱ μαθηταὶ, ὅτι κατανεύσας μόνον ἀποπεραίνει τοῖς κάμνουσι τὸ ποθούμενον, Ἀπόλυσον αὐτοὺς, φασὶν, οὐκ αὐτοὶ μᾶλλον ἀκηδιῶντες ὡς παρακούσαντος τοῦ καιροῦ, ἀλλὰ τῆς εἰς τοὺς ὄχλους ἀγάπης ἐχόμενοι, καὶ οἷον μελετῶντες ἤδη τὴν ποιμαντικὴν ἐπιστήμην, καὶ τοῦ κήδεσθαι λαῶν ἀρχόμενοι.

*Καὶ κελεύσας τοὺς ὄχλους ἀνακλιθῆναι ἐπὶ τοὺς χόρτους, λαβὼν τοὺς πέντε ἄρτους, καὶ τοὺς δύο ἰχθύας, ἀναβλέψας εἰς τὸν οὐρανὸν, εὐλόγησε, καὶ κλάσας ἔδωκε τοῖς μαθηταῖς τοὺς ἄρτους, οἱ δὲ μαθηταὶ τοῖς ὄχλοις.*

Τὸ τῆς οἰκονομίας μυστήριον πληρῶν ὁ Σωτὴρ εἰς τὸν οὐρανὸν ἀναβλέπει· καὶ γὰρ δούλου μορφὴν ἀνέλαβε, Θεὸς ὢν κατὰ φύσιν. Καὶ διὰ τῶν χειρῶν τῶν μαθητῶν δίδωσι τὰς τροφὰς τοῖς ὄχλοις τὴν τῶν ἁγίων αἰνιττόμενος πρὸς Θεὸν ἐγγύτητα. Διὸ οἱ μὴ τοιοῦτοι ἔξω ἑστήκασιν αὐτοῦ.

Ἵνα διὰ τρόπου παντὸς Θεὸς ὢν φύσει ἐπιγινώσκηται, πολυπλασιάζει τὸ βραχὺ, βλέπει τε εἰς οὐρανὸν, οἷον τὴν ἄνωθεν εὐλογίαν αἰτῶν. Ἐποίει δὲ τοῦτο οἰκονομικῶς δι' ἡμᾶς. Ἔστι μὲν γὰρ αὐτὸς πάντα πληρῶν, τῇ ἄνωθεν καὶ παρὰ Πατρὸς εὐλογίᾳ. Ἵνα δὲ μάθωμεν ἡμεῖς, ὅτι τραπέζης ἀρχόμενοι καὶ μέλλοντες ἄρτους διακλᾶν, Θεῷ προσάγειν ὀφείλομεν, ὑπτίαις ὥσπερ ἐνθέντες χερσὶ, καὶ τὴν ἄνωθεν εὐλογίαν ἐπ' αὐτοὺς καταφέρειν.

*Καὶ ἔφαγον πάντες, καὶ ἐχορτάσθησαν, καὶ ἦραν τὸ περισσεῦον τῶν κλασμάτων δώδεκα κοφίνους πλήρεις.*

Τὸ τῶν ἄρτων περισσεῦσαι τὰ κλάσματα, πληθύος ἀνδρῶν οὐκ ὀλίγης κατακορεσθείσης, πληροφορία σαφὴς ἂν γένοιτο, εἰ τῆς φιλοξενίας τὸ χρῆμα πλουσίαν ἔχει παρὰ Θεοῦ τὴν ἀντέκτισιν. Ἔξεστι δὲ ἰδεῖν τοῖς ἀρχαιοτέροις θαύμασι τὰ νέα συμβαίνοντα, καὶ μιᾶς ὄντα καὶ τῆς αὐτῆς δυνάμεως ἐνεργήματα. Ἔβρεξεν ἐν ἐρήμῳ τὸ μάννα τοῖς ἐξ Ἰσραήλ· ἀλλ' ἰδοὺ δὴ πάλιν ἐν ἐνδείᾳ τροφῆς κεχορήγησεν ἀφθόνως οἷον ἐξ οὐρανοῦ καθιεὶς αὐτήν. Τὸ γὰρ πολυπλασιάσαι τὸ βραχὺ, καὶ οἷον ἐκ τοῦ μηδενὸς τὴν οὕτω πολλὴν ἀποθρέψαι πληθὺν, οὐκ ἀπεικὸς ἂν εἴη τῷ πρώτῳ σημείῳ.

*Οἱ δὲ ἐσθίοντες ἦσαν ἄνδρες ὡσεὶ πεντακισχίλιοι, χωρὶς γυναικῶν καὶ παιδίων.*

Ἐκλεκτὸν ἀεὶ Θεῷ τὸ ἄῤῥεν, ὡς μαχιμώτατον, καὶ εἰς ἥβην ἐλθεῖν, ἤγουν εἰς εὐεξίαν πνευματικὴν, καὶ σπερματίζειν, καὶ τοὺς λοιποὺς διδάσκειν δυνάμενον, καὶ ἀναμετρεῖν εἰς μέτρον ἡλικίας τοῦ πληρώματος τοῦ Χριστοῦ ἰσχύον.

*Καὶ ἀπολύσας τοὺς ὄχλους ἀνέβη εἰς τὸ ὄρος κατ' ἰδίαν προσεύξασθαι. Ὀψίας δὲ γενομένης, μόνος ἦν ἐκεῖ.*

Προσεύχεται οὐχ ὡς δεόμενός τινος ὁ Θεὸς, ἀλλ' ὡς ἀρχιερεὺς τὰς ὑπὲρ ἡμῶν ἱκεσίας ποιούμενος· καίτοι καθ' ὃ νοεῖται καὶ ἔστι Θεὸς φύσει αὐτὸς χορηγῶν τοῖς ἁγίοις τὰ αἰτήματα. Εὔχεται δὲ ἕως

A liberationem. Tanquam igitur nossent discipuli fore, ut vel annuendo tantum laborantibus desiderata concederet, Dimitte eos, aiunt, non ipsi magis affecti molestia ut tempore importuno, sed acti sua in turbas charitate, et quodammodo meditantes jam curam **46** pastoralem, ac de populo solliciti esse incipientes.

XIV, 19. *Et cum jussisset turbas discumbere super fenum, accipiens quinque panes, et duos pisces, suspiciens in cœlum benedixit, et fregit, et dedit discipulis panes, discipuli autem turbis.*

Assumptæ humanitatis mysterium implens Salvator in cœlum suspicit : etenim servi formam sumpserat cum Deus esset natura [47]. Per manus porro B discipulorum dat escas turbis, sanctorum familiaritatem ad Deum commendans. Quare qui tales non essent, seorsim ab illo stabant.

Ut omnimodo, cum Deus esset natura, innotescat, multiplicat paucitatem, suspicit in cœlum tanquam ad supernam eorum benedictionem. Faciebat autem hoc secundum imbecillitatem naturæ assumptæ propter nos. Nam quatenus ipse in cœlo apud Patrem est, omnia implet superna ac Paterna benedictione, ut discamus nos incipientes vesci ac panes frangere, offerre prius eos ipsos Deo debere, supinis ad cœlum imponentes manibus; atque ita supernam **47** in ipsos benedictionem devocare.

XIV, 20. *Et manducaverunt omnes, et saturati sunt, et tulerunt reliquias duodecim cophinos fragmentorum plenos.* C

Illud autem, panum superesse fragmenta, tanta virorum multitudine saturata, confirmatio clara esse potest hospitalitatem copiosam a Deo consequi remunerationem. Videre autem licet antiquis miraculis hæc nova congruere, et unius ejusdemque virtutis esse opera. Manna pluit in deserto Israelitis; at ecce rursus in deserto, indigentibus alimento, copiose suppeditat, quasi ex cœlo illud deferens. Multiplicari enim **48** illam paucitatem, et quasi de nihilo tantam alere multitudinem, non absimile erat priori signo.

XIV, 21. *Manducantium autem fuit numerus quinque millia virorum, exceptis mulieribus et parvulis.* D

Electum Deo semper genus masculinum, quippe pugnacissimum, et quod ad perfectam ætatem venire possit, videlicet spiritualem habitum, ac reliquos docere, et coæquare in mensuram ætatis plenitudinis Christi [48] valens.

**49** XIV, 23. *Et dimissa turba ascendit in montem solus orare. Vespere autem facto, solus erat ibi.*

Orat, non prout aliquo indigens Deus, sed tanquam princeps Sacerdotum pro nobis supplicat: licet secundum quod intelligitur et est Deus natura, ipse sanctis postulata concedat. Orat autem usque

[47] Philipp. II, 6. [48] Ephes. IV, 13.

Digitized by Google

ad vesperam, ut ostendat non facile tædium illius nos subire debere, sed exspectandum esse, ac longanimitatem exhibendam : hic quidem igitur ascendit, ibique oravit. Discipuli vero iterum jactantur fluctibus ac hiemem velut ante sustinent, sed tunc quidem cum ipsum haberent in navi, id passi sunt, nunc secum exsistentes soli ; seorsim enim paulatim ad majora eos perducit animatque ut generoso animo omnia perferre discant. Propterea, cum primo quidem periclitarentur, aderat quidem, sed dormiebat, adeo ut paratus minime esset ad ferendum illis solatium. Nunc vero ad majora eos ducens, ne hoc quidem præstat, sed abit, et in medio mari permittit hiemem exsurgere, ut unde spem salutis exspectarent, **50** non haberent ; ac tota nocte eos jactari sinit, excæcatum, ut ego quidem arbitror, eorum cor excitans : ut tanto timore, quem et tempus et tempestas faciebant, perculsis majus sui desiderium ac firmiorem et assiduam memoriam conciperent. Ideo non statim eis adstitit.

A ἐσπέρας, ἵνα δείξῃ ὅτι οὐ χρὴ ἀψικόρως ἔχειν περὶ αὐτοῦ, ἀλλ' ὑπομένειν, καὶ μακροθυμίαν ἐνδείκνυσθαι (1). Ὁ μὲν οὖν ἀνέβαινεν ἐκεῖσε, καὶ προσηύχετο· οἱ δὲ μαθηταὶ κλυδωνίζονται πάλιν καὶ χειμῶνα ὑπομένουσιν οἷον καὶ πρότερον. Ἀλλὰ τότε μὲν ἔχοντες αὐτὸν ἐν τῷ πλοίῳ τοῦτο ἔπασχον, νυνὶ δὲ καθ' ἑαυτοὺς ὄντες μόνοι. Καὶ γὰρ ἠρέμα καὶ κατὰ μικρὸν ἐπὶ τὰ μείζονα αὐτοὺς ἀνάγει, καὶ ἐμβιβάζει εἰς τὸ φέρειν πάντα γενναίως· διὰ δὴ τοῦτο, ὅτε μὲν πρῶτον κινδυνεύειν ἔμελλον, παρῆν μὲν, ἐκάθευδε δὲ, ὡς μὴ ἕτοιμος δοῦναι τὴν παραμυθίαν αὐτοῖς· νυνὶ δὲ ἐπὶ μείζονα ἄγων αὐτοὺς ὑπομονήν, οὐδὲ τοῦτο· ἀλλ' ἄπεισι καὶ ἐν μέσῃ θαλάσσῃ συγχωρεῖ τὸν χειμῶνα διεγερθῆναι, ὥστε μηδὲ προσδοκῆσαί ποθεν ἐλπίδα σωτηρίας, καὶ ὅλην τὴν νύκτα ἀφίησιν αὐτοὺς κλυδωνίζεσθαι, διεγείρων αὐτῶν, ὡς οἶμαι, πεπωρωμένην τὴν καρδίαν. Καὶ γὰρ τοιοῦτον ὁ φόβος, ὃν μετὰ χειμῶνος καὶ ὁ καιρὸς ἐποίει· μετὰ δὲ τῆς κατανύξεως καὶ εἰς ἐπιθυμίαν μείζονα αὐτοὺς ἐνέβαλε τὴν ἑαυτοῦ, καὶ εἰς μνήμην διηνεκῆ· διὰ τοῦτο οὐκ εὐθεώς αὐτοῖς ἐπέστη.

B

*Θαρσεῖτε, ἐγώ εἰμι.*

Εἰπὼν (2), « Θαρσεῖτε, » τὴν πίστιν ἀπαιτεῖ· δι' ἧς ἕκαστος τῶν εἰλικρινῶς εἰς Χριστὸν πιστευόντων σώζεται· ἐπαγαγὼν δὲ, « Ἐγώ εἰμι, » λύει πάντα φόβον· Ἐγὼ γάρ, φησὶν, εἰμὶ, ὁ πάντα δυνάμενος ποιῆσαι.

XIV, 27. *Confidite, ego sum.*

Dicens, « Confidite, » fidem repetit per quam salvatur unusquisque in Christum sincere credentium ; addens vero, « Ego sum, » omnem timorem solvit : Ego enim, inquit, sum, ego qui omnia possum facere.

**51** XV, 7. *Irritum fecistis mandatum Dei propter traditionem vestram.*

*Ἠκυρώσατε τὴν ἐντολὴν τοῦ Θεοῦ διὰ τὴν παράδοσιν ὑμῶν.*

Accesserunt quidam Judæorum et consecrare voluerunt animas suas Deo, tanquam in figura quidem adhuc et in umbra ; secundum legem tamen confitentes, suorum ipsorum pretia sacerdotibus, ac divino altari afferunt : sed cupiebant quidem nonnulli hanc gloriam, sancti, inquam, esse ac sacri, divinumque anathema ; inopia autem pecuniarum cupiditatem hanc præscindebant. Adhortantibus autem eos, cum opus esset, ad hoc Scribis ac Pharisæis (admodum enim pecuniarum erant amantes), reverentiam in parentes prætendebant, vereque dicebant vix posse se sibi ipsis illisque necessaria suppeditare. Hi vero e contra suadere audebant, pro nihilo ducendas esse pecunias propter Deum, et si accederent parentes consuetum ab eis ministerium postulantes, dicendum esse docebant patri aut matri : « Munus est, quodcunque ex me tibi profuerit, » id est, Quodcunque a me acceperis, cognosce divino derogatum esse anathemati, et sacris pecuniis manus esse injectas. Consecravi enim memet Deo, et tanquam dono addixi. Parentes vero rerum sacrarum damnum veriti, legibusque de his latis perculsi, cum patientia hoc concoquebant, ac **52** religionem in Deum sibi fieri famis prætextum patiebantur, obmurmurantes forte etiam divino præcepto in suas opportuni-

C

Προσῆεσάν τινες τῶν Ἰουδαίων καὶ καθιεροῦν ἐσπούδαζον τῷ Θεῷ τὰς ἑαυτῶν ψυχὰς, ὡς ἐν τύπῳ μὲν ἔτι καὶ σκιᾷ· πλὴν κατὰ τὸν νόμον τὰς περὶ σφῶν αὐτῶν ὁμολογοῦντες τιμὰς τοῖς ἱερᾶσθαι λαχοῦσι, καὶ τῷ θείῳ προσεδρεύουσι θυσιαστηρίῳ· ἀλλ' ἦσάν τινες ἐφιέμενοι μὲν τῆς τοιᾶσδε δόξης, τοῦ ἡγιασμένοι εἶναι, φημὶ, καὶ ἱεροὶ, καὶ θεῖον ἀνάθημα· σπάνει δὲ χρημάτων ἀνακόπτοντες τὴν ἐπιθυμίαν. Προτρεπόντων δὲ αὐτοὺς ἐπὶ τὸ δεῖν εἶναι πρὸς τοῦτο τῶν Φαρισαίων καὶ Γραμματέων (ἐρασιχρήματοι οὗτοι λίαν), τὴν εἰς γονέας αἰδὼ προετείνοντο, καὶ ἀληθεύοντες ἔλεγον, μόλις δύνασθαι ἑαυτοῖς κἀκείνοις τὰ ζωαρκῆ πορίζεσθαι. Οἱ δὲ ἀναπείθειν ἐτόλμων παρ' οὐδὲν ἡγεῖσθαι τὸ χρῆμα διὰ τὸν Θεὸν, κἂν προσίοιεν οἱ γεγεννηκότες τὴν συνήθη παρ' αὐτῶν D ζητοῦντες ἐπικουρίαν, χρῆναι λέγειν ἐδίδασκον τῷ πατρὶ ἢ τῇ μητρὶ, ὅτι « Δῶρόν ἐστιν, ὅπερ ἂν ἐξ ἐμοῦ ὠφεληθῇς, » τουτέστιν, Ὅπερ ἂν ἐξ ἐμοῦ λάβοις, γνωσκε τὸ θεῖον παραβλάπτων ἀνάθημα, καὶ χρήμασιν ἱεροῖς τὰς χεῖρας ἐπάγων· ἀνατέθεικα γὰρ ἐμαυτὸν καὶ ὡς δῶρον ἐπήγγελμαι τῷ Θεῷ. Οἱ δὲ γονεῖς τὰ ἐκ τῆς ἱεροσυλίας δεδιότες βλάβη, καὶ τοὺς ἐπὶ τῷδε νόμους διαπεφρικότες διεκαρτέρουν οἰμώζοντες, καὶ τὴν εἰς Θεὸν εὐσέβειαν πρόφασιν αὐτοῖς γενέσθαι λιμοῦ διετείνοντο, κατακεχραγότες τάχα που καὶ τῆς θείας ἐντολῆς ἀδικούσης αὐτοὺς εἰς τὰ καιρικώτατα.

(1) Catena Crameri p. 118 addit : Διδάσκει δὲ καὶ τοῦτο· ὥστε ἐν ᾧ χρεία, ὀφείλομεν τὰ κοινωφελῆ λαλεῖν τοῖς ἐντυγχάνουσιν, καὶ μετὰ τὴν τοιαύτην διάλεξιν καὶ διδασκαλίαν, ἐπὶ τὴν προσευχὴν χωρεῖν.

(2) *Εἰπὼν — ποιῆσαι.* Cramer. p. 118. Verba ὁ πάντα δυνάμενος ποιῆσαι adduntur ex catena Vaticana.

Digitized by Google

« Διὰ τί τοίνυν, φησὶν, ἠκυρώσατε τὴν ἐντολὴν τοῦ A
θεοῦ, διὰ τὴν παράδοσιν ὑμῶν ; » Ἔδει γὰρ, ἔδει τι-
μᾷν τοὺς φύσαντας, οὐ τῆς εἰς Θεὸν εὐσεβείας ἕνεκα
ὧν ἐπ' αὐτοῖς καταλύειν νόμον. Οὐκοῦν οὔτε τῶν τῷ
Θεῷ πρεπόντων ἀμελητέον διὰ τὰ ἀνθρώπινα, οὔτε
μὴν εἰσάπαν τῶν ἀνθρώπων διὰ τὸν Θεὸν καταμελη-
τέον· ἀπονέμοντας δὲ μᾶλλον τὸ τῆς ἀγάπης ἐξαίρε-
τον τῇ πάντων ἀρχῇ, τουτέστι Θεῷ, καθάπερ ἐν τάξει
δευτέρᾳ καὶ γείτονι παρακομίζειν εὐθὺς, καὶ εἰς τοὺς
τῆς γενέσεως ὑπουργοὺς τὰς αὐτοῖς ὅτι μάλιστα πρε-
πούσας τιμάς.

*Οὕπω νοεῖτε.*

Τοὺς μαθητὰς γοῦν ἀσυνέτους ὁ Κύριός φησι περὶ
τὸ σῶμα στρεφομένους, ὥσπερ οἱ Φαρισαῖοι, καὶ μη-
δέπω διαβαίνοντας ἐπὶ τὸν ἔσω ἄνθρωπον. Βρώματα
οὖν, φησὶ, σώματος ἔχει πλήρωσιν, καρδίας δὲ οὐχ B
ἅπτεται. Τὸ δὲ καρδίας μὴ ἐφαπτόμενον, οὐ δύναται
κοινῶσαι τὸν ἄνθρωπον τὸν ἀληθινὸν, ἢ μὴ καθαρὸν
ἀπεργάσασθαι.

*Γενηθήτω σοι ὡς θέλεις.*

Εἰπὼν (1) δὲ, « Γενηθήτω, » βασιλικῶς ἐφθέγξατο·
οὐ δι' εὐχῆς τὸ ὅραμα ἀνύσας, ἀλλὰ διὰ τῆς θεοπρε-
ποῦς ἐξουσίας (2). Ῥηθέντος τοῦ λόγου, τὸ ἔργον οὐ
χρονίζει· Θεὸς γὰρ ὁ λέγων, καὶ τὸ ῥῆμα ἐνεργοῦν,
καὶ ἡ δύναμις πανταχοῦ.

*Ὥστε τοὺς ὄχλους θαυμάσαι.*

Οὕπω τὸ τοῦ Κυρίου κατέμαθον ἀξίωμα ὅτι Θεός
ἐστιν· ἀλλ' ἄνθρωπον ἐνόμιζον αὐτὸν ψιλόν. Διὸ καὶ
τῷ Θεῷ Ἰσραὴλ τὴν δόξαν ἀπέπεμπον.

C

*Οἱ δὲ ἐσθίοντες ἦσαν τετρακισχίλιοι ἄνδρες, χωρὶς γυναικῶν καὶ παιδίων.*

Ἐκ πολλῶν (3) δείκνυσιν ὅτι Θεός ἐστι. Καὶ οὐδὲν
ἧττον ἐκ τοῦ τρέφειν ἐν ἐρήμῳ τὸν ὄχλον. Τοῦτο γὰρ
παρίστησιν, οἱονεί πως ἄκων διὰ τὴν ἀνάγκην, καὶ
τὸ τῆς τροφῆς δυσπόριστον ποιῶν τὸ τῶν ἄρτων
σημεῖον· ὅπερ οὐκ ἂν ἐποίησεν ἐν πόλει, ὅπου τῶν
ὠνίων ἡ ἀφθονία. Πλὴν δυνάμενος λόγῳ κραταιῶσαι
τοὺς ὄχλους, τοῦτο οὐ ποιεῖ, διὰ τὸ ἀφανές· τὸ δὲ
τῶν ἄρτων ὡς ἐναργῶς δεικνύων τὴν αὐτοῦ θεοπρεπῆ
δόξαν ἐποίησε.

*Ἀποκριθεὶς δὲ Σίμων Πέτρος, εἶπε· Σὺ εἶ ὁ Χριστὸς ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος.*

Οὐκ εἶπεν ὁ Πέτρος· Σὺ εἶ Χριστὸς, ἢ Υἱὸς τοῦ D
Θεοῦ· ἀλλά· *Ὁ Χριστὸς, ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ.* Πολλοὶ
μὲν γὰρ χριστοὶ κατὰ χάριν, καὶ υἱοθεσίας ἀξίωμα
ἔχοντες, ἀλλὰ μόνος εἷς ὁ φύσει Υἱὸς τοῦ Θεοῦ. Διὸ
μετὰ ἄρθρου ἔφη· « Ὁ Χριστὸς ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ. » Εἰπὼν
δὲ αὐτὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος, δείκνυσιν ὅτι αὐ-
τὸς ζωὴ ἦν, καὶ θάνατος αὐτοῦ οὐ κυριεύει. Κἂν
γὰρ πρὸς ὀλίγον ἡ σὰρξ ἠσθένησεν ἀποθανοῦσα, ἀλλ'
ἀνέστη, μὴ δυναμένου τοῦ ἐν αὐτῇ Λόγου ὑπὸ δεσμὰ
θανάτου κρατεῖσθαι.

*Καὶ πύλαι ᾅδου οὐ κατισχύσουσιν αὐτῆς.*

tates injurio : « Cur, igitur ait, irritum fecistis præceptum Dei, propter traditionem vestram? » Oportebat enim, oportebat honorare parentes, non propter religionem in Deum legem de ipsis solvere. Non igitur, quæ Deo conveniunt propter humana negligenda sunt, neque omnino homines propter Deum despiciendi : distribuenda vero potius est charitas eximia in omnium principium, id est, Deum, sicut et secundo ordine in proximum statim eam conferre, et vel maxime in vitæ auctores congruos eis honores.

**53** XV, 17. *Nondum intelligitis.*

Discipulos igitur sine intellectu Dominus ait circa corpus occupatos, sicut Pharisæi, ac nondum ad interiorem hominem ascendentes. Cibi igitur, ait, corpus implent, cor vero non attingunt. Quod autem cor non attingit, non potest communicare verum hominem, aut non mundum efficere.

XV, 28. *Fiat tibi sicut vis.*

Cum dicit, « Fiat, » regie loquitur, non precibus, sed auctoritate divina miraculum perficiens. Emissa voce, statim opus sequitur : Deus est enim qui loquitur, verbumque efficax, et potentia ubique præsens.

XV, 31. *Ita ut turbæ mirarentur.*

Nondum Domini dignitatem noverant; Deum esse ipsum minime adhuc persuasi, sed hominem purum ac simplicem reputabant. Propterea ad Deum Israel gloriam referebant.

**54** XV, 38. *Erant autem, qui manducaverunt quatuor millia hominum extra parvulos et mulieres.*

E multis ostendit Deum se esse, præsertim ex eo quod turbam pasceret in deserto. Hoc enim proponit, quasi quodammodo invitus, propter necessitatem et alimenti penuriam ac difficultatem panum miraculum ederet : quod in civitate non fecit, ubi venalium rerum copia. Cum tamen verbo corroborare posset turbas, id non facit, quia id observatum non esset : illud vero de panibus tanquam ad oculum ostendens, Deo convenientem de se concitavit opinionem.

XVI, 16. *Respondens autem Simon Petrus dixit : Tu es Christus Filius Dei vivi.*

Non dixit Petrus, Tu es Christus vel Filius Dei, sed *Christus, Filius Dei :* multi siquidem christi sunt gratia qui et dignitatem adoptionis filiorum consecuti, sed tantum unus natura Dei Filius : ideo cum articulo dixit : Hic Christus, hic Filius Dei. Dicendo autem ipsum esse Filium Dei vivi, ostendit ipsum vitam esse, mortemque illi non dominari. Licet enim ad exiguum tempus caro mortua fuerit infirmata, sed resurrexit, Verbo quod in ea erat minime valente mortis compede detineri.

XVI, 18. *Et portæ inferi non prævalebunt adversus eam.*

(1) *Εἰπὼν — πανταχοῦ.* Cramer. p. 125.

(2) Hucusque fragmentum apud Corderium p. 534.

(3) Hoc fragmentum Cramerus edidit p. 127, sed corruptum et mutilum, cum tamen ex Corderio haberet unde sanaret.

Digitized by Google

Quemadmodum additione materiæ accensa flamma, in majus excrescit, ita etiam persecutionibus Christi Ecclesiam delere studentes, ad majorem gloriam ac virtutem eam provexere. Si vero Ecclesiæ, inquit, non prævaluerunt, multo minus mihi: itaque ne turberis, Petre, cum auditurus es tradendum me crucique affigendum. Dein alium quoque honorem profert.

A

**55** XVI, 18. *Super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. Et dabo tibi claves regni cœlorum.*

Animadverte quomodo Dominum se summatim cœli terræque declarat. Promittit enim quæ supra nostram naturam sunt, imo et supra angelicam conditionem, quæ denique uni et excedenti omnes naturæ et majestati attribuere decet. Primo quidem esse Ecclesiam in potestate sua dicit, quam alioqui sacræ Litteræ Deo potius quam ulli homini subjectam affirmant. Ait quippe Paulus, Christum sibi illam comparasse quavis macula rugaque carentem [39]: quam etiam fundasse dicit, firmitate eidem attributa, cum sit ipse virtutum Dominus, atque huic Petrum pastorem præposuit (1).— Tum subdit: « Et tibi dabo claves regni cœlorum. » Hanc vero vocem non angelus, non alia quævis rationalis potestas proferre potest. Decet autem potius omnium dominatorem Deum, qui cœli terræque tenet potestatem. Tempus tamen doni resurrectionis hora fuit, cum dixit: « Accipite Spiritum sanctum. Quorumcunque dimiseritis peccata, remittuntur eis, et quorum retinueritis, retenta sunt [40]. »

B

C

**XVI, 27.** *Filius enim hominis venturus est cum gloria patris sui.*

Gloriam dicit transfigurationem commutationemque naturæ nostræ, quæ gloriam incomparabilem habebit, præ qualibet specie in præsentiarum spectabili.

**56** XVI. 24, 25, 28. *Abneget semetipsum.... Qui enim voluerit animam suam salvam facere, perdet eam; qui autem perdiderit animam suam propter me, inveniet eam.... Sunt quidam de hic stantibus qui non gustabunt mortem.*

Cum nondum ex alto virtutem accepissent discipuli, par erat eos forte in humanas incidere infirmitates, ac simile quid cogitantes dicere: Quomodo abnegabit quis seipsum? aut quomodo, qui perdiderit animam suam, inveniet eam? quodnam autem illis hæc patientibus par præmium? Propterea ut eos ab ejusmodi cogitationibus avertat, et quodammodo armet ad fortitudinem, futuræ illis gloriæ cupiditatem excitans, ait: « Sunt quidam de hic stantibus, » etc., Petrum insinuans ac filios Zebedæi: hi enim in transformatione simul assumpti sunt, quam **57**

D

[39] Ephes. v, 27. [40] Joan. xx, 23.

(1) Animadverte testimonium pro Petri primatu.

Ὥσπερ οἱ τῇ προσθήκῃ τῆς ὕλης καιομένης ἐπὶ τὸ μεῖζον αἴροντες τὴν φλόγα, οὕτως καὶ οἱ καθελεῖν τὴν τοῦ Χριστοῦ Ἐκκλησίαν σπουδάσαντες διὰ τὸν διωγμὸν αὐτὴν εἰς μεῖζον δόξης προήγαγον καὶ δυνάμεως. Εἰ δὲ τῆς Ἐκκλησίας, φησίν, οὐ κατισχύσουσι, πολλῷ μᾶλλον ἐμοῦ. Ὥστε μὴ σὺ φοβηθῇς, Πέτρε, ἐπειδὰν μέλλεις ἀκούειν, ὅτι παραδοθήσομαι καὶ σταυρωθήσομαι. Εἶτα καὶ ἑτέραν λέγει τιμήν.

*Ἐπὶ ταύτῃ τῇ πέτρᾳ οἰκοδομήσω μου τὴν Ἐκκλησίαν. Καὶ δώσω σοι τὰς κλεῖς τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν.*

Ἄθρει (2) ὅπως Κύριον ἑαυτὸν ἀποφαίνει· συλλήβδην οὐρανοῦ καὶ γῆς· ὑπισχνεῖται γὰρ τὰ ὑπὲρ φύσιν τὴν καθ' ἡμᾶς, μᾶλλον δὲ καὶ τάξεως τῆς ἀγγελικῆς, καὶ ὅσα μόνῃ πρέπει χαρίζεσθαι τῇ ἀνωτάτῳ πασῶν φύσει τε καὶ δόξῃ· πρῶτον μὲν γάρ φησιν ἐφ' ἑαυτοῦ εἶναι τὴν Ἐκκλησίαν· καίτοι τῶν ἱερῶν Γραμμάτων Θεῷ μᾶλλον καὶ οὐδενὶ τῶν ἀνθρώπων ἀφιερούντων αὐτήν· ἔφη γὰρ ὁ Παῦλος, ὅτι αὐτὴν ἑαυτῷ παρέστησεν ὁ Χριστὸς μὴ ἔχουσαν σπίλον ἢ ῥυτίδα· ἣν δὴ καὶ θεμελιοῦν ἐπαγγέλλεται, τὸ ἀκατάσειστον αὐτῇ προσνέμων, ὡς αὐτὸς ὑπάρχων τῶν δυνάμεων Κύριος· καὶ ταύτης ποιμένα τὸν Πέτρον ἐφίστησιν. — Εἶτα ἔφη· « Καὶ δώσω σοι τὰς κλεῖς τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν. » Ταύτην δὲ φωνὴν οὐκ ἄγγελος, οὐκ ἄλλη τις λογικὴ δύναμις φθέγξασθαι δύναται. Πρέπει δὲ μᾶλλον τῷ πάντων κρατοῦντι Θεῷ, καὶ ἐξουσίαν ἔχοντι γῆς καὶ οὐρανοῦ, πλὴν ὁ τοῦ δώρου καιρὸς ἦν ἡ τῆς ἀναστάσεως ὥρα, ὅτε εἶπε· « Λάβετε Πνεῦμα ἅγιον· ἄν τινων ἀφῆτε τὰς ἁμαρτίας, ἀφίενται αὐτοῖς, ἄν τινων κρατῆτε, κεκράτηνται. »

*Μέλλει γὰρ ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἔρχεσθαι ἐν τῇ δόξῃ τοῦ Πατρὸς αὐτοῦ.*

Δόξαν (3) φησὶ τὸν μετασχηματισμὸν καὶ μεταλλαγμὸν τῆς ἡμετέρας φύσεως, ἀσύγκριτον ἔχοντα δόξαν παρὰ τὸ νῦν ὁρώμενον σχῆμα.

*Ἀπαρνησάσθω ἑαυτόν . . . Ὃς γὰρ ἂν θέλῃ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ σῶσαι, ἀπολέσει αὐτήν· ὃς δ' ἂν ἀπολέσῃ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, ἕνεκεν ἐμοῦ, εὑρήσει αὐτήν. . . Εἰσί τινες τῶν ὧδε ἑστώτων οἵτινες οὐ μὴ γεύσωνται θανάτου.*

Ἐπεὶ οὖπω τὴν ἐξ ὕψους δύναμιν ἐσχηκότας τοὺς μαθητὰς, εἰκὸς ἦν τάχα που καὶ ἀνθρωπίναις παρπεσεῖν ἀσθενείαις, καί τι τοιοῦτον ἐννενοηκότας, εἰπεῖν· Πῶς ἀρνήσεταί τις ἑαυτόν; ἢ πῶς ἀπωλέσας τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν, εὑρήσει αὐτήν; Τί δὲ τοῖς τοῦτο παθοῦσιν ἰσοτιμοῦν γέρας; Διὰ τοῦτο, ἵνα τῶν τοιούτων αὐτοὺς ἀποστήσῃ λογισμῶν, καὶ οἷον μεταχαλκεύσῃ πρὸς εὐανδρίαν τῆς ἐσομένης αὐτοῖς εὐκλείας, ἐπιθυμίαν ἐντεκὼν, φησίν· « Εἰσί τινες τῶν ὧδε ἑστηκότων, » καὶ τὰ ἑξῆς, Πέτρον αἰνιττόμενος, καὶ τοὺς υἱοὺς Ζεβεδαίου· οὗτοι γὰρ ἐν τῇ μεταμορφώ-

(2) *Ἄθρει — τὸν Πέτρον ἐφίστησιν.* Mai *B. N.* III, 131. Reliqua ex Corderio qui in superioribus nonnulla omittit.

(3) *Δόξαν — σχῆμα.* Mai *B. N.* III, 131.

Digitized by Google

σει συμπαρελήφθησαν, ἣν καλεῖ βασιλείαν, ὡς ἐκφήνασαν τῆς ἐξουσίας τὸ ἄφατον, καὶ τῆς πρὸς τὸν Πατέρα γνησιότητος τὸ ἀπαράλλακτον. Ἐν αὐτῇ δὲ, καὶ τῆς δευτέρας παρουσίας τὸ ἀξίωμα, καὶ τὸ φρικτὸν ὑπεδήλωσε προσίμιον, ταύτην ἐκείνης, καὶ οἷον βεβαίωσιν ἐνδειξάμενος· ἥξει γὰρ ἐν δόξῃ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, οὐκ ἐν μικροπρεπείᾳ τῇ καθ' ἡμᾶς.

A regnum vocat tanquam indicantem ineffabilem potestatem, et genuinum eum esse Patris Filium. In ipsa vero quoque secundæ præsentiæ dignitatem, et terribile subindicavit initium illius, ac quasi confirmationem ostendit; veniet enim in gloria Dei et Patris, non in nostra tenuitate.

*Εἰς ὄρος ὑψηλόν.*

Εἰς τὸ ὄρος ἀνεισι, δεικνὺς, ὅτι χθαμαλὸς ὁ νοῦς οὐκ ἂν γένοιτο πρὸς θεωρίαν ἐπιτήδειος, ἀλλ' ὁ κατ' ἰδίαν γεγονὼς, καὶ ἔξω φροντίδων βιωτικῶν ἐν ἡσυχίᾳ.

XVII, 1. *In montem excelsum.*

In montem ascendit, ostendens terrenam mentem ad contemplationem minime idoneam esse, sed solitariam, et extra temporales curas in quiete constitutam.

*Καὶ μετεμορφώθη ἔμπροσθεν αὐτῶν.*

Πεπράχθαι δέ φαμεν τὴν μεταμόρφωσιν, οὐχὶ δήπου τὸ σῶμα τὸ ἀνθρώπινον μεταβαλόντος τοῦ σώματος, ἀλλὰ δόξης τινὸς φωτοειδοῦς περιστελλούσης αὐτό· μείναντος γὰρ τοῦ σώματος ἐπὶ τοῦ σχήματος, ἐπὶ τὸ ἐνδοξότερον οἱ χαρακτῆρες διὰ φωτοειδοῦς χρώματος διεχρώννυντο.

B XVII, 2. *Et transfiguratus est ante eos.*

Factam autem transfigurationem esse dicimus, non quod corpus humanum alio corpore mutarit, sed gloria quadam instar lucis illud fuerit circumdatum. Corporis enim permanente figura, ejus lineamenta gloriosius luciformi quodam colore imbuta fuerunt.

*Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Πέτρος εἶπε τῷ Ἰησοῦ· Κύριε, καλόν ἐστιν ἡμᾶς ὧδε εἶναι· εἰ θέλεις, ποιήσωμεν ὧδε τρεῖς σκηνὰς, σοὶ μίαν, καὶ Μωϋσῇ μίαν, καὶ μίαν Ἠλίᾳ.*

**58** XVII, 4. *Respondens autem Petrus dixit ad Jesum : Domine, bonum est nos hic esse : si vis, faciamus hic tria tabernacula, tibi unum, et Moysi unum, et Eliæ unum.*

Οὐκ ᾔδει τί ἐλάλει. Πρὸ γὰρ τοῦ πάθους καὶ τῆς ἀναστάσεως τοῦ Σωτῆρος, καὶ τῆς καταλύσεως τοῦ θανάτου, καὶ τῆς φθορᾶς τῶν σωμάτων ἡμῶν, ἀδύνατον ἦν τὸν Πέτρον συνεῖναι Χριστῷ, καὶ τῶν σκηνῶν ἐφίεσθαι (1) τῶν ἐν οὐρανῷ. Ταῦτα γὰρ δεῖ γενέσθαι μετὰ τὴν τοῦ Σωτῆρος ἀνάστασιν καὶ εἰς C οὐρανὸν ἀνάβασιν.

Nesciebat quid diceret. Ante passionem enim et resurrectionem Salvatoris destructionemque mortis et corruptionem corporum nostrorum fieri non poterat ut Petrus esset cum Christo et tabernaculis cœlestibus frueretur. Hæc enim duntaxat fieri fas est post resurrectionem Salvatoris et ascensionem in cœlum.

*Καὶ ἀκούσαντες οἱ μαθηταὶ ἔπεσον ἐπὶ πρόσωπον αὐτῶν καὶ ἐφοβήθησαν σφόδρα.*

**59** XVII, 6. *Et audientes discipuli ceciderunt in faciem suam et timuerunt valde.*

Ἡ μὲν τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς φωνὴ καλή τε καὶ ἀξιάγαστος· ἀκράτῳ δὲ ἤδη κατεχόμενοι δείματι πίπτουσιν οἱ μαθηταὶ, ἵνα δὴ πάλιν καὶ διὰ τούτου μάθωμεν, ὡς ἀναγκαιοτάτη τοῖς ἐπὶ γῆς ἡ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἀναπέφανται μεσιτεία, νοουμένη δηλαδὴ κατὰ τὸν τῆς ἐνανθρωπήσεως τρόπον· εἰ μὴ γὰρ γέγονε καθ' ἡμᾶς, τίς ἂν ἡμῶν ἤνεγκεν ἄνω προσβάλλοντα Θεὸν, καὶ τὴν ἄφατον αὐτοῦ δόξαν οὐδενὶ τάχα τῶν γεννητῶν φορητὴν ἐμφαίνοντα; Φῶς γὰρ οἰκεῖν αὐτὸν ἀπρόσιτον καὶ ὁ μακάριος ἔφησε Παῦλος.

Sed mero metu jam perculsi cadunt discipuli, ut rursus per hoc etiam discamus, quam maxime necessarium esse, ut iis qui in terra sunt, mediatio apparuerit Salvatoris, intellecta scilicet per incarnationis modum. Nisi enim nobis similis factus fuisset, quis utique superne descendentem capere potuisset, ac ineffabilem illius gloriam quam nemo fortasse eorum qui nati sunt ferre potest, apparentem? Lucem enim eum inhabitare inaccessibilem beatus Paulus dixit [81].

*Τότε συνῆκαν οἱ μαθηταὶ ὅτι περὶ Ἰωάννου τοῦ Βαπτιστοῦ εἶπεν αὐτοῖς.*

D XVII, 13. *Tunc intellexerunt discipuli quia de Joanne Baptista dixisset eis.*

Δείκνυσιν ὁ Χριστὸς τοὺς Ἰουδαίους λίαν ἀγνοοῦντας τὰς Γραφὰς, ἐξ ὧν τὸν Ἰωάννην οὐκ ἔγνωσαν· τουτέστι τὸν πρῶτον Ἠλίαν, τὸν τὴν ὁδὸν ἑτοιμάσαντα τοῦ Κυρίου· ὃν ἀγνοοῦντες καὶ ἀποκτείναντες τὸν τοῦ Χριστοῦ πρόδρομον, καὶ αὐτὸν ἠγνόησαν τὸν Κύριον καὶ ἀπέκτειναν αὐτόν.

Ostendit Judæos in crassa et supina Scripturarum ignoratione jacere, ex eo quod illarum indicio non agnoverint Joannem, hoc est primum Eliam, eum qui viam Domini præparavit : quo **60** ignorato et interfecto Christi præcursore, ne ipsum quidem agnoverunt Dominum, quem tandem occiderunt.

*Ὦ γενεὰ ἄπιστος καὶ διεστραμμένη, ἕως πότε ἔσομαι μεθ' ὑμῶν; ἕως πότε ἀνέξομαι ὑμῶν;*

XVII, 17. *O generatio incredula et perversa, quousque ero vobiscum? usquequo patiar vos?*

Ἕως πότε, φησὶ, συνδιαιτῶμαι ὑμῖν τοῖς οὕτως

Quandiu, inquit, versabor vobiscum, ita contumelio-

[81] I Timoth. VI, 16.

(1) Pro ἐφίεσθαι suspicor legendum ἐφικέσθαι.



Digitized by Google

sis et incredulis? ostendens cogi se per præsentiam in carne conversari cum non bonis, ut ipsos corrigeret.

Infidelis quodammodo etiam perversus est, nulloque modo recte agere novit. Cum similibus vero Christus esse dedignatur, et si quid humano more dicendum est, contemnit; non tamen hoc ad illius personam tantum se extendit, ut ne hominem esse dubites, sed ad omnes etiam Judæos. Probabile enim erat multos præsentium scandalizari ac inconvenientia cogitare de iis. Cum vero dixit, «Quousque commorabor vobiscum? » ita injurias inferentibus et infidelibus ostendit corporeæ suæ præsentiæ tempus postulare ut cum eis commoretur, cum clementia Deum decenti erga eos qui boni non sunt, ut eos per ea quæ facit corrigat : ostendit **61** autem acceptam sibi etiam esse mortem, et se hanc cupere, discessumque desiderare; neque tam cruci affigi, quam cum eis versari sibi esse grave : non tamen in hisce criminibus stitit sermonem. At quid ait? « Ferte mihi ipsum hue. »

XVII, 18. *Et increpavit illum Jesus, et exiit ab eo dæmonium, et curatus est puer ex illa hora.*

Etsi oporteret dæmoniaci patrem tristem abire, nec voti compotem ut qui non sine culpa accesserat, sed chorum apostolorum incusarat, criminatus non potuisse eos increpare dæmonem, quin ipsum quoque calumniatus erat potestatum Dominum. Qui enim dicebat eos infirmos esse et impotentes contra immundos spiritus, qui a Christo ipsos ejiciendi acceperant potestatem, in potius gratiam accusat, quam eos qui illam **62** acceperunt : quapropter infidelem illum patrem, ideoque perversum, vacuum oportuisset dimitti. Sed ne quis putet ipsummet etiam Christum ad mirabilem hanc curationem infirmum esse, increpavit immundum spiritum, et confestim filius a morbo liberatus est, et reddidit eum patri suo; antequam enim curaretur, non patris erat, sed spiritus illi dominantis.

**63** (Cap. XVII, *passim.*)

Itaque deduxit quidem secum in montem primarios, ostenditque illis gloriam, qua suis temporibus toti mundo præfulgebit. Deinde descendens de monte, perverso et crudeli spiritu quemdam liberavit. Sed oportebat eum omnino salutarem pro nobis sustinere passionem, ac Judæorum perferre perversitatem : quo facto, neque improbabile est turbandos fuisse discipulos, illudque forte intra se cogitaturos dicturosque : Qui tot mortuos resuscitat cum divina quadam potestate, qui mare increpat ac ventos, qui verbo conterit Satanam, quomodo nunc capitur et in laqueos incidit homicidarum? decepti sumus igitur Deum ipsum esse putantes. Ut igitur cognoscant prorsus et omnino futurum, insinuat eis mysterium passionis.

XVII, 24. *Venientibus autem illis in Capharnaum,*

ὑβριστὰς καὶ ἀπίστους; δεικνύων ὅτι ἡ μετὰ σαρκὸς παρουσία αὐτοῦ ἠνάγκασεν αὐτὸν συναναστρέφεσθαι τοῖς οὐκ ἀγαθοῖς, ἵνα διορθώσηται αὐτούς.

Ὁ ἄπιστος ἔσται που καὶ διεστραμμένος, καὶ κατ' οὐδένα τρόπον ὀρθοποδεῖν εἰδώς. Τοῖς δὲ τοιούτοις οὐκ ἀξιοῖ συνεῖναι ὁ Χριστὸς, ἀλλ' εἰ χρή τι τῶν ἀνθρωπίνων εἰπεῖν, ὀλιγωρεῖ· πλὴν οὐκ εἰς τὸ τούτου πρόσωπον εἶναι μόνον ἀποτείνεται, ἵνα μὴ ἀπορήσῃ τὸν ἄνθρωπον, ἀλλ' εἰς πάντας Ἰουδαίους. Καὶ γὰρ εἰκὸς πολλοὺς τῶν παρόντων σκανδαλισθῆναι, καὶ τὰ μὴ προσήκοντα ἐννοῆσαι περὶ αὐτῶν. Ὅταν δὲ εἴπῃ, ὅτι « Ἕως πότε συνδιαιτῶμαι ὑμῖν; » τοῖς οὕτως ὑβρίζουσι καὶ ἀπίστοις δείκνυσιν ὅτι ὁ τῆς ἐνσάρκου παρουσίας καιρὸς ἀπῄτει αὐτὸν συνδιαιτᾶσθαι μετὰ θεοπρεποῦς ἡμερότητος τοῖς οὐκ ἀγαθοῖς, ἵνα αὐτοὺς δι' ὧν ποιεῖ διορθώσηται· δείκνυσι δὲ καὶ ἀσπαστὸν ὄντα τὸν θάνατον αὐτῷ, καὶ ἐπιθυμεῖν τὸ πρᾶγμα, καὶ ποθεῖν τὴν ἀποδημίαν, καὶ ὅτι οὐ τὸ σταυρωθῆναι, ἀλλὰ τὸ εἶναι μετ' αὐτῶν βαρύ· οὐ μὴν ἔστη μέχρι τῶν ἐγκλημάτων. Ἀλλὰ τί φησι; « Φέρετέ μοι αὐτὸν ὧδε. »

*Καὶ ἐπετίμησεν αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, καὶ ἐξῆλθεν ἀπ' αὐτοῦ τὸ δαιμόνιον, καὶ ἐθεραπεύθη ὁ παῖς ἀπὸ τῆς ὥρας ἐκείνης.*

παραλήρημα, κακῶς ἐκδεχομένου τὸ εὐαγγελικὸν ρητὸν, ὅτι « Ὁ Ἰησοῦς ὡσεὶ ἐτῶν τριάκοντα ἀρχόμενος· » καὶ οὐ συνιέντος ὅτι αὐτὸς ἦν, καὶ ἤρξατο, ἀλλ' οὐ κατὰ τὸ αὐτό. Ἦν μὲν γὰρ ἀεὶ ὡς Θεὸς, ἤρξατο δὲ ὡς ἄνθρωπος, ὅτε τὸ ἡμέτερον ἐπτώχευσεν· ἄρχεται δὲ, ἵνα σὺ καταργήσῃς τὴν προτέραν γέννησιν, καὶ ἀναλάβῃς δευτέραν διὰ τῆς παλιγγενεσίας. — (A f. 62 b, E f. 167 b, F f. 797, H f. 187 b) Οὕτω πολύ τι τὸ βλάβος καὶ ἀδόκητον συμβαίνει ἐκ τοῦ φυλάττεσθαι τὴν διὰ τοῦ βαπτίσματος χάριν εἰς μακρὰν καὶ ὑπέρωρον ἀναβολήν (1). Μάλιστα μὲν γὰρ οὐκ ἀσφαλὴς ἡ ἐλπὶς, εἰ καὶ τῶν οἰκείων τις ἐπιτεύξεται βουλευμάτων· ἐκβεβηκότος δὲ πάλιν εἰς τέλος αὐτῷ τοῦ σκοποῦ, ἁγιάζεται μὲν, πλὴν μόνην ἔχει τῶν πλημμελημάτων τὴν ἄφεσιν, καὶ τὸ τάλαντον ἀποκομίζει τῷ Δεσπότῃ ξηρὸν, οὐδὲν ἐπεργάσασθαι σχολάσας αὐτῷ (2).

A dictum perperam interpretantis, quod « Jesus erat incipiens quasi annorum triginta. » Neque intellexit, quod idem et erat, et incipiebat, sed non secundum idem : erat enim ab æterno ut Deus; incipiebat ut homo, cum paupertatem nostram suscepit. Initium autem capit, ut tu quoque priorem nativitatem antiques, et secundam recipias per regenerationem. — Sic magnum detrimentum et inexspectatum contingit ob dilatam in longum et ultra debitum tempus baptismi gratiam. Namque in primis nunquam tuta spes est fore ut quisquam sui propositi finem consequatur. Tum etiamsi forte in vitæ termino scopo suo potiatur, sanctificatur quidem, sed unicam tamen percipit peccatorum remissionem; de cætero talentum Domino perfert infructuosum, in B quo nihil negotiari curavit.

## ΚΕΦΑΛ. Δ'.

*Ἰησοῦς δὲ Πνεύματος ἁγίου πλήρης ὑπέστρεψεν ἀπὸ τοῦ Ἰορδάνου.*

(A f. 72, C f. 112 b, H f. 218) Ἐνταῦθά μοι βλέπε τὴν τοῦ ἀνθρώπου φύσιν, ὡς ἐν ἀπαρχῇ τῷ Χριστῷ τῇ τοῦ ἁγίου Πνεύματος χάριτι κατακεχρισμένην, καὶ ταῖς ἀνωτάτω τιμαῖς ἐστεφανωμένην. Πάλαι μὲν γὰρ ὑπισχνεῖτο λέγων ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, ὅτι « Ἔσται ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις, ἐκχεῶ ἀπὸ τοῦ Πνεύματός [cod. C mendose Πατρός] μου ἐπὶ πᾶσαν σάρκα. » Πεπλήρωται δὲ εἰς ἡμᾶς ὡς ἐν πρώτῳ Χριστῷ τὸ ἐπηγγελμένον· καὶ περὶ μὲν τῶν ἀρχαιοτέρων, ἀκαθέκτως ἐκκεκλικότων εἰς φιλοσαρκίαν, ἔφη που Θεός· C « Οὐ μὴ καταμείνῃ τὸ Πνεῦμά μου ἐν τοῖς ἀνθρώποις τούτοις, διὰ τὸ εἶναι αὐτοὺς σάρκα· » ἐπειδὴ δὲ πάντα γέγονεν ἐν Χριστῷ καινὰ, καὶ τὴν διὰ Πνεύματός τε καὶ ὕδατος ἀναγέννησιν πεπλουτήκαμεν, χρηματίζομεν δὲ οὐκέτι σαρκὸς καὶ αἵματος τέκνα, Πατέρα δὲ μᾶλλον καλοῦμεν τὸν Θεὸν, ταύτητοι καὶ μάλα εἰκότως ὡς τετιμημένοι λοιπὸν, καὶ τὸ λαμπρὸν ἔχοντες τῆς υἱοθεσίας καύχημα, θείας φύσεως γεγόναμεν κοινωνοὶ διὰ μετοχῆς τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Ὁ δὲ ἐν ἡμῖν πρωτότοκος, ὅτε γέγονεν ἐν πολλοῖς ἀδελφοῖς, καθεὶς ἑαυτὸν εἰς κένωσιν, δέχεται πρῶτος τὸ Πνεῦμα, καίτοι τοῦ Πνεύματος δοτὴρ ὑπάρχων αὐτὸς, ἵνα καὶ εἰς ἡμᾶς ἔρχηται δι' αὐτοῦ τὸ ἀξίωμα, καὶ τῆς πρὸς τὸ ἅγιον Πνεῦμα κοινωνίας ἡ χάρις. D Τοιοῦτόν τι καὶ ὁ Παῦλος διδάσκει ἡμᾶς, λέγων περί τε αὐτοῦ καὶ ἡμῶν· « Ὅ τε γὰρ ἁγιάζων καὶ οἱ ἁγιαζόμενοι, ἐξ ἑνὸς πάντες· δι' ἣν αἰτίαν οὐκ ἐπαισχύνεται ἀδελφοὺς αὐτοὺς καλεῖν, λέγων· Ἀπαγγελῶ τὸ ὄνομά σου τοῖς ἀδελφοῖς μου. » Ἐπειδὴ γὰρ ὅλως οὐκ ἐπαισχύνεται καλεῖν ἡμᾶς ἀδελφοὺς, διά τοι τὸ

## CAP. IV.

V. 1. *Jesus autem plenus Spiritu sancto regressus est a Jordane.*

Hic mecum observa hominis naturam, in Christo tanquam primitiis, sancti Spiritus gratia unctam, et supernis honoribus coronatam. Olim quidem promiserat universalis Deus dicens, fore ut « diebus illis effundam de Spiritu meo super omnem carnem [77]. » Completum autem in nobis est, ceu primo in Christo id quod erat promissum. Et priscis quidem hominibus, utpote ad corporis voluptatem incontinenter proclivibus, dixit Deus : « Non permanebit Spiritus meus in hominibus his, quia caro sunt [78]. » Sed postquam in Christo cuncta facta sunt nova, et per Spiritum atque aquam regenerationem obtinuimus, neque jam carnis et sanguinis filii sumus, sed Patrem potius **150** Deum appellamus, propterea jure optimo abhinc ut honore ornati, splendidamque adoptionis gloriam adepti, divinæ naturæ communicamus propter sancti Spiritus participationem. Noster autem primogenitus ex quo inter multos fratres cœpit exsistere, ad exinanitionem semet demittens, primus Spiritum recipit, quanquam dator ipse Spiritus sit, ut ad nos quoque per ipsum dignitas redundet, et communionis cum sancto Spiritu gratia. Sic enim nos fere docet Paulus, dum et de nobis et de illo dicit : « Et sanctificans et sanctificati, ex uno omnes. Quam ob causam non erubescit fratres illos vocare dicens : Nuntiabo nomen tuum fratribus meis [79]. » Quia vero haud omnino eum pudet fratres nos appellare, quandoquidem similitudinem nostri subiit, idcirco nostra ad se translata inopia, sancti-

[77] Joel II, 29. [78] Gen. VI, 3. [79] Hebr. II, 11, 12; Psal. XXI, 23.

(1) Videtur in præcedentibus (nunc deperditis) Cyrillus verba eorum retulisse, qui ut baptismum differrent, Christi exemplum objiciebant anno ætatis tricesimo baptizati. Quam objectionem facile dissolvit dicens, diversam esse Christi ac peccatorum hominum conditionem : nam ille baptismo nunquam indiguit, istos imo festinare ad lavacrum oportet. Legatur hac super re Nazianzenus orat. 40, *De bapt.*, cap. 29.

(2) Apud D. Thomam in Catena Cyrillus reliqua etiam versiculi verba explanat sic. « Cyrillus. Licet tamen Christus secundum carnem careat patre, suspicabantur aliqui eum patrem habere; unde sequitur : *ut putabatur, filius Joseph.* »

Digitized by Google

ficatur nobiscum, quanquam ipse creaturæ omnis sanctificator est; ne humanitatis modulum repudiare videatur, is qui universalis salutis vitæque causa, homo fieri non detrectavit, nobisque quaqueversus similis, uno excepto peccato.

A ὑπελθεῖν τὴν πρὸς ἡμᾶς ὁμοίωσιν, διὰ τοῦτο τὴν ἡμῶν πτωχείαν εἰς ἑαυτὸν μεταθεὶς, ἁγιάζεται μεθ' ἡμῶν, καίτοι τὴν κτίσιν ἅπασαν ἁγιάζων αὐτὸς, ἵνα μὴ φαίνηται τὸ τῆς ἀνθρωπότητος παραιτούμενος μέτρον, ὁ τῆς ἁπάντων σωτηρίας ἕνεκα καὶ ζωῆς ἄνθρωπος γενέσθαι μὴ φυγὼν, καὶ ἐν ὁμοιώσει τῇ πρὸς ἡμᾶς γενόμενος κατὰ πᾶν ὁτιοῦν, δίχα μόνης ἁμαρτίας.

V. 1. *Et agebatur a Spiritu in desertum.*

Vocabulum « agebatur » non tam hic significat deferebatur (1), quam versabatur atque habitabat. Solemus enim nos quoque interdum de quolibet pie vivente dicere : Ille quidem bene se agit. Versabatur itaque Dominus in deserto, in Spiritu, id est spiritaliter.

*Καὶ ἤγετο ἐν τῷ Πνεύματι εἰς τὴν ἔρημον.*

(A f. 72 b, B f. 44, H f. 220) Τὸ γὰρ, « ἤγετο, » οὐ τὸ, ἀπεφέρετο, μᾶλλόν ἐστιν, ἀλλ' ὅτι διῆγε καὶ ἐπολιτεύετο. Κατειθίσμεθα γάρ που καὶ ἡμεῖς αὐτοὶ περὶ παντὸς ζῶντος ἐν ἐπιεικείᾳ, λέγειν· Ὁ δεῖνα τυχὸν καλῶς ἑαυτὸν ἄγει. Ἐπολιτεύετο τοίνυν ὁ Κύριος ἐν τῇ ἐρήμῳ, ἐν τῷ Πνεύματι, τουτέστι πνευ-
B ματικῶς.

V. 2. *Et nihil manducavit in diebus illis.*

Jejunavit itaque Dominus, nihil escæ omnino corporis usui suppeditans : non quod illi jejunio opus esset, sed ut nobis suos actus typum exemplarque proponeret, et imaginem delinearet agendæ apud nos selecti admirandique generis vitæ. Unde enim didicissent terreni homines, vitam in desertis actam utilem esse vel necessariam saluti? Evadunt enim, tanquam ex fluctuum tempestate, de vanis præsentis vitæ sollicitudinibus, ac propemodum, ut beatus Joseph [80], **151** exeunt remittuntque mundo quidquid ejus est. Demonstrat itaque his qui ita vivere constituerunt, necessariam esse continentiam, cujus jejunium fructus est. Sic enim superabitur tentator Satanas. Te quoque igitur
C oportet primum vestiri virtute ex alto, id est participem fieri sancti Spiritus; postea vero exoptabile, et summi apud Deum pretii, deligere vitæ recte gerendæ genus. Tunc spiritali fortitudine instinctus deserta loca requires : tunc sancte jejunabis, voluptatesque mortificabis, et tentantis Satanæ victor evades. — Ecce unus de certantibus fit, qui certaminum est munerarius, ut Deus; coronam obtinet, qui sanctorum capita coronat. Videamus itaque luctæ artificium, diabolicæ malitiæ cladem. Quadraginta exactis in jejunio diebus, postea esuriit. Atqui ille is est qui esurientibus cibum suppeditat : ipse imo est panis de cœlo descendens, vitæ causa mundo concessus : rerum denique omnium conser-
D vator. Sed quia oportebat eum qui inopiam nostram non fuerat aspernatus, ab humanitatis terminis prorsus non excedere, permisit carnis naturæ ea quæ sibi conveniunt requirere. Hoc modo ipsum esurisse dicimus. — Cum satis jam jejunasset, vique Deo congrua carnem sospitem absque potu esuque servasset, vix denique hanc sivit quæ sunt ejus propria pati. Dictum est enim esurisse. Quamobrem? Ut egregie ex utraque re, qui Deus simul et homo erat, cognosceretur unus idemque, et divinitus supra nos, et humanitus nobis par.

*Καὶ οὐκ ἔφαγεν οὐδὲν ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις.*

(A f. 73, B f. 44, H f. 221) Νενήστευκε τοίνυν ὁ Κύριος, οὐδὲν παντελῶς τῇ τοῦ σώματος χρείᾳ διδοὺς εἰς τροφήν· οὐκ αὐτὸς νηστείας προσδεόμενος, ἀλλὰ τύπον ἡμῖν τὰ καθ' ἑαυτὸν εἰς ὑπογραμμὸν ἀνατιθεὶς, καὶ εἰκόνα ποιούμενος τῆς παρ' ἡμῖν ἐξαιρέτου καὶ τεθαυμασμένης ζωῆς. Πόθεν γὰρ ἦν εἰδέναι τοὺς ἐπὶ τῆς γῆς, ὅτι τὸ ταῖς ἐρήμοις ἐνδιαιτᾶσθαι χρήσιμον αὐτοῖς καὶ ἀναγκαῖον εἰς σωτηρίαν, Ἀποφοιτῶσι γὰρ ὥσπερ κυμάτων ζάλης, καὶ τῶν εἰκαίων τοῦ παρόντος βίου περισπασμῶν, καὶ μονονουχὶ, κατὰ τὸν μακάριον Ἰωσὴφ, ἀποδύονται τῷ κόσμῳ πάντα τὰ αὐτοῦ. Δείκνυσι τοίνυν τοῖς οὕτω ζῆν ἑλομένοις, ἀναγκαίαν οὖσαν τὴν ἐγκράτειαν, ἧς νηστεία καρπός· ἡττηθήσεται γὰρ οὕτω πειράζων ὁ Σατανᾶς. Καὶ σὲ τοίνυν δεῖ πρότερον ἐνδύσασθαι τὴν ἐξ ὕψους δύναμιν, τουτέστι μέτοχον ἀποφανθῆναι τοῦ ἁγίου Πνεύματος, καὶ τότε τὴν ἀξιέραστον καὶ τετιμημένην παρὰ Θεῷ κατορθοῦν ἑλέσθαι ζωήν. Τότε τὰς ἐρήμους καταλήψῃ σὺν ἀνδρείᾳ πνευματικῇ· τότε νηστεύσεις ἁγίως, καὶ κατανεκρώσεις τὰς ἡδονὰς, καὶ κρείττων ἔσῃ τοῦ πειράζοντος Σατανᾶ. — (A f. 73, B f. 44 b, H f. 221 b) Ἰδοὺ γέγονεν ἐν τοῖς ἀθλοῦσιν ὁ ἀθλοθέτης ὡς Θεός· ἐν τοῖς στεφανουμένοις, ὁ τὰς τῶν ἁγίων στεφανῶν κεφαλάς. Ἴδωμεν τοίνυν τῶν παλαισμάτων τὸ εὐτεχνὲς, τῆς τοῦ διαβόλου σκαιότητος τὴν ἀνατροπήν. Τεσσαρακοστῆς εἰς νηστείαν δαπανηθείσης ἡμέρας, ὕστερον ἐπείνασε· καίτοι δίδωσιν αὐτὸς τοῖς πεινῶσι τροφήν· καὶ αὐτός ἐστιν ὁ ἄρτος ὁ ἐξ οὐρανοῦ καταβὰς, καὶ ζωὴν διδοὺς τῷ κόσμῳ, ἡ τῶν ὅλων σύστασις· ἐπειδὴ δὲ πάλιν ἐχρῆν τὴν καθ' ἡμᾶς πτωχείαν οὐκ ἀτιμάσαντα, τῶν τῆς ἀνθρωπότητος μέτρων μὴ εἰσάπαν ἀποφοιτᾷν, συγχεχώρηκε τῇ τῆς σαρκὸς φύσει ζητῆσαι τὰ ἑαυτῆς· οὕτως αὐτὸν πεινάσαι φαμέν. — Νηστεύσας γε μὴν ἀποχρώντως, καὶ δυνάμει θεοπρεπεῖ, ποτοῦ καὶ σιτίων δίχα τὴν σάρκα τηρήσας ἀδιάφθορον, ἐφίησι μόλις τὰ οἰκεῖα παθεῖν αὐτήν· πεινῆσαι γὰρ λέγει· καὶ διὰ ποίαν αἰτίαν; Ἵνα δι' ἀμφοῖν εὐτέχνως Θεός τε ὁμοῦ καὶ ἄνθρωπος ὑπάρχων, ἐπιγινώσκηται εἷς καὶ ὁ αὐτὸς δηλονότι, καὶ θεϊκῶς ὑπὲρ ἡμᾶς, καὶ καθ' ἡμᾶς ἀνθρωπίνως.

[80] Gen xxvii, 23.

(1) Locus ferme repetitus in *Oratione ad reginas*, p. 137 (Opp., t. IX).

Digitized by Google

*Καὶ εἶπεν αὐτῷ ὁ διάβολος*, κ. τ. λ.

(A f. 73 b, B f. 45, H f. 224 b) Εἶτα προσέρχεται πειράζων ὁ Σατανᾶς, συνεργὸν ὥσπερ τῆς ἐνούσης αὐτῷ δυστροπίας, τὸ τοῦ λιμοῦ πάθος ἔσεσθαι προσδοκῶν· κατισχύει γὰρ ἡμῶν πολλάκις, τὰς ἐν ἡμῖν ἀσθενείας εἰς ἐπικουρίαν δεχόμενος τῶν ἑαυτοῦ σκεμμάτων ἤτοι ἐπιχειρημάτων· ἐνόμισεν αὐτὸν ἑτοίμως ἐπιπηδᾷν τῷ βούλεσθαι παρακειμένους ἰδεῖν ἄρτους. Ἔφη γοῦν· « Εἰ Υἱὸς εἶ τοῦ Θεοῦ, εἰπὲ ἵνα ὁ λίθος οὗτος ἄρτος γένηται. » Προσέρχεται μὲν, ὡς ἀνθρώπῳ κοινῷ, καὶ ὡς ἐνὶ τῶν ἁγίων· πλὴν ὕποπτος ἦν, μὴ ἄρα πως αὐτὸς εἴη ὁ Χριστός· πῶς οὖν ἠθέλησε τοῦτο μαθεῖν; Ἐνενόησεν ὡς θεοπρεποῦς ἰσχύος ἀποτέλεσμα καὶ ἔργον ἐστὶ, τὸ μεταστῆσαι φύσιν εἰς ὅπερ οὐκ ἦν· Θεὸς γάρ ἐστιν ὁ ποιῶν ταῦτα καὶ μετασκευάζων (1). Οὐκοῦν ἂν τοῦτο, φησὶ, γένηται, αὐτός που πάντως ἐκεῖνός ἐστιν, ὁ κατὰ τῆς ἐμῆς δυναστείας ἥξειν προσδοκώμενος· ἐὰν δὲ μὴ μεταβάλῃ, πρὸς ἄνθρωπον ἔχω, καὶ ἀποβέβληκα τὸν φόβον, καὶ τῶν κινδύνων ἀπήλλαγμαι. Διὰ τοῦτο Χριστὸς, ἅτε δὴ εἰδὼς τοῦ θηρίου τὴν σκέπην, οὔτε μεταβέβληκεν, οὔτε μὴν ἔφη μὴ δύνασθαι τοῦτο δρᾷν, ἤγουν μὴ ἐθέλειν· ἀποσείεται δὲ μᾶλλον ὡς ὀχληρὸν καὶ περιττὸν λέγων· « Οὐκ ἐπ' ἄρτῳ μόνῳ ζήσεται ἄνθρωπος, » τουτέστιν, ἐὰν ὁ Θεὸς δύναμιν δῷ τῷ ἀνθρώπῳ, δύναται μὴ φαγεῖν, καὶ ζῆν ὡς Μωϋσῆς καὶ Ἠλίας, οἱ ῥήματι Θεοῦ ἔζησαν ἄσιτοι τεσσαράκοντα ἡμέρας. Εἰ οὖν δυνατὸν δίχα ἄρτου ζῆν, ἵνα τί ποιῶ τὸν λίθον ἄρτον; Οὔτε οὖν λέγει, Οὐ δύναμαι, ἵνα μὴ ἀρνήσῃ τε τὴν ἑαυτοῦ δύναμιν· οὔτε, ὅτι Δύναμαι, ἵνα μὴ γνοὺς ἐκεῖνος ὅτι Θεός ἐστιν, ᾧ μόνῳ τὰ τοιαῦτα δυνατὰ, ἀποστῇ ἀπ' αὐτοῦ. — (A f. 74, H f. 225) Καί μοι ὅρα τὴν ἀνθρώπου φύσιν ἐν Χριστῷ, τὰ τῆς ἐν Ἀδὰμ ἀκρασίας ἀποβάλλουσαν αἰτιάματα. Διὰ βρώσεως ἐν Ἀδὰμ νενικήμεθα· δι' ἐγκράτειαν ἐν Χριστῷ νενικήκαμεν.—(A f. 74 b, H f. 226) Τοῖς μὲν ἀπὸ γῆς σιτίοις τὸ γήϊνον ἡμῶν τρέφεται σῶμα, καὶ ζητεῖ πρὸς ἐπικουρίαν τὸ συγγενές· ψυχὴ δὲ ἡ λογικὴ λόγῳ τῷ θείῳ πρὸς εὐεξίαν ἀδρύνεται τὴν πνευματικήν· αἱ μὲν γὰρ ἀπὸ γῆς τροφαὶ τὸ συγγενὲς τρέφουσι σῶμα· αἱ δὲ ἄνωθεν καὶ ἐξ οὐρανοῦ νευροῦσι τὸ πνεῦμα. Τροφὴ νοῦ, ὁ λόγος ὁ παρὰ Θεοῦ, καὶ ἄρτος πνευματικὸς, στηρίζων ἀνθρώπου καρδίαν, κατὰ τὸ ἐν βίβλῳ Ψαλμῶν ὑμνούμενον· τοιαύτας δὲ εἶναί φαμεν καὶ αὐτῶν τῶν ἁγίων ἀγγέλων τὰς τροφάς.

A V. 3. *Dixit autem illi diabolus*, etc.

Deinde accedit tentator Satanas, auxiliarem veluti improbitatis suæ famis passionem fore sperans. Sæpe enim is prævalet, dum nostras infirmitates suarum sumit insidiarum aggressionumque adjutrices. Existimavit ipsum protinus accursurum quo paratos panes videret. Dixit igitur: « Si Filius Dei es, dic ut hic lapis panis fiat. » Accedit, inquam, ceu vulgari homini et sanctorum uni: neque tamen suspicione **152** carebat, num is forte esset Christus. Qua ratione itaque id cognoscere nititur? Cogitavit divinæ potentiæ effectum opusque esse, naturalis rei alicujus in aliud quid sibi extraneum transformationem. Nam talium factor est et immutator Deus. Si ergo, inquit, id patraverit, prorsus B hic ille est qui adversus potentiam meam venturus exspectatur. Quod si minime hanc transformationem fecerit, res mihi cum homine est, metum abjicio et periculo liberor. Propterea Christus, utpote belluæ insidiarum conscius, neque lapidem immutavit, neque se id agere posse aut velle negavit; sed et illum tanquam importunum, et rem tanquam supervacuam repulit, dicens: « Haud solo pane vivet homo; » id est, si Deus vim homini tribuerit, poterit ille cibo abstinere, et tamen vivere, sicuti Moyses atque Elias, qui verbo Dei vixerunt impasti quadraginta diebus. Si ergo vivi absque pane potest, cur ego ex lapide panem faciam? Neque ergo dicit, Non queo, ne suam potentiam neget; nec ait, Possum, ne ille agnoscens quod Deus esset, C cui soli hæc omnia sunt possibilia, ab eo recederet. — Et tu mecum considera hominis in Christo naturam, quæ gulosi Adami culpam repellit. Esu in Adamo victi fuimus, abstinentia in Christo vincimus. — Terrenis frugibus terrenum nostrum alitur corpus, quod homogeneæ rei adjutorium exquirit; rationalis autem anima divino verbo ad spiritalem habitudinem bonam roboratur. Nam quæ sunt de tellure alimenta, cognatum sibi nutriunt corpus; superna autem de cœlo spiritum roborant. Mentis alimonia est verbum Dei, panisque spiritalis qui hominis cor confirmat, sicut in Psalmorum libro cantatur [81]. Tales esse dicimus ipsorum etiam sanctorum angelorum cibos.

D

*Ἔδειξεν αὐτῷ πάσας τὰς βασιλείας τῆς οἰκουμένης.*

(A f. 74 b, H f. 227) Ἀλλ', ὦ κακοῦργε, καὶ πονηρὲ, καὶ ἀλιτήριε, πῶς ἐτόλμησας τῷ Κυρίῳ πάσης τῆς κτίσεως δεῖξαι πάσας βασιλείας, καὶ εἰπεῖν, ὡς Ταῦτα πάντα ἐμά ἐστι· νῦν οὖν εἰ πεσὼν προσκυνήσεις μοι, σοὶ δώσω; Πῶς ἐπαγγέλλῃ τὰ μὴ σά; Τίς σε κατέστησε κληρονόμον τῆς τοῦ Θεοῦ βασιλείας;

V. 5. *Ostendit illi omnia regna orbis terræ.*

Sed heus tu malefice, et improbe, et **153** flagitiose, quomodo ausus es rei omnis creatæ Domino cuncta regna demonstrare, ac dicere, Omnia hæc mea sunt; quæ, si nunc procidens me adoraveris, tibi dabo? Quomodo quæ tua non sunt promittis? Quis te hæredem regni Dei constituit? Quis tibi terra-

[81] Psal. cm, 15.

(1) Animadverte Cyrilli doctrinam de divina potentia transformandi rei alicujus naturam in diversam aliam; quod etiam ad dogma eucharisticæ transsubstantiationis valet. Idem sentiebat Baptista cum ait: *Potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ.*

Digitized by Google

rum orbem subjecit? Fraudulenter hæc tibi vindicas; redde igitur humanato Filio, cunctorum Domino. Audi quid de te dicat Isaias propheta: « Nunquid et tibi paratum est regnare? vallem profundam, ignem et sulphur ac ligna posita; furor Domini, sicut vallis sulphure succensa [82]. » Qui autem sortis tuæ loco habes inextinguibilem flammam, cur rerum omnium regi tua promittis? Sperabas adoratorem habere quem omnia tremunt, quem laudant Seraphim cunctæque angelicæ virtutes? Scriptum est enim: « Dominum Deum tuum adorabis, et ipsi soli servies. » — Quasi intima illius contingens, hoc tempestive præceptum protulit. Namque ante suum adventum, universum ille irretiverat fraude mundum: ille ubique adorabatur. Verumtamen Dei lex, pellens illum de occupato fraudulenter imperio, unum suapte natura vereque Deum adorare jussit, eique soli cultum exhibere.

A Τίς ὑπέταξέ σοι τὴν ὑπ' οὐρανόν; Ἐξ ἀπάτης ἥρπασας· οὐκοῦν ἀπόδος ἐνανθρωπήσαντι τῷ Υἱῷ τῷ πάντων Δεσπότῃ· ἄκουε τί φησιν ὁ προφήτης Ἡσαΐας περὶ σοῦ· « Μὴ καὶ σοὶ ἡτοιμάσθη βασιλεύειν; φάραγγα βαθεῖαν, πῦρ καὶ θεῖον καὶ ξύλα κείμενα· ὁ θυμὸς Κυρίου ὡς φάραγξ ὑπὸ θείου καιομένη. » Ὁ δὲ κλῆρον ἔχων τὴν ἀσβεστον φλόγα, πῶς τῷ βασιλεῖ τῶν ὅλων ἐπαγγέλλεις τὰ αὐτοῦ; Προσεδόκησας ἔχειν προσκυνητὴν ὃν τρέμει τὰ σύμπαντα, καὶ δοξολογοῦσι τὰ Σεραφὶμ καὶ πᾶσαι αἱ ἀγγελικαὶ δυνάμεις; Γέγραπται· « Κύριον τὸν Θεόν σου προσκυνήσεις, καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις (1). » — (B f. 47 b) Ἀπτόμενος ὥσπερ τῶν σπλάγχνων αὐτοῦ, ταύτην παρεκόμισεν εὐκαίρως τὴν ἐντολήν· πρὸ μὲν γὰρ τῆς ἐπιδημίας αὐτοῦ, πᾶσαν ἐπλάνησε τὴν ὑπ' οὐρανόν· αὐτὸς ἦν ὁ B πανταχοῦ προσκυνούμενος· ὁ δέ γε τοῦ Θεοῦ νόμος ἔξω τιθεὶς αὐτὸν τῆς ἐξ ἀπάτης αὐτῷ πεπορισμένης ἀρχῆς, ἑνὶ τῷ κατὰ φύσιν καὶ ἀληθῶς ὄντι Θεῷ προσέταξε προσκυνεῖν, καὶ αὐτῷ μόνῳ τὰς λατρείας ἐπιτελεῖν.

V. 9. *Si Filius Dei es, mitte te hinc deorsum.*

*Εἰ ὁ Υἱὸς εἶ τοῦ Θεοῦ, βάλε σεαυτὸν ἐντεῦθεν κάτω.*

Tertiam admovet tentationem diabolus, vanam gloriam, « Mitte te deorsum » inquiens, ad deitatis demonstrationem. Sed enim haud eum elatione transversum egit; ipse potius nunc etiam scopo aberravit. « Dictum quippe est, inquit Christus, Non tentabis Dominum Deum tuum. » Equidem haud tentantibus Deus opem suppeditat, sed credentibus in eum. Non enim quia Deus nos clementia sua dignatur, idcirco ostentationi indulgere debemus. Insuper nunquam Christus tentantibus se miraculum edidit: « Generatio, aiebat, prava signum quærit, et signum non dabitur ei [83]. » Idem nunc sibi dictum audiat **154** tentator Satanas. Nos ergo in Christo vicimus. Qui autem ab Adamo olim victor discessit, nunc pudore suffusus recessit, ut nos ipsum pedibus suppositum teneamus. Cum enim Christus vicit, tunc nobis quoque vincendi vim tradens, « Ecce dedi, inquit, vobis potestatem calcandi serpentes et scorpiones, et universam inimici potentiam [84]. »

(A f. 75 b, B f. 47 b, H f. 230) Τρίτην πεῖραν ὁ διάβολος προσάγει τὴν τῆς κενοδοξίας· « Βάλε σεαυτὸν κάτω, » λέγων, εἰς ἐπίδειξιν τῆς θεότητος· ἀλλ' οὐ κατήνεγκε διὰ τῆς ἐπάρσεως, ἀλλ' ἔξω βέβληκε καὶ εἰς τοῦτο σκοποῦ· « Εἴρηται γὰρ, φησὶ, Οὐκ ἐκπειράσεις Κύριον τὸν Θεόν σου. » Οὐ γὰρ τοῖς πειράζουσι χαρίζεται ὁ Θεὸς τὰς ἐπικουρίας, ἀλλὰ τοῖς πιστεύουσιν εἰς αὐτόν· οὐ γὰρ ὅτι φειδοῦς ἡμᾶς C ἀξιοῖ, διὰ τοῦτο ἡμεῖς ἐπιδεικτιᾷν ὀφείλομεν. Ἱρὸς τούτοις οὐδέποτε Χριστὸς τοῖς πειράζουσιν αὐτὸν ἐδίδου σημεῖον· « Γενεὰ γὰρ, φησὶ, πονηρὰ σημεῖον ἐπιζητεῖ, καὶ σημεῖον οὐ δοθήσεται αὐτῇ. » Τοῦτο καὶ νῦν ἀκουέτω πειράζων ὁ Σατανᾶς. Οὐκοῦν νενικήκαμεν ἐν Χριστῷ· καὶ ὃ ποτε κρατήσας ἐν Ἀδὰμ, ἀπῆλθε κατῃσχυμμένος, ἵν' ἡμεῖς ὑπὸ πόδας ἔχωμεν αὐτόν. Ὅτε γὰρ νενίκηκεν ὁ Χριστὸς, τότε καὶ εἰς ἡμᾶς παραπέμπων τὸ δύνασθαι νικᾶν, « Ἰδοὺ δέδωκα, φησὶν, ὑμῖν πατεῖν ἐπάνω ὄφεων, καὶ σκορπίων, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν δύναμιν τοῦ ἐχθροῦ. »

V. 10. *Scriptum est enim: Angelis suis mandabit de te, ut custodiant te.*

*Γέγραπται γὰρ, ὅτι Τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ ἐντελεῖται περὶ σοῦ, τοῦ διαφυλάξαι σε.*

Cerne quam malitiose conatur Scripturarum usu Domini gloriam delere, quasi is angelico auxilio egeat, et quasi impingere eum necesse sit, nisi ei angeli præsto fuerint. Atqui non de Christo dicta fuit psalmi sententia; namque angelis non eget Dominus. Porro pinnaculum fabrica erat quædam celsissima, juxta templi latus exstructa. — Male nonnulli referunt psalmum (xc, 9) ad Domini personam, versiculos seriatim legentes sic: « Quia tu, D

(B f. 47 b) Ὅρα δὲ πῶς κακούργως πειρᾶται διὰ τῆς χρήσεως τῶν Γραφῶν καθελεῖν τὴν δόξαν τοῦ Κυρίου, ὡς δεομένου ἀγγελικῆς βοηθείας· ὡς μέλλοντος προσκόπτειν, εἰ μὴ ἄγγελοι αὐτῷ βοηθεῖεν. Οὐ γὰρ περὶ τοῦ Χριστοῦ εἴρηται ἡ χρῆσις τοῦ ψαλμοῦ· οὐδὲ γὰρ δεῖται ἀγγέλων Δεσπότης. Τὸ δὲ πτερύγιον, οἰκοδόμημα ἦν ὑψηλὸν ἄγαν, παρῳκοδομημένον τῇ πλευρᾷ τοῦ ἱεροῦ. — (A f. 75 b, H f. 230 b) Ἀναφέρουσι μέντοι κακῶς τινες τὸν ψαλ-

[82] Isa. xxx, 33. [83] Matth. xii, 39. [84] Luc. x, 19.

(1) Hic interscritur apud D. Thomam in Catena: « Cyrillus. Qualiter autem, si, secundum hæreticos, Filius est creatura, adoratur? Quod crimen inferretur adversus eos, qui servierunt creaturæ et non Creatori, si Filium secundum eos creaturam exsistentem colimus tanquam Deum? »

Digitized by Google

μὸν (1) εἰς τὸ τοῦ Κυρίου πρόσωπον· καὶ τοὺς στί- A
χους συνάπτοντες, οὕτως ἀναγινώσκουσι· « Ὅτι σὺ, Κύριε, ἡ ἐλπίς μου, τὸν Ὕψιστον ἔθου καταφυγήν σου. » Φασὶ γοῦν ὅτι ὁ Κύριος καταφυγὴν ἔχει τὸν Ὕψιστον, δηλονότι τὸν ἐν οὐρανοῖς Πατέρα. Γέγονε δὲ πρόφασις αὐτῶν τῆς τοιαύτης ἐννοίας ὁ Σατανᾶς· αὐτὸς γὰρ οὕτω νενόηκε τοὺς στίχους, εἰπών· « Εἰ Υἱὸς εἶ τοῦ Θεοῦ, βάλε σεαυτὸν κάτω. Γέγραπται γὰρ, ὡς Τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ ἐντελεῖται περὶ σοῦ. » Συκοφάντης γὰρ ὑπάρχων καὶ πλάνος ὁ Σατανᾶς, καὶ τὰ περὶ ἡμῶν εἰρημένα αὐτῷ προσάπτει τῷ προσώπῳ τοῦ πάντων ἡμῶν Σωτῆρος Χριστοῦ. Ἀλλ' ἡμεῖς οὐχ οὕτως νοοῦμεν, ὡς νοεῖν ἔθος τῷ Σατανᾷ· εἰ δὲ οὕτω νενοήκασιν Ἀρειανοὶ, θαυμαστὸν οὐδέν· ἀκολουθοῦσι γὰρ τῷ ἰδίῳ πατρὶ, ὃς ψεύστης ἐστὶ, καὶ ἀλήθεια ἐν αὐτῷ οὐκ ἔστι, κατὰ τὴν τοῦ Σω- B
τῆρος φωνήν· εἰ γάρ ἐστι κατ' αὐτοὺς ἀληθὲς τὸ τοιοῦτον, ἐλπίδα μὲν ἡμεῖς τὸν Χριστὸν πεποιήμεθα, αὐτὸς δὲ καταφυγὴν ἔχει τὸν Πατέρα· οὐκοῦν βοηθουμένῳ προσπεφεύγαμεν, Σωτῆρα καλοῦμεν τὸν παρ' ἑτέρου σωζόμενον. Οὐκ ἔστι ταῦτα, μὴ γένοιτο. Λέγομεν τοίνυν τοῖς οὕτω φρονεῖν εἰωθόσιν· Ἑτέραν ἡμῖν ἀναγγέλλετε πλάνησιν· ἔξω τῆς βασιλικῆς καὶ εὐθείας ἔρχεσθε τρίβου· εἰς ἀκάνθας καὶ βόθρους πίπτετε· τῆς ἀληθείας ἐκπεπτώκατε· ἴσος ἐστὶ κατὰ πάντα τοῦ Πατρὸς ὁ Υἱός· χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ· Ὕψιστος καθὰ καὶ ὁ Πατήρ. Ὁ μὲν οὖν Σατανᾶς τούτοις ἐχρήσατο τοῖς στίχοις (2) ὡς ἐπ' ἀνθρώπου κρινοῦ τοῦ Σωτῆρος· ἐπειδὴ γάρ ἐστιν ὅλος σκότος, καὶ κατεσκοτισμένην ἔχει τὴν διάνοιαν, C
οὐ συνῆκε τῶν εἰρημένων τὴν δύναμιν, ὅτι ὁ ψαλμὸς ἐκ προσώπου παντὸς δικαίου εἴρηται βοηθουμένου ὑπὸ τοῦ Ὑψίστου, ὄντος Θεοῦ τοῦ οὐρανοῦ· ἠγνόησέ τε πρὸς τούτῳ, ὅτι Θεὸς ὢν ὁ Λόγος γέγονεν ἄνθρωπος, καὶ αὐτὸς ἦν ὁ οἰκονομικῶς πειραζόμενος. Ὁ μὲν οὖν, ὡς ἔφην, ὡς ἐπ' ἀνθρώπου κοινοῦ, ἢ καὶ ὡς ἐφ' ἑνὸς τῶν ἁγίων προφητῶν εἰρῆσθαι τοὺς λόγους ὑπελάμβανεν· ἄτοπον ἡμᾶς τοὺς εἰδότας ἀκριβῶς τὸ μυστήριον, καὶ πεπιστευκότας ὅτι Θεός ἐστι καὶ Υἱὸς Θεοῦ, καὶ ὅτι δι' ἡμᾶς καὶ ἡμᾶς γέγονεν ἄνθρωπος, ὑπονοεῖν περὶ αὐτοῦ τοὺς στίχους εἰρῆσθαι. Οὐχ ἁρμόζει τοίνυν τῷ προσώπῳ τοῦ Σωτῆρος τὸ λέγεσθαι· « Τὸν Ὕψιστον ἔθου καταφυγήν σου. » Αὐτὸς γάρ ἐστιν Ὕψιστος, ἡ πάντων καταφυγὴ, ἡ πάντων ἐλπὶς, ἡ πάντα ἰσχύουσα τοῦ Πατρὸς δεξιά· D
κἂν τις αὐτὸν καταφυγὴν θεῖτο, οὐ προσελεύσεται πρὸς αὐτὸν κακά· αὐτὸς γὰρ ἐντελεῖται τοῖς ἀγγέλοις, λειτουργικοῖς οὖσι πνεύμασιν, ὅπως φρουρῶσι τὸν δίκαιον. Ὥσπερ γὰρ οἱ κατὰ σάρκα πατέρες (3), ὅταν ἴδωσιν ὁδὸν τραχεῖαν καὶ δύσβατον, ἁρπάζουσιν εἰς χεῖρας τὰ βρέφη, μή πως ἀδικηθῇ τρυφερὸν ἔχοντα τὸν πόδα, καὶ οὔπω διὰ σκληρᾶς ὁδοῦ βῆναι δυνάμενα, οὕτω καὶ αἱ λογικαὶ δυνάμεις τοὺς οὔπω πονεῖν ἰσχύοντας, νηπιοπρεπῆ δέ πως

Domine, spes mea, Altissimum posuisti refugium tuum. » Aiunt ergo Dominum habere refugium suum Altissimum, id est residentem in cœlis Patrem. Causa autem hujusmodi est illis Satanas, qui ita versiculos intellexit, cum ait : « Si Filius Dei es, mitte te deorsum. Scriptum est enim : Angelis suis mandabit de te. » Nam cum sycophanta deceptorque sit Satanas, ea quæ de nobis dicta fuerunt, ipsi accommodat personæ Servatoris omnium nostrum Christi. Verumenimvero nos haud ita intelligimus ut Satanas solet. Quod si ita intellexerunt Ariani, nil mirum ; sequuntur enim patrem suum, qui mendax est, et veritate caret, juxta Servatoris effatum [65]. Nam si, ut isti volunt, ita se res haberet, nos quidem spem nostram in Christo collocavimus ; ipse autem refugium habet Patrem : ex quo sequitur ut ad egentem auxilio confugerimus, et Servatorem appellemus eum qui ab alio servatus est. Verum hæc non ita se habent ; absit ! Dicimus ergo his qui ita sentire solent : Ecce **155** alterum vestrum nobis demonstratis errorem : extra regiam rectamque viam gradimini, in spinas foveasque deciditis, a veritate devii. Æqualis est per omnia Patri Filius, figura substantiæ illius, Altissimus æque ac Pater. Satanas ergo his usus est versiculis ceu si cum Servatore ageret tanquam vulgari homine. Cum sit enim totus tenebrosus, et mentem obscuratam gerat, non intellexit dictorum verborum vim ; nempe quod psalmus in persona cujusvis justi dictus fuerit ab illo Altissimo adjuti, qui Deus cœlorum est. Nescivit insuper Deum Verbum factum fuisse hominem, ipsumque adeo esse qui tunc ex dispensationis ratione tentabatur. Diabolus ergo, ut dixi, tanquam de communi homine, vel certe de uno aliquo sancto propheta, verba illa dicta esse putavit. Porro absurdum esset nos accurate mysterium jam edoctos, credentesque ipsum Deum esse Deique Filium, et pro nobis æque ac nos factum hominem, existimare dictos de ipso fuisse illos versiculos. Haud igitur Servatoris personæ quadrant verba : « Altissimum posuisti refugium tuum. » Ipse est enim Altissimus, omnium refugium, omnium spes, omnia potens dextera Patris : quem si quis refugium suum posuerit, mala ad eum non accedent. Etenim ipse imperat angelis, qui sunt ministratorii spiritus, ut justum custodiant. Nam sicuti carnales patres, cum viam asperam difficilemque aspexerint, infantulos suos manibus sustollunt, ne forte tenelli illorum pedes lædantur, qui nondum viæ duritiem ferre queunt, sic etiam intellectuales potentiæ eos qui nondum labores durare valent, quia puerili adhuc animo sunt, non sinunt eos supra vires fatigari, sed omni eripiunt tentatione.

[65] Joan. VIII, 44

(1) Locus hic vel desumptus fuit a Cyrillo ex suo in psal. XC Commentario (supra t. II) ; vel ex hoc loco vice versa illuc translatus.

(2) Lege rursus Cyrillum ad psal. XC.

(3) Adhuc adi Cyrillum ad psal. XC.

Digitized by Google

τὴν διάνοιαν ἔχοντας, οὐκ ἐῶσι πονεῖν ὑπὲρ δύναμιν, ἀλλὰ παντὸς ἐξέλκουσι πειρασμοῦ (1).

V. 14. *Et regressus est Jesus in virtute Spiritus in Galilæam.*

Omisso urbium incolatu, desertis in locis **156** versabatur. Ibi jejunavit, tentatusque a diabolo est; ibi pro nobis vicit; ibi capita draconum contrivit; ibi, ut ait beatus David [86], inimici frameæ defecerunt in finem, et urbes sunt destructæ, id est, illi qui turrium urbiumque instar erant. Ergo Satana superato, atque in seipso coronata hominis natura spoliis de illo relatis, reversus est in Galilæam cum virtute Spiritus, operandi potentia utens, plurima edens miracula, multamque sui admirationem excitans. Miracula vero operabatur, non accepta exterius donataque sibi a Spiritu gratia, sicuti cæteris sanctis eveniebat, sed ipse potius exsistens naturalis verusque Dei Patris Filius, et eorum, quæ hujus propria sunt, hæres. Namque et ipsi aiebat: « Omnia mea, tua sunt, et tua, mea; et glorificatus sum in eis [87]. » Glorificatus est igitur, tanquam virtute et efficacia propria utens illa, quæ est Spiritus sibi consubstantialis.

A *Καὶ ὑπέστρεψεν ὁ Ἰησοῦς ἐν τῇ δυνάμει τοῦ Πνεύματος εἰς τὴν Γαλιλαίαν.*

(A f. 77, H f. 234 b) Ἀφεὶς τὰς ἐν ταῖς πόλεσι διατριβὰς, ταῖς ἐρήμοις ἐνηυλίζετο· ἐκεῖ νενήστευκε πειραζόμενος ὑπὸ τοῦ Σατανᾶ, ἐκεῖ νενίκηκεν ὑπὲρ ἡμῶν, ἐκεῖ συνέτριψε τὰς κεφαλὰς τῶν δρακόντων, ἐκεῖ, καθά φησιν ὁ μακάριος Δαβὶδ, τοῦ ἐχθροῦ ἐξέλιπον αἱ ῥομφαῖαι εἰς τέλος, καὶ πόλεις καθῄρηνται, τουτέστιν ὡς πύργοι καὶ πόλεις ὄντες· κατευμεγεθήσας τοίνυν τοῦ Σατανᾶ, καὶ στεφανώσας ἐν ἑαυτῷ τὴν τοῦ ἀνθρώπου φύσιν τοῖς κατ' ἐκείνου βραβείοις, ὑπέστρεψεν εἰς τὴν Γαλιλαίαν, ἐν τῇ δυνάμει τοῦ Πνεύματος, ἐνεργείᾳ τε καὶ δυνάμει χρώμενος, πλείστας τε θεοσημείας ἀποτελῶν, καὶ πολὺ τὸ θαῦμα παρεχόμενος. Εἰργάζετο δὲ τὰς θεοσημείας, οὐκ B ἔξωθεν καὶ πεπορισμένην τὴν τοῦ Πνεύματος χάριν λαβὼν, καθὰ καὶ ὁ τῶν ἁγίων χορὸς, ὑπάρχων δὲ μᾶλλον φύσει τε καὶ ἀληθῶς Υἱὸς τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, καὶ κλῆρον ἴδιον ἔχων τὰ αὐτοῦ· καὶ γὰρ ἔφη πρὸς αὐτὸν, ὅτι « Πάντα τὰ ἐμὰ, σά ἐστι, καὶ τὰ σὰ ἐμὰ, καὶ δεδόξασμαι ἐν αὐτοῖς. » Δεδόξασται τοίνυν ὡς ἰδίᾳ δυνάμει καὶ ἐνεργείᾳ χρώμενος τῇ τοῦ ὁμοουσίου Πνεύματος.

V. 16. *Et venit Nazareth. Et intravit in synagogam.*

Quoniam deinceps oportebat notum se constituere filiis Israelis, et incarnationis illucescere mysterium his qui illud ignorabant, et quod ipse unctus fuisset a Deo Patre ob mundi salutem; prudentissime hoc quoque agit. Primis autem hoc ante C alios beneficium largitur popularibus suis Nazareti, quos inter fuerat nutritus, secundum carnem videlicet. Ergo synagogam ingressus, sumit librum ad legendum; eoque aperto, propheticam deligit sententiam quæ mysterium de ipso loquebatur. — Manifestissime vero in his dictis ipse prophetæ voce aiebat, se hominem factum iri et venturum ad salvandum orbem terrarum. Namque unctum fuisse haud aliter dicimus Filium, quam quatenus caro factus erat, id est æque ac nos homo constitutus. Jam cum ipse Deus simul et homo sit, idem Spiritum divinitus donat creaturæ, idemque a Deo Patre ipsummet recipit humanitus, qui tamen creaturam omnem sanctificat; **157** quandoquidem et ex sancto Patre exsplenduit, et ex ipso profusum Spiritum D tum in supernas virtutes tanquam proprium immittit, tum etiam in illos qui adventum ejus cognoverunt.

*Καὶ ἦλθεν εἰς τὴν Ναζαρέτ· καὶ εἰσῆλθεν εἰς τὴν συναγωγήν.*

(A f. 77, H f. 235) Ἐπειδὴ ἐχρῆν λοιπὸν ἐμφανῆ ἑαυτὸν καταστῆσαι τοῖς ἐξ αἵματος Ἰσραὴλ, καὶ τὸ τῆς ἐνανθρωπήσεως ἐκλάμψαι μυστήριον τοῖς οὐκ εἰδόσιν αὐτὸ, καὶ ὅτι κέχρισται παρὰ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς εἰς σωτηρίαν τῆς ὑπὸ οὐρανὸν, πανσόφως καὶ τοῦτο οἰκονομεῖ· χαρίζεται δὲ τοῦτο πρό γε τῶν ἄλλων τοῖς ἐν Ναζαρὲτ, οἷς καὶ συνετράφη, κατά γέ φημι τὴν σάρκα. Εἰσελθὼν τοίνυν ἐν τῇ συναγωγῇ, δέχεται βιβλίον εἰς ἀνάγνωσιν· καὶ ἀνοίξας, προφητικὴν ἐπελέξατο ῥῆσιν, τὸ περὶ αὐτοῦ λαλοῦσαν μυστήριον. — Ἐναργέστατα δὲ διὰ τούτων αὐτὸς ἦν ὁ λέγων διὰ τῆς τοῦ προφήτου φωνῆς, ὡς καὶ ἐνανθρωπήσει καὶ ἁφίξεται διασώσων τὴν ὑπ' οὐρανόν· κεχρίσθαι γὰρ οὐχ ἑτέρως φαμὲν τὸν Υἱὸν, πλὴν ὅτι κατὰ τὴν σάρκα γενόμενον δηλονότι καθ' ἡμᾶς καὶ ἐνανθρωπήσαντα· Θεὸς γὰρ ὑπάρχων ὁμοῦ καὶ ἄνθρωπος, ὁ αὐτὸς δίδωσι μὲν θεϊκῶς τὸ Πνεῦμα τῇ κτίσει, δέχεται δὲ αὐτὸ παρὰ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς κατὰ τὸ ἀνθρώπινον, ὁ πᾶσαν ἁγιάζων τὴν κτίσιν, ἅτε καὶ ἐξ ἁγίου Πατρὸς πεφηνὼς, καὶ τὸ ἐξ αὐτοῦ προχεόμενον Πνεῦμα καὶ ταῖς ἄνω δυνάμεσιν ἐνιεὶς ὡς ἑαυτοῦ, καὶ προσέτι τοῖς ἐπεγνωκόσιν αὐτοῦ τὴν ἐπιφάνειαν.

V. 18. *Spiritus Domini super me; propter quod unxit me, evangelizare pauperibus misit me*, etc.

Manifeste his verbis demonstrat, se exinanitionis demissionem et humilitatem, et ipsum Christi nomen atque officium nostri causa excepisse. Namque ait: Spiritus, qui mihi naturaliter inest propter

*Πνεῦμα Κυρίου ἐπ' ἐμὲ, οὗ ἕνεκεν ἔχρισέ με, εὐαγγελίζεσθαι πτωχοῖς ἀπέσταλκέ με*, κ. τ. λ.

(B f. 50) Σαφῶς διὰ τούτων δηλοῖ, ὡς τὸ τῆς κενώσεως ὑφειμένον, καὶ ὑποβεβηκὸς, καὶ αὐτὸ τὸ Χριστὸς ὄνομά τε καὶ πρᾶγμα δι' ἡμᾶς κατεδέξατο. Τὸ γὰρ Πνεῦμα, φησὶν, ὅπερ ἐστὶ φυσικῶς ἐν ἐμοὶ

[86] Psal. IX, 7. [87] Joan. XVII, 10.

(1) Animadverte de custodibus hominum angelis Cyrilli testimonium.

Digitized by Google

διὰ τὸ ταυτὸν τῆς οὐσίας καὶ τῆς θεότητος, τοῦτο ἐπ' ἐμὲ παραγέγονεν καὶ ἔξωθεν· ὥσπερ καὶ ἐν Ἰορδάνῃ ἐν εἴδει περιστερᾶς ἐπεφοίτησεν, οὐχ ὡς μὴ ὑπάρχον ἐν ἐμοί, ἀλλ' οὗ εἵνεκεν ἔχρισέ με. Τίνος δὲ εἵνεκεν χρισθῆναι προεῖλετο; Ἡμῶν τῶν ἐρήμων γενομένων τοῦ Πνεύματος διὰ τὴν ἀρχαίαν ἐκείνην ἀπόφασιν, τό· « Οὐ μὴ καταμείνῃ τὸ Πνεῦμά μου ἐν τοῖς ἀνθρώποις τούτοις, διὰ τὸ εἶναι αὐτοὺς σάρκα. » — Ταῦτα ὁ ἐνανθρωπήσας τοῦ Θεοῦ Λόγος φησί· Θεὸς γὰρ ὢν ἀληθινὸς ἐξ ἀληθινοῦ Θεοῦ τοῦ Πατρὸς, καὶ δι' ἡμᾶς ἄνθρωπος ἀτρέπτως γεγονὼς, μεθ' ἡμῶν κέχρισται τῷ ἐλαίῳ τῆς ἀγαλλιάσεως, τοῦ Πνεύματος αὐτῷ παρὰ τὸν Ἰορδάνην ἐπιφοιτήσαντος ἐν εἴδει περιστερᾶς. Πάλαι μὲν γὰρ συμβολικῶς ἐχρίφντο βασιλεῖς τε καὶ ἱερεῖς, ἁγιασμοῦ τινα μετοχὴν ἐκ τούτου κερδαίνοντες· ὁ δὲ δι' ἡμᾶς ἐνανθρωπήσας, τῷ νοητῷ τῆς ἀγαλλιάσεως ἐλαίῳ, καὶ αὐτῇ τῇ τοῦ Πνεύματος ἐπιφοιτήσει ἐχρίσθη· τοῦτο ἡμῖν λαμβάνων, οὐχ ἑαυτῷ· καὶ γὰρ ἀποπτάντος τοῦ Πνεύματος, καὶ μὴ καταμείναντος ἐν ἡμῖν διὰ τὸ εἶναι ἡμᾶς σάρκα, πένθους ἦν πλήρης ἡ γῆ, ἅτε μετουσίας ἐστερημένη Θεοῦ. — (B f. 50 b) Ἐκήρυξε δὲ καὶ αἰχμαλώτοις ἄφεσιν, ἣν καὶ ἐνήργησε, δήσας τὸν ἰσχυρὸν τὸν τυραννικῶς καταδυναστεύσαντα τοῦ γένους ἡμῶν Σατανᾶν, καὶ τὰ σκεύη αὐτοῦ διαρπάσας ἡμᾶς.

A unitatem substantiæ ac deitatis, is, inquam, in me exterius supervenit : sicut etiam apud Jordanem sub columbæ specie descendit ; non quia in me non esset, sed quatenus unxit me. Cur autem ungi voluit? Nempe quia nos deserti eramus a Spiritu ob antiquam illam sententiam : « Non permanebit Spiritus meus in his hominibus, quia caro sunt [88]. » — Hæc ab humanato Dei Verbo dicuntur. Verus enim Deus ex Deo Patre, et propter nos homo sine mutatione factus, nobiscum unctus est oleo exsultationis, Spiritu in eum sub columbæ specie apud Jordanem convolante. Olim sane symbolice ungebantur reges ac sacerdotes, qui indidem quamdam sanctificationis partem nanciscebantur. Sed hic nostri causa homo factus, intellectuali exsultationis B oleo, et ipso Spiritus adventu unctus fuit; rem hanc non sibi, sed nobis accipiens. Etenim eum a nobis avolasset Spiritus, neque in nobis permansisset, quia caro eramus, luctus terram occupabat, quæ Dei participatione carebat. — Prædicavit etiam captivis remissionem, vinciens fortem et tyrannice generi nostro dominantem Satanam, ejusque vasa, nempe nos, rapiens.

(A f. 77, H f. 235 b) Ὥσπερ μέντοι τὸ, *ἔχρισέ με*, τῇ ἀνθρωπότητι πρέπει· χρίεται γὰρ οὐχ ἡ θεία φύσις, ἀλλὰ τὸ ἡμῖν ὁμογενές· οὕτω καὶ τὸ, *ἀπέσταλκέ με*, τῷ ἀνθρωπίνῳ λογιστέον. — (A f. 77 b, H f. 236) Καὶ τοὺς πάλαι τὴν ἐκ τοῦ διαβόλου ἀχλὺν ἔχοντας εἰς καρδίαν, λαμπροὺς ἀπέφηνεν, οἷά τις δικαιοσύνης ἥλιος ἀνίσχων, καὶ υἱοὺς ἀποφήνας οὐκέτι νυκτὸς καὶ σκότους, ἀλλὰ φωτὸς καὶ ἡμέρας, κατὰ τὴν Παύλου φωνήν· καὶ οἱ τυφλοὶ ὄντες· ἐτύφλωσε γὰρ τὰς καρδίας αὐτῶν ὁ ἀποστάτης· ἀνέβλεψαν, καὶ ἐπέγνωσαν τὴν ἀλήθειαν, καὶ καθὼς φησιν Ἡσαΐας, γέγονεν αὐτοῖς τὸ σκότος εἰς φῶς· τουτέστιν, οἱ ἀμαθεῖς γεγόνασι σοφοί· οἳ ποτε πλανώμενοι τὰς τῆς δικαιοσύνης ἐγνώκασιν ὁδούς. Φησὶ δέ που καὶ πρὸς αὐτὸν τὸν Υἱὸν ὁ Πατήρ· « Δέδωκά σε εἰς διαθήκην γένους, εἰς φῶς ἐθνῶν, ἀνοῖξαι ὀφθαλμοὺς τυφλῶν, ἐξαγαγεῖν ἐκ δεσμῶν δεδεμένους, καὶ ἐξ οἴκου φυλακῆς καθημένους ἐν σκότει. » Ἀφίκετο γὰρ ὁ Μονογενὴς εἰς τόνδε τὸν κόσμον, καὶ τοῖς ἐκ γένους, τουτέστι τοῖς ἐξ αἵματος Ἰσραὴλ· ἐξ αὐτῶν γὰρ πέφηνε τὸ κατὰ σάρκα· τὴν καινὴν δέδωκε διαθήκην, τὴν πάλαι προηγγελμένην διὰ φωνῆς προφητῶν· ἐνήστραψε δὲ καὶ τοῖς ἔθνεσι τὸ θεῖόν τε καὶ οὐράνιον φῶς· καὶ τοῖς ἐν ᾅδου πνεύμασι πορευθεὶς ἐκήρυξε, καὶ τοῖς καθειργμένοις ἐν οἴκῳ φυλακῆς ἐπεφάνη, καὶ πάντας ἀνῆκε δεσμῶν καὶ ἀνάγκης. Ταῦτα δὲ πῶς οὐκ ἂν ἔχοι σαφῆ τὴν ἀπόδειξιν τοῦ, ὅτι καὶ Θεὸς καὶ ἐκ Θεοῦ κατὰ φύσιν ἐστὶν ὁ Χριστός;

Sicut verba *unxit me* humanitati conveniunt : ungitur enim non divina natura, sed id quod nobis cognatum est: ita etiam verba *misit me* humanæ conditioni reputanda sunt. — Et illos, qui olim diaboli tenebris obscuratum cor habebant, **158** splendidos fecit, sol veluti justitiæ oriens; eosque haud jam diutius noctis ac tenebrarum filios, sed lucis atque diei præstitit, juxta Pauli dictum [89]. Et qui cæci erant, quorum corda scilicet apostata ille excæcaverat, lumen viderunt, veritatemque agnoverunt ; atque, ut ait Isaias [90], tenebræ illis in lucem versæ sunt, id est rudes facti sunt sapientes ; et qui illactenus erraverant, justitiæ vias cognoverunt. Dicit autem alicubi etiam Filio Pater : « Dedi te in fœdus generis, in lucem gentium, ut aperires oculos cæcorum, et educeres de vinculis alligatos, et de domo carceris sedentes in tenebris [91]. » Venit enim Unigenitus in hunc mundum, et iis qui de genere erant, id est de Israelis sanguine, ex quibus D carnaliter est ortus, novum fœdus tradidit, antiquitus jam prophetarum voce promissum. Illuxit quoque ethnicis divinum et cœleste lumen : quin etiam spiritibus in erebo conclusis profectus illuc prædicavit, et carcere detentis apparuit, cunctosque necessitatis vinculis expedivit. Quidni vero hæc manifeste demonstrant, et Deum et ex Deo naturaliter esse Christum?

Τί δέ τὸ ἀποστεῖλαι τεθραυσμένους ἐν ἀφέσει; Τὸ ἐλευθέρους ἐκπέμψαι, οὓς συνέθραυσε νοητῶς ῥαβδίζων ὁ Σατανᾶς. Τί δὲ τὸ κηρύξαι ἐνιαυτὸν Κυρίου

Quid est autem dimittere confractos in remissionem? Nempe liberos abire jubere, quos spiritaliter contriverat flagellans Satanas. Quid rursus est

[88] Gen. vi, 3. [89] 1 Thess. v, 5. [90] Isa. xlii, 16. [91] Ibid. vi, 7.

Digitized by Google

annum Domini acceptabilem prædicare ? Nempe suum nuntiare adventum, tempusque Domini, id est Filii, adesse. Vere enim acceptabile tempus illud fuit, quo pro nobis crucifixus est Christus : quippe tunc acceptabiles Deo Patri evasimus, ab illo oblati. Unde aiebat : « Cum exaltatus fuero de terra, omnes traham ad meipsum [92]. » Ecce autem post triduum revixit, calcata mortis potentia. Deinde discipulis coram aiebat : « Data est mihi omnis potestas, » et reliqua [93]. Acceptabilis itaque ille omnino annus quo in ejus familiaritatem sortito recepti fuimus, peccato per baptismum sanctum absterso, divinæque ejus **159** naturæ communicavimus per Spiritus sancti participationem. Vel acceptabilis annus dicendus, quo gloriam suam manifestavit miraculis humanam orationem excedentibus. Libenter sane excepimus salutis ab eo datæ tempus, quod etiam sapientissimus Paulus innuit dicens : « Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis [94]; » cum pauperes, qui cujuslibet boni inopia jamdiu laborabant, sine spe, sine Deo in mundo (erant autem hi ethnici), fide in eum divites facti sunt, divinumque et cœlestem lucrati sunt thesaurum, evangelicam videlicet salutarem doctrinam ; cujus gratia facti sunt regni cœlorum participes, sanctorum consortes, rerumque quæ mentem sermonemque excedunt hæredes. « Oculus enim non vidit, ait Scriptura, neque auris audivit, neque in cor hominis ascendit, quæ præparavit Deus iis qui diligunt illum [95]. » Vel fortasse etiam pauperibus spiritu donatam hic ait sermo evangelicus abundantem Christi charismatum subministrationem.

Confractos autem corde dicit debiles et instabilem mentem habentes, et qui cupiditatum impetum sustinere non valent, sed ita ab his arripiuntur, ut captivi videantur. His medelam remissionemque promittit. Quibus cum cæci sint, visum etiam confert. Reapse enim qui creaturam præ Creatore colunt, « et ligno aiunt, Pater meus es tu ; et lapidi, Tu me genuisti [96], » proindeque naturalem verumque Deum non agnoscunt, quidni cæci sint, divinoque et intellectuali lumine cassum cor habeant ? Iis immittit Pater veræ Dei notitiæ lumen. Vocati enim per fidem fuerunt, et Deum cognoverunt, vel potius ab ipso sunt agniti : et cum noctis ac tenebrarum filii essent, lucis filii evaserunt. Namque ipsis illuxit dies, sol justitiæ se extulit, splendidusque exortus est lucifer. Cæteroqui nihil est molestum, si etiam Israelitis cuncta dicta accommodentur. Quippe pauperes erant, et confracti corde, et quasi captivi atque obtenebrati. Non enim erat in terra qui bonum **160** faceret, nemo, ne unus quidem ; sed « omnes declinaverant, simul inutiles

A δεκτόν (1); Τὸ τὴν ἑαυτοῦ εὐαγγελίσασθαι παρουσίαν, τὸ τὸν καιρὸν ἐνστῆναι τοῦ Κυρίου, τουτέστι τοῦ Υἱοῦ· δεκτὸς γὰρ ἐνιαυτὸς, καθ' ὃν ἐσταυρώθη Χριστὸς ὑπὲρ ἡμῶν· δεκτοὶ γὰρ τότε γεγόναμεν τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ καρποφορηθέντες δι' αὐτοῦ. Διὸ ἔλεγεν· « Ὅταν ὑψωθῶ ἐκ τῆς γῆς, πάντας ἑλκύσω πρὸς ἐμαυτόν. » Καὶ γοῦν ἀνέβιω τριήμερος, πατήσας τοῦ θανάτου τὸ κράτος. Εἶτα τοῖς μαθηταῖς προσεφώνει· « Ἐδόθη μοι πᾶσα ἐξουσία, » καὶ τὰ ἑξῆς. Δεκτὸς οὖν ἐνιαυτὸς ἐκεῖνός που πάντως, καθ' ὃν εἰσεδέχθημεν τὴν πρὸς αὐτὸν λαχόντες οἰκείωσιν, ἀπονιψάμενοι τὴν ἁμαρτίαν, διὰ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος· καὶ τῆς θείας αὐτοῦ φύσεως γενόμενοι κοινωνοὶ, διὰ μετοχῆς τοῦ ἁγίου Πνεύματος· ἦγουν δεκτὸς ἐνιαυτὸς, καθ' ὃν πεφανέρωκε τὴν δόξαν αὐτοῦ, διὰ τὰς (Codd. τῆς, sed malui τὰς) ὑπὲρ λόγον θεοσημείας. Ἐδεξάμεθα γὰρ ἀσμένως τὸν τῆς παρ' αὐτοῦ σωτηρίας καιρὸν, ὃν δὴ καὶ ὁ πάνσοφος Παῦλος καταμεμήνυκεν λέγων· « Ἰδοὺ νῦν καιρὸς εὐπρόσδεκτος, ἰδοὺ νῦν ἡμέρα σωτηρίας· » ὅτε οἱ πτωχοὶ, οἱ παντὸς ἀγαθοῦ νενοσηκότες τὴν ἐνδειάν ποτε, ἐλπίδα τε μὴ ἔχοντες, καὶ ἄθεοι ἐν τῷ κόσμῳ· οὗτοι δ' ἂν εἶεν οἱ ἐξ ἐθνῶν· τὴν εἰς αὐτὸν πίστιν ἐπλούτησαν, τὸν θεῖόν τε καὶ οὐράνιον κεκερδάκασι θησαυρὸν, τὸ εὐαγγελικὸν δηλονότι καὶ σωτήριον κήρυγμα, δι' οὗ γεγόνασι καὶ τῆς τῶν οὐρανῶν βασιλείας μέτοχοι, καὶ συμμερισταὶ τῶν ἁγίων, καὶ κληρονόμοι τῶν ὑπὲρ νοῦν καὶ λόγον. « Ὀφθαλμὸς γὰρ οὐκ εἶδε, φησὶ, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσε, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη, ἃ ἡτοίμασεν ὁ Θεὸς τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν. » Ἡ τάχα που καὶ τοῖς πτωχοῖς τῷ πνεύματι, δεδωρῆσθαί φησιν ὁ λόγος ἐν τούτοις τῶν διὰ Χριστοῦ χαρισμάτων τὴν ἄφθονον χορηγίαν.

B

C Συντετριμμένους δέ φησι τὴν καρδίαν, τοὺς ἀσθενεῖς καὶ εὐδιάθρυπτον ἔχοντας νοῦν, καὶ ταῖς τῶν παθῶν προσβολαῖς ἀντιφέρεσθαι μὴ δυναμένους, ὑπενηνεγμένους δὲ οὕτως αὐταῖς, ὡς αἰχμαλώτους εἶναι δοκεῖν. Τούτοις ἴασίν τε καὶ ἄφεσιν ἐπαγγέλλεται· τυφλοῖς δὲ οὖσιν αὐτοῖς δίδωσι καὶ ἀνάβλεψιν· οἱ γὰρ τῇ κτίσει παρὰ τὸν κτίσαντα λατρεύοντες, « καὶ τῷ ξύλῳ λέγοντες, Πατήρ μου εἶ σύ· καὶ τῷ λίθῳ, Σὺ ἐγέννησάς με, » εἶτα τὸν φύσει καὶ ἀληθῶς ὄντα Θεὸν οὐκ ἐπεγνωκότες, πῶς οὐκ ἂν εἶεν τυφλοὶ, καὶ φωτὸς τοῦ θείου καὶ νοητοῦ γυμνὴν ἔχοντες τὴν καρδίαν ; Τούτοις ἐνίησιν ὁ Πατὴρ τῆς ἀληθοῦς θεογνωσίας τὸ φῶς. (H f. 237) Κέκληνται γὰρ διὰ πίστεως, καὶ ἔγνωσαν αὐτὸν, μᾶλλον δὲ ἐγνώσθησαν ὑπ' αὐτοῦ· καὶ υἱοὶ νυκτὸς ὄντες καὶ σκότους, φωτὸς γεγόνασι τέκνα· διηύγασε γὰρ αὐτῶν ἡ ἡμέρα, καὶ ὁ τῆς δικαιοσύνης ἀνίσχεν ἥλιος, καὶ λαμπρὸς ἀνέτειλεν ἑωσφόρος. Λυπεῖ δὲ οὐδὲν καὶ τῶν ἐξ αἵματος Ἰσραὴλ ἐφαρμόσαι πάντα τὰ εἰρημένα· καὶ γὰρ ἦσαν πτωχοὶ καὶ συντετριμμένοι τὴν καρδίαν, καὶ οἷον αἰχμάλωτοι καὶ ἐσκοτισμένοι· οὐ γὰρ ἦν ἐπὶ

[92] Joan. XII, 32. [93] Matth. XXVIII, 18. [94] II Cor. VI, 2. [95] I Cor. II, 9. [96] Jerem. II, 27.

(1) Cyrillum fecisse insignem explanationem hujus loci, id est anni acceptabilis, testis est priscus anonymus quem nos postea recitabimus cap. VI, 15.

Digitized by Google

γῆς ὁ ποιῶν χρηστότητα, οὐκ ἦν ἕως ἑνός. Ἀλλὰ « πάντες ἐξέκλιναν, ἅμα ἠχρειώθησαν · » ἀφῖκται δὲ ὁ Χριστὸς, καὶ πρό γε τῶν ἄλλων εὐαγγελιζόμενος τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ τῆς ἑαυτοῦ παρουσίας τὰ κατορθώματα (τοιαῦτα δὲ ἦν καὶ τὰ τῶν ἐθνῶν ἀῤῥωστήματα), λελύτρωνται δὲ δι' αὐτοῦ · πεπλουτήκασι γὰρ τὴν παρ' αὐτοῦ σοφίαν, καὶ συνετοὶ γεγόνασι, καὶ ἀσθενῆ καὶ συντεθραυσμένην οὐκέτι τὴν διάνοιαν ἀνέχουσιν, ὑγιᾶ δὲ καὶ ἐῤῥωμένην, καὶ ἐπιτηδείως ἔχουσαν πρὸς παραδοχὴν καὶ κατόρθωσιν παντὸς ἀγαθοῦ καὶ σωτηρίου πράγματος. Ἔδει γὰρ σοφίας καὶ συνέσεως τοῖς πεπλανημένοις, οἳ διὰ πολλὴν ἀδελτηρίαν προσεκύνησαν τῇ κτίσει παρὰ τὸν κτίσαντα, καὶ ξύλα καὶ λίθους ἐπεγράφοντο θεούς. Ἀλλ' οἱ πάλαι Χριστὸν οὐκ εἰδότες, διὰ τὸ ἐν ἀχλύϊ καὶ σκότῳ τελεῖν, Θεὸν αὐτὸν ἐπεγράψαντο.

Τούτων ὑπαναγνωσθέντων τοῖς συνειλεγμένοις, ὁ μὲν πάντων τοὺς ὀφθαλμοὺς πρὸς ἑαυτὸν ἐπέστρεψε, θαυμαζόντων τάχα πῶς οἶδε γράμματα, μὴ μεμαθηκώς. Ἐπειδὴ δὲ ἔθος ἦν τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ, τὰς περὶ αὐτοῦ προφητείας ἐκπεπεράνθαι λέγειν, ἢ ἐπί τισι τῶν παρ' αὐτοῖς ἐνδόξως βεβασιλευκότων, ἢ γοῦν ἐπὶ προφήταις ἁγίοις · (B f. 51) συνιέντες γὰρ οὐδὲν τῶν περὶ αὐτοῦ γεγραμμένων ὀρθῶς, ἑτέραν ᾖχοντο τρίβον, ἔξω πίπτοντες σκοποῦ · ἵνα δὲ μὴ πάλιν λέγωσί τι τοιοῦτον περὶ τῆς εἰρημένης προφητείας, ἀναγκαίως προασφαλίζεται, καί φησιν, ὅτι « Σήμερον αὕτη ἡ γραφὴ πεπλήρωται ἐν τοῖς ὠσὶν ὑμῶν, » ἑαυτὸν ἐναργῶς παριστὰς ἐν τούτοις τὸν διὰ τῆς προφητείας προηγορευμένον. — (A f. 78, H f. 237 b) Αὐτὸς γὰρ εὐηγγελίσατο τὴν τῶν οὐρανῶν βασιλείαν τοῖς ἀπὸ τῶν ἐθνῶν · αὐτοὶ γὰρ ἦσαν πτωχοὶ, μηδὲν ἔχοντες, μὴ Θεὸν, μὴ νόμον, μὴ προφήτας · ἢ καὶ ἅπασιν ἁπλῶς τὸν πλοῦτον οὐκ ἔχουσι πνευματικόν. Αὐτὸς αἰχμαλώτους ὄντας ἐῤῥύσατο, τὸν ἀποστάτην τύραννον καθελὼν, τουτέστι τὸν Σατανᾶν. Αὐτὸς τὸ θεῖον καὶ νοητὸν φῶς ἐνήστραψε τοῖς ἐσκοτισμένην ἔχουσι τὴν καρδίαν. Ἔφη γοῦν · « Ἐγὼ φῶς εἰς τὸν κόσμον τοῦτον ἐλήλυθα. » Αὐτὸς ἀπέλυσε τῶν τῆς ἁμαρτίας δεσμῶν, δηλονότι τοὺς συντεθραυσμένην ἔχοντας τὴν καρδίαν · (B f. 51) ἀλλὰ τὴν μέλλουσαν αὐτὸς ὑπέδειξε ζωὴν, καὶ τὴν δικαίαν ἠπείλησε κρίσιν. Αὐτὸς ἐκήρυξεν ἐνιαυτὸν Κυρίου δεκτὸν, καθ' ὃν τὸ κήρυγμα τοῦ Σωτῆρος ἐγένετο · ἐνιαυτὸν γὰρ δεκτὸν, τὴν προτέραν αὐτοῦ οἶμαι λέγεσθαι παρουσίαν · ἡμέραν δὲ ἀνταποδόσεως, τὴν τῆς κρίσεως ἡμέραν.

*Καὶ πάντες ἐμαρτύρουν αὐτῷ, καὶ ἐθαύμαζον*, κ. τ. λ.

(A f. 78, H f. 237 b, C f. 113 b) Μὴ γὰρ συνιέντες τὸν κεχρισμένον καὶ ἀπεσταλμένον, καὶ τῶν οὕτω τεθαυμασμένων πραγμάτων ἀποτελεστὴν, εἰς τὰ συνήθη κατεκομίζοντο, καὶ ψυχρολογοῦσιν ἀβούλως · καίτοι γὰρ τεθαυμακότες ἐπὶ τοῖς · λόγοις τῆς χάριτος τοῖς ἐκπορευομένοις ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ, κατευτελίζειν ἤθελον · ἔφασκον γάρ · « Οὐχ υἱός ἐστιν Ἰωσὴφ οὗτος; » Καὶ τί τοῦτο παραλύει τοῦ θαυματουργοῦ τὴν δόξαν; Τί τὸ κωλύον

A facti fuerant [97]. » Porro venit Christus, Israelitis ante omnes adventus sui faustitatem nuntians (et quidem pares erant ethnicorum quoque infirmitates), redemptique ab illo sunt : nam sapientiam acquisiverunt : et bono intellectu pollentes, jam diutius infirmam et confractam mentem non gerunt, sed sanam atque valentem, recteque comparatam ad cujusvis boni salutarisque operis prosecutionem. Namque opus erat sapientia et intellectu his qui errabant, qui ob suam multam vecordiam adorabant creaturam præ Creatore, et ligna ac lapides deos vocabant. Sed demum qui Christum olim ignorabant, quia in caligine ac tenebris versabantur, postea Deum ipsum appellarunt.

B

Hæc cum lecta in concione fuissent, ipse quidem Jesus omnium oculos ad se convertit, mirantium fortasse quomodo litteras sciret qui eas non didicerat. Quia vero solebant dicere Israelitæ, vaticinia de Christo edita, vel in aliquibus qui apud se gloriose regnaverant fuisse completa, vel certe in sanctis prophetis (nam nihil de eo scriptum recte intelligentes, alia via incedebant, et scopo aberrabant); ne quid rursus hujusmodi dicerent circa modo memoratam prophetiam, necessario præmunit, aitque : « Hodie hæc prophetia in auribus vestris completa est; » se ipsum diserte affirmans his in verbis a prophetia designatum. — Namque C ipse cœlorum regnum ethnicis annuntiabat, qui sane inopes erant, nihil possidentes, neque Deum, neque legem, neque prophetas : vel generatim cunctis, quibus spiritales divitiæ deerant. Ipse captivos liberavit, apostatam tyrannum destruens, id est Satanam. Ipse divinum intellectuale lumen aspersit obtenebratum cor gerentibus. Quare aiebat : « Ego lux in hunc mundum veni [98]. » Ipse absolvit peccati vinculis, illos nimirum qui contritum cor habebant. Sed et futuram vitam ipse ostendit, **161** et justum interminatus est judicium. Ipse annum Domini acceptabilem prædicavit, quo Christi prædicatio contigit. Namque acceptabilem annum, ipsius dici puto priorem adventum; diem vero retributionis, judicii diem.

D

V. 22. *Et omnes testimonium illi dabant, et mirabantur*, etc.

Etenim non intelligentes eum esse illum unctum et missum, et tam mirabilium operum auctorem, ad suum ingenium redibant, inconsulteque inepta verba effutiebant. Et cum gratiosos admirati essent sermones qui de ore illius procedebant, attamen eos depretiare studebant, dum dicerent : « Nonne hic filius Josephi est? » Atqui id cur thaumaturgi gloriam aboleat? Quid impedit quominus venerabilis admirabilisque sit, etiamsi Josephi, ut putabatur,

[97] Psal. xiii, 1. [98] Joan. xii, 46.

Digitized by Google

filius esset? Nonne vides miracula, Satanam prostratum, victos dæmoniorum greges, variis morbis multos mortales liberatos? Laudas gratiam magisterio ejus insitam, deinde cavillaris Judaice quod Josephi filius exsistat? O magnam insipientiam! Vere de ipsis dicitur: « Ecce populus stultus et vecors; habent oculos, et non vident; aures, et non audiunt [99]. »

A αὐτὸν εἶναι σεπτόν τε καὶ ἀξιάγαστον, εἰ καὶ υἱὸς ἦν, ὡς ἐνομίζετο, τοῦ Ἰωσήφ; Οὐχ ὁρᾷς τὰς θεοσημείας, πεσόντα τὸν Σατανᾶν, νενικημένας τὰς τῶν δαιμονίων ἀγέλας, διαφόρων νοσημάτων ἐλευθέρους γεγονότας πολλούς; Ἐπαινεῖς τὴν χάριν τὴν ἐνοῦσαν αὐτοῦ ταῖς διδασκαλίαις, εἶτα σμικρολογεῖς Ἰουδαϊκῶς ὅτι πατέρα τὸν Ἰωσὴφ ἐπεγράφετο; Ὦ πολλῆς ἀβουλίας! Ἀληθὲς ἐπ' αὐτοῖς εἰπεῖν· « Ἰδοὺ λαὸς μωρὸς καὶ ἀκάρδιος· ὀφθαλμοὶ αὐτοῖς, καὶ οὐ βλέπουσιν· ὦτα αὐτοῖς, καὶ οὐκ ἀκούουσιν. »

V. 23. *Utique dicetis mihi hanc similitudinem*, etc.

*Πάντως ἐρεῖτέ μοι τὴν παραβολὴν ταύτην*, κ. τ. λ.

Vulgaris sermo apud Judæos erat, leporis causa inventus. Nam infirmis medicis inclamabant quidam: « Medice, cura teipsum. » Ergo hoc veluti proverbium illis referens aiebat Christus: Multa vultis a me fieri signa, apud vos præsertim, quia vobiscum sum educatus. Sed novi communem omnibusque contingere solitam animi passionem: semper enim despiciuntur vel res optimæ, si apud quosdam raræ non sint, sed ultroneæ. Sic etiam hominibus accidit: nam qui familiaris semperque ob oculos est, ei debitus quoque honor negatur ab ipsius notis. — Ergo illos coarguit insipienter dicentes: « Nonne hic Josephi filius est? » Nihilominus scopum doctrinæ suæ prosequitur, aitque: « Amen **162** dico vobis, nemo propheta in patria sua acceptus est. »

A Paulus : « Unus Dominus, una fides, unum baptisma [29]. » Igitur si duos dicunt filios, duo prorsus erunt domini, bina fides, totidemque baptismata. Falsa ergo docebit is qui Christum in se habuit loquentem, ut ipse ait [30]. Non tamen ista sunt; absit ! Ergo unum **174** Dominum scimus, id est unigenitum Dei Verbum incarnatum; haud seorsum ponentes hominem et seorsum Deum, sed ipsum Dei Patris Verbum hominem factum affirmantes, simulque in sua deitate perseverantem. Alioqui dicant adversarii : Si duo sunt filii, unum quidem seorsum ex Davidis stirpe, alterum item sigillatim Dei Patris Verbum; nonne meliore natura est Dei Patris Verbum, quam ille de Davide oriundus filius? Age vero quid agemus? dum duo volatilia spectamus, haud equidem naturaliter invicem aliena, sed uniformia potius, nullaque re differentia, qualia quantaque ipsa sunt. Ergo concedant propter volatilium uniformitatem, nihil ab homine differre Dei Verbum. Sed hilum non proficient; multum distat a deitate humanitas : oportet autem exempla conveniente ratione intelligere; ea enim inferiora veritate sunt, nec nisi partiariam interdum faciunt significatæ rei demonstrationem. Porro dicimus legem quidem umbram fuisse ac figuram, ac veluti quamdam picturam quæ futuras res spectantibus exponebat. Verumtamen umbræ in pictoria arte principia colorum sunt; quibus cum flos ipse colorum accesserit, tum demum picturæ elegantia elucebit. Quandoquidem ergo oportebat Mosaicam legem perspicue delineare Christi mysterium, haud in una avicula moriente simul et vivente ipsum denotat, ne res scenicum quoddam terriculamentum videretur; sed considerat in una quidem tanquam morti occumbentem; in altero autem viventem demonstrat et liberum.

Sed age hujus rei rationem haud inverisimili modo, ex alia historia patefacere nitar. Si quis nostrum videre cuperet tanquam in tabula depictam Abrahami historiam, quomodo eam expressam a suo pictore comperiet? Num una actione Abrahamum omnia absolventem, an particulatim et diversis modis variisque formis sæpissime **175** eumdem variatum? Veluti, inquam, modo jumento insidentem, puero comite, sequentibus famulis : modo subsistente infra montem jumento cum famulis, gestantem ligna Isaacum, ipsum vero Abrahamum gladium manu tenentem ac ignem. Item in alia tabulæ parte eumdem Abrahamum alia in specie, puerum super ligna alligantem, dexteram ense armantem, ut ictum incutiat. Attamen non alius atque alius Abrahamus erat, etsi persæpe in eadem tabula varie repræsentatus, sed idem ubique, quia ad cujusque rei usum ars pictoris se accommodavit : fieri enim non poterat ut una simul cerneretur Abraha-

[29] Ephes. IV, 5. [30] II Cor. XIII, 3.

(1) Hoc dicit ore Monophysitarum.

Digitized by Google

mus cuncta facere quæ supra dicta sunt. Erat igitur lex pictura ac typus, rerum postea exitu veritatem pariente : ita ut, etiamsi par avium fuerit, unus nihilominus ab ipsis repræsentabatur Christus, tum patiens, tum extra passionem, tum moriens, tum etiam morti superior; denique etiam in cœlum ascendens, inchoatio tanquam secunda humanitatis ad immortalitatem renovatæ. Ipse certe nobis novam viam ad superna munivit, eumque tempore debito subsequemur. Utique, quod una ex aviculis mactaretur, altera vero occisæ sanguine aspergeretur, cædemque libera evaderet, id omne loco typi verarum rerum habendum est. Mortuus est enim pro nobis Christus, nosque in ejus mortem baptizati fuimus, et ipse suo nos sanguine salvos fecit.

A κατιδεῖν αὐτὸν πάντα δρῶντα τὰ εἰρημένα. Γραφὴ τοιγαροῦν καὶ τύπος ἦν ὁ νόμος, πραγμάτων ὠδινόντων ἀλήθειαν· ὥστε κἂν δυὰς ὀρνέων ἦν, ἀλλ' εἷς ἦν ὁ ἐν ἀμφοῖν, καὶ ὡς ἐν πάθει καὶ ἔξω πάθους, καὶ ἐν θανάτῳ, καὶ ὑπὲρ θάνατον, καὶ ἀναβαίνων εἰς οὐρανοὺς ἀπαρχή τις ὥσπερ δευτέρα τῆς ἀνθρωπότητος ἀνανεωθείσης εἰς ἀφθαρσίαν· αὐτὸς γὰρ ἡμῖν ἐνεκαίνισε τὴν εἰς τὸ ἄνω τρίβον, καὶ ἐψόμεθα κατὰ καιροὺς αὐτῷ· τό γε μὴν τὸ ἓν τῶν ὀρνιθίων σφάζεσθαι, ἐν δὲ τῷ τοῦ σφαγέντος αἵματι τὸ ἕτερον βαπτίζεσθαι μὲν, ἀποπέμπεσθαι δὲ τῆς σφαγῆς, ἀντίτυπον δ' ἂν εἴη τῶν ἀληθινῶν· ἀπέθανε γὰρ ὑπὲρ ἡμῶν ὁ Χριστὸς, καὶ ἡμεῖς εἰς τὸν αὐτοῦ θάνατον βεβαπτίσμεθα, καὶ σέσωκεν ἡμᾶς αἵματι τῷ ἰδίῳ.

V. 17. *Ipse docebat, erantque Pharisæi sedentes*, etc.

B *Αὐτὸς δὲ ἦν διδάσκων, καὶ ἦσαν καθήμενοι Φαρισαῖοι*, κ. τ. λ.

Circumstabat eum invidorum theatrum, Scribæ nimirum ac Pharisæi, qui miraculorum fuerant spectatores, et docentem audiverant. Et erat, inquit evangelista, virtus Dei cum eo ad sanandum : utrum quia Deus potentiam illi prodigiorum dedisset, vel quia virtutem illam abs quovis mutuam accepisset? Quis vero hæc dicere audeat? Ipse enim potius propria virtute operabatur, tanquam divinæ gratiæ particeps. Namque homines digni sæpe habentur spiritalibus donis; sed tamen eosdem impotentes **176** quoque aliquando videre est, prout divinorum donorum largitori placitum fuerit. Verumtamen in universali nostro Servatore nihil C hujusmodi fuit; sed ad sanandum incumbebat non tam humana quam divina et invicta virtus ejus. Erat enim Deus Deique Filius. — Solus Christus, utpote magister Patrisque sapientia, docet; nam cæteri omnes quod ab ipso accipiunt docent. Erat autem, inquit evangelista, virtus quoque Domini in eo ad sanandos omnes, id est, haud humanam vim sanandi habebat, sed divinam quamdam et invictam. Namque alii quidem sancti modo facultatem recipiunt sanitates efficiendi, modo secus : Jesus vero, ceu Deus et Patris virtus, cunctos semper sanabat.

(A f. 87, H f. 269) Περὶ αὐτὸν μὲν ἦν τῶν βασκάνων τὸ θέατρον· Γραμματεῖς δὲ οὗτοι καὶ Φαρισαῖοι, καὶ τῶν παραδόξως ἐπιτελουμένων ἐγίνοντο θεωροὶ, καὶ κατηκροῶντο διδάσκοντος· καὶ ἦν, φησὶ, δύναμις Θεοῦ εἰς τὸ ἰᾶσθαι αὐτόν· [ita cod. αὐτόν] ἆρα ὡς τοῦ Θεοῦ διδόντος αὐτῷ τὸ δύνασθαι κατορθοῦν τὰς θεοσημείας; ἆρα τὴν παρ' ἑτέρου δύναμιν ἐδανείζετο; Καὶ τίς ὁ φάναι ταῦτα τολμῶν; Αὐτὸς γὰρ μᾶλλον ἦν ἐξ ἰδίας ἰσχύος ἐνεργῶν ὡς Θεὸς καὶ Κύριος, καὶ οὐχ ὡς θείας χάριτος μέτοχος. Ἄνθρωποι μὲν γὰρ ἀξιοῦνται πολλάκις χαρισμάτων πνευματικῶν (1)· ἀλλ' ἔστιν ἰδεῖν ἐνιαχοῦ καὶ ἀσθενοῦντας ἔσθ' ὅτε, καθ' ὃν οἶδε λόγον αὐτὸς ὁ τῶν θείων χαρισμάτων διανομεύς· ἐπὶ δέ γε τοῦ πάντων ἡμῶν Σωτῆρος τοιοῦτον οὐδὲν, ἀλλ' ἦν εἰς τὸ ἰᾶσθαι αὐτὸν, οὐκ ἀνθρωπίνη μᾶλλον, ἀλλὰ καὶ θεία καὶ ἄμαχος ἰσχύς· Θεὸς γὰρ ἦν, καὶ Υἱὸς Θεοῦ.—(D f. 19) Μόνος ὁ Χριστὸς ὡς διδάσκαλος καὶ σοφία ὢν τοῦ Πατρὸς διδάσκει· οἱ γὰρ ἄλλοι πάντες ἐξ αὐτοῦ δεχόμενοι διδάσκουσιν· ἦν δὲ, φησὶν, καὶ δύναμις Κυρίου ἐπ' αὐτὸν εἰς τὸ ἰᾶσθαι πάντας, τουτέστιν, οὐκ ἀνθρωπίνην εἶχεν ἰσχὺν εἰς τὸ ἰᾶσθαι, ἀλλὰ θείαν τινὰ καὶ ἄμαχον. Οἱ μὲν ἄλλοι ἅγιοι, ποτὲ μὲν λαμβάνουσι τὸ δύνασθαι ποιεῖν ἰάσεις, ποτὲ δὲ οὔ. Ἰησοῦς δὲ, ὡς Θεὸς, καὶ δύναμις ὢν τοῦ Πατρὸς, ἀεὶ πάντας ἐθεράπευσεν (2).

V. 18. *Et ecce viri ferentes in lecto hominem paralyticum*, etc.

D *Καὶ ἰδοὺ ἄνδρες φέροντες ἐπὶ κλίνης ἄνθρωπον ὃς ἦν παραλελυμένος*, κ. τ. λ.

Deinde haud exiguo numero Scribarum ac Pharisæorum circumsistente, ecce viri ferentes in lecto hominem paralyticum; qui cum per januam ingredi non possent, tulerunt illum supra tectum, insolitum novumque ausi facinus. Revulsis enim tegulis, interpositam materiam removerunt : quæ dum fierent, et Jesus patienter se habebat, et astantes silebant rei exitum spectare volentes, et quid Jesus diceret ageretve. Patefacto igitur tecto, demittunt grabatum, mediumque collocant paralyticum. Quid ergo Dominus? Videns illorum fidem,

(D f. 19) Εἶτα οὐκ εὐαριθμήτου πλήθους τῶν Γραμματέων, φησὶν, καὶ Φαρισαίων συνειλεγμένου, ἰδοὺ ἄνδρες φέροντες ἐπὶ κλίνης ἄνθρωπον, ὃς ἦν παράλυτος· καὶ μὴ δυνηθέντες διὰ τῆς θύρας εἰσελθεῖν, ἀνεκόμισαν ἐπὶ τὸ δῶμα, ὡς ξένῳ καὶ καινῷ ἐπιχειρῆσαι πράγματι· ἀνασπάσαντες γὰρ τὸν κέραμον, μετεκίνησαν τὴν ἀποκειμένην ὕλην· καὶ ὅμως τούτων γινομένων, καὶ ὁ Ἰησοῦς ἐμακροθύμει, καὶ οἱ παρόντες ἐσιώπων, τὴν ἔκβασιν βουλόμενοι θεωρῆσαι, καὶ ἰδεῖν τί λαλεῖ καὶ τί ποιεῖ. Ἀναστομώσαντες τοίνυν τὸ δωμάτιον, χαλῶσι τὸν κράβαττον,

(1) Animadverte gratiam miraculorum identidem in Ecclesia conspicuam etiam Cyrilli ætate.

(2) Pauca hic intersunt similia superioribus propter diversæ catenæ auctorem.

Digitized by Google

καὶ φέρουσι μέσον τὸν παραλελυμένον. Τί οὖν ὁ Κύριος; Ἰδὼν τὴν πίστιν αὐτῶν, οὐ τὴν παραλελυμένου, ἀλλὰ τῶν κομισάντων· ἔνεστι γὰρ καὶ ἄλλον δι' ἄλλων πίστιν θεραπεύεσθαι (3)· ἢ καὶ αὐτὸν τὸν παράλυτον πιστεύσαντα ἰάσατο. Εἴποι δ' ἄν τις ὕπαιθρον εἶναι τὸν τόπον, εἰς ὃν διὰ τῶν κεράμων κατεβίβασαν τὴν κλίνην τοῦ παραλύτου, μηδὲν παντελῶς τῆς στέγης ἀνατρέψαντες. Εἰπὼν δὲ πρὸς αὐτὸν ὁ Σωτήρ· « Ἄνθρωπε, ἀφέωνταί σοι αἱ ἁμαρτίαι σου, » κοινῶς τῇ ἀνθρωπότητι τοῦτο λέγει· ἔμελλον γὰρ οἱ πιστεύοντες εἰς αὐτὸν, ἰαθέντες τῶν ψυχικῶν παθημάτων τὰς ἁμαρτίας ὡς πρῶτον ἐπλημμέλουν ἀφίεσθαι. Ἢ τοῦτό φησιν· Ἔδει με πρὸ τοῦ σώματος ἰάσασθαί σου τὴν ψυχήν. Ἐπεὶ ἐὰν μὴ τοῦτο γένηται, ἐπὶ πλεῖον ἁμαρτάνεις λαβὼν ἰσχὺν εἰς τὸ περιπατεῖν. Εἰ γὰρ καὶ μὴ ἐζήτησας τοῦτο, ἀλλ' ἐγὼ ὡς Θεὸς ὁρῶ τὰ τῆς ψυχῆς πάθη ἐξ ὧν καὶ ἡ νόσος σοι συμβέβηκε.

A ferentium scilicet, non paralytici (contingit enim aliquando sanari aliquem ob alterius fidem), vel etiam credentem ipsum paralyticum, sanitati restituit. Aliquis tamen dicere malet subdialem fuisse locum, ubi per tegulas paralytici lectum demiserunt, quin omnino tectum diruerent. Cum vero huic Servator dixisset : « Homo, remittuntur tibi peccata tua, » communiter hoc generi humano dicit. Futurum quippe erat ut credentes in ipsum, sanati ex animi **177** morbis, peccata quæ antea admiserant deponerent. Vel hoc ait : Oportebat me ante corpus animam sanare tuam. Nam nisi hoc fieret, gravius tu peccares, sumptis gradiendi viribus. Quanquam enim id non postulasti, attamen ego, B utpote Deus, novi animæ passiones, unde et morbus tibi accidit.

(A f. 87, B f. 58 b, C f. 116, H f. 269 b) Καλῶς οὖν ὁ Σωτὴρ, ἐπειδὴ ἀναγκαῖον ἦν, οὐκ εὐαριθμήτου πληθύος τῶν Γραμματέων καὶ Φαρισαίων συνειλεγμένης, γενέσθαι τι τῶν ὅτι μάλιστα θεοπρεπεστάτων εἰς ὄνησιν αὐτῶν, μικρὰ γὰρ ἐφρόνουν περὶ αὐτοῦ, ᾠκονομήθη τι πάλιν τῶν τεθαυμασμένων· ἔρριπτο μὲν γὰρ ἐπὶ κλίνης παράλυτος ἀνὴρ, ἀνιάτῳ νόσῳ κεκρατημένος· ἐπειδὴ ἀσθενοῦσα πρὸς τὸ σωθὰν ἡ τῶν ἰατρῶν ἠλέγχετο τέχνη, πρὸς τὸν ἄνωθεν καὶ ἐξ οὐρανῶν ἰατρὸν παρὰ τῶν οἰκείων ἀπεκομίζετο. Ὡς δὲ ἦν ἐν ὄψει λοιπὸν τοῦ θεραπεύειν C ἰσχύοντος, δεκτὴ μὲν αὐτοῦ γέγονεν ἡ πίστις· ὅτι δέ ἐστιν ἁμαρτίας ἀναιρετικὴ, δείκνυσιν εὐθὺς ὁ Χριστός· ἐπεφώνει γὰρ τῷ κειμένῳ· « Ἀφέωνταί σοι αἱ ἁμαρτίαι σου. » Ἀλλ' ὥς γε οἶμαι, πρὸς τοῦτο ἐρεῖ τις· Ἀπαλλαγῆναι τῆς νόσου ἐβούλετο, καὶ πῶς ἄφεσιν αὐτῷ τῆς ἁμαρτίας Χριστὸς ἐπηγγέλλετο; Ἵνα μάθῃς ὅτι σεσιγημένως καὶ ἀφοφητὶ Θεὸς κατασκέπτεται τὰ ἀνθρώπινα, καὶ ἐφορᾷ τῆς ἑκάστου ζωῆς τὴν ὁδόν· οὕτω καὶ γέγραπται· « Ἐνώπιον γάρ εἰσι τῶν τοῦ Θεοῦ ὀφθαλμῶν ὁδοὶ ἀνδρὸς, εἰς δὲ πάσας τὰς τροχιὰς αὐτοῦ σκοπεύει. » Ἐπειδὴ δέ ἐστιν ἀγαθὸς, καὶ πάντας ἀνθρώπους θέλει σωθῆναι, διασμήχει πολλάκις ἐξ ἁμαρτιῶν τοὺς ἐνειλημμένους, ἀῤῥωστίαν ἐμβάλλων τῷ σώματι· οὕτω γάρ πού φησι διὰ φωνῆς Ἱερεμίου· « Πόνῳ καὶ μάστιγι D παιδευθήσῃ, Ἱερουσαλήμ. » Ἔφη δέ που καὶ ὁ Παροιμιαστής· « Υἱὲ, μὴ ὀλιγώρει παιδείαν Κυρίου, μὴ δὲ ἐκλύου ὑπ' αὐτοῦ ἐλεγχόμενος· ὃν γὰρ ἀγαπᾷ Κύριος, παιδεύει· μαστιγοῖ δὲ πάντα υἱὸν ὃν παραδέχεται. » Καλῶς οὖν ἄρα Χριστὸς τὰς τοῦ νοσεῖν ἀφορμὰς, καὶ οἷον τοῦ πάθους τὴν ῥίζαν, τουτέστιν τὴν ἁμαρτίαν, προαποκείρειν ἐπαγγέλλεται· ἐξαιρεθείσης γὰρ ταύτης, δι' ἣν καὶ τὸ πάθος, ἔδει πάντως συναναιρεθῆναι τὴν νόσον.

Egregie itaque Servator, quia oportebat, præsente haud modica Scribarum ac Pharisæorum turba, fieri aliquem Deo maxime dignum actum ob illorum utilitatem : etenim satis humiliter de eo sentiebant : sapienti consilio curatum est ut mirum aliquid eveniret. Jacebat enim in lecto paralyticus vir, insanabili morbo correptus ; qui postea quam medicorum arte juvari non potuerat, ad supernum cœlestemque medicum a suis deferebatur ; atque ubi coram illo stetit qui mederi valebat, visa est ejus fides digna respectu ; quam ut peccati delectricem esse ostenderet, statim Christus jacenti inclamavit : « Remittuntur tibi peccata tua. » Atqui, ut arbitror, hic dicet aliquis, Si quidem ille morbo liberari volebat, cur ei Christus peccati remissionem nuntiabat? Nempe ut discas, tacite et sine ullo strepitu res humanas Deum inspicere, et singulorum viventium semitas observare. Sic enim scriptum est : « Ante oculos Domini viæ hominis, et omnes semitas ejus scrutatur [31]. » Quia vero bonus est, atque omnes homines vult salvos fieri [32], purgat sæpe peccatis implicitos, infirmitate in corpus immissa. Sic enim alicubi voce Jeremiæ dixit : « Ærumna et flagris erudieris, Jerusalem [33]. » Item proverbialis auctor : « Fili, cave negligas disciplinam Domini, nec deficias cum ab eo corriperis : quem enim diligit Dominus, corripit ; et omnem sibi acceptum filium flagellat [34]. » Egregie itaque Christus ægrotandi causas, et quasi morbi radicem, culpam scilicet, abscindere se denuntiat. Namque hac amota, quæ origo infirmitatis est, morbum omnino simul auferri necesse erat.

*Καὶ ἤρξαντο διαλογίζεσθαι οἱ Γραμματεῖς καὶ Φαρισαῖοι λέγοντες*, κ. τ. λ.

**178** V. 21. *Et cœperunt cogitare Scribæ ac Pharisæi, dicentes*, etc.

(A f. 87 b, C f. 116 b, H f. 271) Ὁ μὲν οὖν, Et ille quidem, prout dictum est, Deo dignam

[31] Prov. v, 21. [32] I Tim. II, 4. [33] Jerem. VI, 7, 8. [34] Prov. III, 11.

(3) Observa Cyrilli doctrinam de sanctorum meritis, quæ et aliis fiunt utilia.

Digitized by Google

apprime potestatem habens, peccatorum remissionem nuntiabat. Verumtamen hic rursus sermo indocilem invidamque Pharisæorum officinam conturbat. Colloquebantur enim : Quis est hic qui dicit blasphemias? Atqui non ita loquereris, o Pharisæe, de illo, si divinas calleres Scripturas, si propheticorum meminisses verborum, si venerabile ac magnum incarnationis intelligeres sacramentum. Nunc ei crimen blasphemiæ impingunt, supremam decernentes pœnam, mortis reum damnantes : nam qui blasphemiam pronuntiasset adversus Deum, hunc perpeti supplicium Mosaica lex jubebat. Jam quia talia audebant, demonstrat illico se esse Deum, ut intolerabilem ipsorum impietatem coarguat. Nam quid, ait, cogitatis in cordibus vestris? Ergo cum dicis, o Pharisæe : Quis potest peccata dimittere, nisi unus Deus? ego quoque tibi dicam : Quis potest corda nosse, et intima in mente cogitationes pervidere, nisi solus Deus? Ipse enim alicubi dicit prophetarum voce : « Ego Dominus corda scrutans, et renes explorans [35]. » Ait item David de se simul et nobis : « Qui finxit sigillatim corda eorum [36]. » Ergo qui corda novit ac renes utpote Deus, hic peccata quoque dimittit tanquam Deus.

A ὅπερ εἴρηται, θεοπρεπεστάτην ἔχων τὴν ἐξουσίαν, τὴν τῶν ἁμαρτιῶν ἄφεσιν ἐπηγγέλλετο· θορυβεῖ δὲ πάλιν ὁ λόγος τὸ δυσμαθὲς καὶ βάσκανον τῶν Φαρισαίων ἐργαστήριον· προσελάλουν γὰρ ἀλλήλοις· Τίς οὗτός ἐστιν ὃς λαλεῖ βλασφημίας; Ἀλλ' οὐκ ἂν ἔφης ταῦτα, ὦ Φαρισαῖε, περὶ αὐτοῦ, εἰ τὰς θείας ἠπίστασο Γραφὰς, εἰ τῶν προφητικῶν ἐμέμνησο λόγων, εἰ τὸ σεπτὸν καὶ μέγα τῆς ἐνανθρωπήσεως συνῆκας μυστήριον. Βλασφημίας δὲ ἐγκλήματι περιβάλλουσι, τὴν ἐσχάτην αὐτοῦ καθορίζοντες δίκην, καὶ θάνατον καταψηφιζόμενοι· τὸν γὰρ εἰπόντα δυσφημίας κατὰ τοῦ Θεοῦ θάνατον ὑπομένειν ὁ διὰ τοῦ Μωϋσέως προσέταττε νόμος. Ἐπειδὴ δὲ ἅπαξ τοῦτο τετολμήκασι, δείκνυσιν εὐθὺς ὅτι Θεός ἐστιν, ἵνα πάλιν οὗ φορητῶς δυσσεβοῦντας ἐλέγξῃ. Τί γὰρ, φησὶ, διαλογίζεσθε ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν; Οὐκοῦν, ὅταν λέγεις, ὦ Φαρισαῖε, Τίς δύναται ἁμαρτίας ἀφιέναι, εἰ μὴ εἷς ὁ Θεός; ἐρῶ σοι κἀγώ· Τίς δύναται καρδίας εἰδέναι καὶ τοὺς ἐν τῷ βάθει τῆς διανοίας λογισμοὺς καθορᾷν, εἰ μὴ μόνος ὁ Θεός; Αὐτὸς γάρ πού φησι διὰ φωνῆς τῶν προφητῶν, ὅτι « Ἐγὼ Κύριος ἐτάζων καρδίας, καὶ δοκιμάζων νεφρούς. » Ἔφη δέ που καὶ ὁ Δαβὶδ περί τε αὐτοῦ καὶ ἡμῶν· « Ὁ πλάσας κατὰ μόνας τὰς καρδίας αὐτῶν. » Οὐκοῦν ὁ εἰδὼς καρδίας τε καὶ νεφροὺς ὡς Θεὸς, οὗτος ἀφίησι καὶ ἁμαρτίας ὡς Θεός.

B

**V. 24.** *Ut autem cognoscatis quia Filius hominis habet potestatem*, etc.

Deinde quia dicendo « dimittuntur tibi peccata tua » locus adhuc verisimilis incredulitati superest; nam remissa peccata homo non videt corporeis oculis; paralyticus autem pulso morbo surgens et gradiens, plane demonstrat Deo congruam potentiam; addit : Surgens« tolle grabatum tuum, et vade in domum tuam; » quod reapse peractum fuit; profectus est enim domum suam ille tam longa infirmitate liberatus. Demonstratum est itaque ipso facto Filium hominis potestatem habere dimittendi **179** in terra peccata. Jam vero de quonam hoc dicit? utrum de se, an etiam de nobis? Utrumque verum est. Ipse enim tanquam Deus humanatus, legisque Dominus, peccata remittit : verumtamen nos quoque tam splendidam miramque accepimus ab eo gratiam. Namque hac etiam dignitate naturam hominis voluit exornare. Ait itaque sanctis apostolis : « Amen dico vobis, quæcunque ligaveritis super terram, ligata erunt et in cœlis : et quæcunque solveritis super terram, soluta erunt et in cœlis [37]. » Et rursus : « Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis : et quorum retinueritis, retenta sunt [38]. » Quandonam autem hæc illis dixisse comperitur? Nempe cum calcata mortis potentia, et e mortuis suscitatus, insufflavit eis dicens : « Accipite Spiritum sanctum [39]. » Nam cum eos suæ naturæ participes demonstrasset, eisdemque sanctum Spiritum inhabitare fecisset, tunc suæ quoque majestatis participes effecit, potestatem tribuens re-

C

*Ἵνα δὲ εἰδῆτε ὅτι ἐξουσίαν ἔχει ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου*, κ. τ. λ.

(A f. 88, H f. 272) Εἶτα ἐπειδὴ γὰρ ἐν μὲν τῷ εἰπεῖν, « Ἀφέωνταί σοι αἱ ἁμαρτίαι σου, » τόπος ἐστὶ πολλάκις ἀπιστίας εὐάφορμος· ἀφιεμένας γὰρ ἁμαρτίας ἄνθρωπος οὐχ ὁρᾷ τοῖς τοῦ σώματος ὀφθαλμοῖς· τὸ δὲ ἀποβαλεῖν τὴν νόσον, καὶ ἀναστάντα περιπατεῖν τὸν παράλυτον, ἀπόδειξιν ἔχει σαφῆ τῆς θεοπρεποῦς ἰσχύος, ἐπάγει· « Ἐγερθεὶς ἆρον τὸ κλινίδιόν σου, καὶ ὕπαγε εἰς τὸν οἶκόν σου. » (A f. 88, H f. 273) Ὃ δὴ καὶ πέπρακται· ὑπενόστησε γὰρ εἰς τὴν οἰκίαν, τῆς οὕτω μακρᾶς ἀῤῥωστίας ἀπηλλαγμένος. Δέδεικται τοίνυν δι' αὐτοῦ τοῦ πράγματος, ὅτι ἐξουσίαν ἔχει ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐπὶ γῆς ἀφιέναι ἁμαρτίας. Καὶ περὶ τίνος ἄρα τοῦτό φησιν; ἆρα περὶ αὐτοῦ ἢ καὶ περὶ ἡμῶν; Ἀληθὲς τοῦτό τε κἀκεῖνο· αὐτὸς μὲν γὰρ ὡς ἐνανθρωπήσας Θεὸς, ὡς τοῦ νόμου Κύριος, ἀφίησιν ἁμαρτίας· ἐλάβομεν δὲ καὶ ἡμεῖς παρ' αὐτοῦ τὴν οὕτω λαμπρὰν καὶ ἀξιοθαύμαστον χάριν· ἐστεφάνωσε γὰρ τὴν ἀνθρώπου φύσιν καὶ τῇ τοιᾷδε τιμῇ· καὶ γοῦν ἔφη τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις· « Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅσα ἂν δήσητε ἐπὶ τῆς γῆς, ἔσται δεδεμένα ἐν τοῖς οὐρανοῖς· καὶ ὅσα ἂν λύσητε ἐπὶ τῆς γῆς, ἔσται λελυμένα ἐν τοῖς οὐρανοῖς. » Καὶ πάλιν· « Ἂν τινων ἀφῆτε τὰς ἁμαρτίας, ἀφίενται αὐτοῖς· ἂν τινων κρατῆτε, κεκράτηνται. » Πότε δὲ ταῦτα πρὸς αὐτοὺς εὑρίσκεται λέγων; Ὅτε πατήσας τοῦ θανάτου τὸ κράτος καὶ ἐγηγερμένος ἐκ νεκρῶν, ἐνεφύσησεν αὐτοῖς λέγων· « Λάβετε Πνεῦμα ἅγιον. » Ἀποδείξας γὰρ αὐτοὺς τῆς αὐτοῦ φύσεως κοινωνοὺς, καὶ ἐνοι-

D

[35] Jerem. XVII, 10. [36] Psal. XXXIII, 15. [37] Matth. XVIII, 18. [38] Joan. XX, 23. [39] ibid. 22.

Digitized by Google

κίσας αὐτοῖς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, τότε καὶ τῆς ἑαυτοῦ δόξης ἀπέφηνε κοινωνούς, δοὺς ἐξουσίαν ἀφιέναι τε καὶ κρατεῖν ἁμαρτίας. Ὅτι τοίνυν ἡμεῖς αὐτὸ δὴ τοῦτο πληροῦν προστετάγμεθα, πῶς οὐ πολὺ μᾶλλον αὐτὸς ἀφίησιν ἁμαρτίας, ὁ δοὺς ἑτέροις τὴν ἐξουσίαν τοῦ δύνασθαι τοῦτο δρᾷν (1) ;

A mittendi vel etiam retinendi peccata. Jam quia nos hoc idem facere jussi fuimus, quanto magis ille peccata dimittit, qui aliis ejus rei faciendæ facultatem tradidit?

*Καὶ ἐθεάσατο τελώνην ὀνόματι Λευΐν.*

V. 27. *Et vidit publicanum nomine Levi.*

(A f. 88 b, B f. 60, C f. 116 b, H f. 275) Τελώνης γὰρ ἦν ὁ Λευΐς, ἀνὴρ ἄπληστος εἰς φιλοχερδείας, ἀχάλινος εἰς πλεονεξίαν, τῶν οὐδὲν αὐτῷ προσηκόντων ἄδικος ἐραστής· τοῦτο γὰρ τοῖς τελώναις τὸ ἐπιτήδευμα. Ἀλλ' ἐξ αὐτῶν ἡρπάζετο τῶν τῆς ἀδικίας ἐργαστηρίων, καὶ σέσωσται παραδόξως, κεκληκότος αὐτὸν τοῦ πάντων ἡμῶν Σωτῆρος Χριστοῦ· ἔφη γὰρ αὐτῷ· « Ἀκολούθει μοι· ὁ δὲ πάντα ἀφεὶς, ἠκολούθησεν αὐτῷ. » — (A f. 89, H f. 276 b) Ὁρᾷς ὡς ἀληθεύει λέγων ὁ σοφώτατος Παῦλος, ὡς Χριστὸς ἦλθεν ἁμαρτωλοὺς σῶσαι ; Ὁρᾷς ὡς σαρκωθεὶς ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ Λόγος τὰ σκεύη τοῦ διαβόλου μετέστησεν εἰς ἑαυτόν ; Καὶ σέσωσται μὲν ὁ Λευΐς, ἡμῖν δὲ τὸ πρᾶγμα χρηστὰς ἐνεποίησε τὰς ἐλπίδας. Ὡς γὰρ σώσει τὸ μετανοεῖν, ἐξ αὐτοῦ τοῦ γεγονότος δεδιδάγμεθα. Πιστώσεται δὲ καὶ αὐτὸς ὁ τῶν ὅλων Δεσπότης Θεὸς διὰ φωνῆς προφήτου λέγων· « Ἐπιστράφητε πρός με, καὶ σωθήσεσθε, οἱ ἀπ' ἐσχάτου τῆς γῆς. » Ἀλλ' οὐδὲν τούτων τοὺς Φαρισαίους ἐνέτρεψεν· ἀλλ' ἐγκαλοῦσι τοῖς μαθηταῖς· ἄκουε γάρ·

B Viden' quam vere sapientissimus Paulus dicat [40], Christum venisse ob salvandos peccatores? **180** Viden' ut humanatum unigenitum Dei Verbum vasa diaboli ad se transtulit? Et salvatus est quidem Levi, nobis vero hæc res bonam spem creavit. Nam quod pœnitentia salvet, ex acta re docti fuimus. Sed et ipse universalis Dominus Deus prophetæ voce testabitur dicens : « Convertimini ad me, atque ab extremis usque terræ salvabimini [41]. » Sed nihil horum Pharisæos permovit ; quinimo exprobrabant discipulis. Audi enim :

*Καὶ ἐγόγγυζον οἱ Γραμματεῖς αὐτῶν καὶ οἱ Φαρισαῖοι, πρὸς τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ λέγοντες*, κ. τ. λ.

V. 30. *Et murmurabant Scribæ eorum et Pharisæi, dicentes ad discipulos ejus*, etc.

C

(A f. 89, C f. 117, G f. 11 b, H f. 277 b) Ἀλλ' εἰσί τινες οἱ τῆς θείας γαληνότητος ἐπιχειροῦντες ἀποστερεῖν τοὺς ταῖς ἁμαρτίαις ἐνειλημμένους· οὐ γὰρ παραδέχονται τὴν μετάνοιαν, ἀλλ' οἷον ἐπιτιμῶσι τῷ σώζοντι, ζητοῦντι τὰ ἑαυτοῦ, καὶ πανταχόθεν συλλέγοντι τὸ ἐσκορπισμένον. Πρὸς οὓς ἐροῦμεν· Ἐγόγγυζον πρὸ ὑμῶν οἱ Φαρισαῖοι, κεκλημένον ὁρῶντες τὸν Λευΐν, καὶ τελωνῶν ὄχλον συναγηγερμένων καὶ συνεστιωμένων τῷ πάντων ἡμῶν Σωτῆρι Χριστῷ. Εἶτα προσιόντες τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις, κατηγοροῦντο λέγοντες· Διὰ τί μετὰ τῶν τελωνῶν ἐσθίετε καὶ πίνετε ; Ἀλλ' ἤκουον· Οὐ χρείαν ἔχουσιν οἱ ὑγιαίνοντες ἰατροῦ. Ὁ γὰρ τῶν ὅλων Σωτὴρ, ἅτε δὴ ἰατρὸς ὑπάρχων πνευμάτων, οὐκ ἀποφοιτᾷ τῶν δεομένων αὐτοῦ, καὶ ὡς διασμῆξαι δυνάμενος, τοῖς οὕπω κεκαθαρμένοις οἰκονομικῶς συνηυλίζετο. Ἴδωμεν δὲ, Φαρισαῖε, τοῦ σοῦ φρονήματος τὴν ἀγερωχίαν· ὁποίων σοι γεγονέναι αἰτιαμάτων πρόξενος ἡ κατὰ τῶν ἐν ἁμαρτίαις ὀφρὺς, αὐτὸν λάβωμεν ἐξηγητὴν,

At sunt nonnulli, qui divina clementia spoliare nituntur illos qui peccatis se implicuerunt. Non enim pœnitentiam admittunt, sed quodammodo objurgant salvantem, sua quærentem, atque undique colligentem quod dispersum est. Quos ita nos affabimur: Murmurarunt ante vos Pharisæi, vocatum cernentes Levim, et publicanorum turbam congregatorum, et cum communi nostro Servatore Christo epulantium. Accedentes deinde ad sanctos apostolos expostulabant dicentes : Cur cum publicanis vescimini ac bibitis? Sed responsum acceperunt : Non est opus medico valentibus. Namque omnium Servator, utpote spirituum medicus, non D fugit a quærentibus se ; sed quia abluere poterat, prudente consilio cum nondum mundis conversabatur. Nunc videamus, Pharisæe, mentis tuæ tumorem. Quanto tibi crimini scripta fuerit tua adversus peccatores superbia, ipsum audiamus narrantem, qui omnia novit, Christum. Dixit enim de

[40] I Tim. I, 15. [41] Isa. XLV, 22.

(1) Observent hæretici evidentem sacramenti pœnitentiæ institutionem, datamque a Christo sacerdotibus absolvendi a peccatis potestatem. Observent etiam Græci quam sit data a Christo auctoritati, et huic Cyrilli loquendi modo, magis consentanea formula apud Latinos potestativa *Ego te absolvo in nomine*, etc., quam Græcorum deprecatoria. Cæteroqui de hac formulæ controversia copiose Arcudius, *De concord.*, lib. IV, cap. 3 et 4, et laudabili cum æquitate Goarius in adn. ad Euchologium Gr. p. 351. Benedictus PP. XIV in const. *Etsi pastoralis* (Bullar. ejus t. I, p. 172), ritus magis retinendi causa, quam aliquid definiendi, jubet ut Græci ipsi presbyteri, si necessitas urgeat, Latinos absolvant, formula tamen potestativa nostra; cui, si voluerint, superaddant etiam suam deprecatoriam.

Digitized by Google

Pharisæo inter orandum gloriante, et de publicano semet accusante : « Amen dico vobis, descendit hic justificatus in domum suam, præ illo Pharisæo[42]. » En ergo justus evasit publicanus suum confessus peccatum, magis quam superbus Pharisæus. — Quamobrem reprehendunt Pharisæi Servatorem cum peccatoribus vescentem? Quia lege cautum erat[43], ut inter sanctum et profanum distingueretur, id est ut res sanctificata **181** cum polluta non commisceretur. Hanc illi tuentes legem, accusabant; reapse autem livor erat adversus Dominum, et cavillatio. Declarat ergo illis se nunc haud judicem adesse, sed medicum : agitque medici officium cum illis versans qui medela egebant. A prima ergo criminatione repulsi, aliam intendunt, causantes quod discipuli non jejunarent, atque hinc occasionem Jesum quoque calumniandi captantes.

Et videsis malitiæ illorum perseverantiam. Postquam primæ interrogationi suæ responsum acceperant, ad aliam transeunt, ansam omnino quærentes accusandi sanctos discipulos et ipsum cum illis Jesum, quod legem Moysis pensi non haberent. Sed responsum audiunt : Nunc nuptiæ sunt, tempus est vocationis, tempus magisterii: educantur pueri, lactantur vocati, non est jejunandi tempus. Utique vos, aiunt, cum publicanis ac peccatoribus convivamini : cum tamen lex vetet quominus purus misceatur impuris. Et quidem ut legem transgrediamini, charitatem erga homines obtentui habetis. Cur ergo saltem non jejunatis, ut pii homines solent et ex legis norma viventes? Atqui ad hæc respondere sic licet : Ain' vero satisne tu nosti, o Judæe, jejunandi rationem? Jejunastine aliquando juxta Dei voluntatem? Imo potius, ut ait Isaias, « Jejuniorum vestrorum tempore voluntates vestras invenitis, omnesque subditos vestros compungitis. Si ad lites contentionesque jejunatis, et humilem pugno percutitis, cur mihi, inquam, jejunatis? Haud ego tale jejunium elegi, dicit Dominus[44]. » Age vero quomodo tu qui jejunandi rationem ignoras, sanctos incusas apostolos, quia ex norma tua non jejunant? Sed et alioqui, hi qui in novo Christi fœdere sunt instituti, jejunant rationaliter, videlicet seipsos deprimentes ante oculos Dei, sibique voluntariam pœnam imponentes, afflictionem cibique abstinentiam, ut culparum veniam referant, vel certe aliud lucrentur spiritale donum, vel denique peccati legem **182** in carnis membris mortificent. Hanc tu ignoras, Pharisæe, viam: non enim admisisti venientem de cœlo sponsum, virtutis omnis satorem ac magistrum, Christum scilicet. Præterea sancti quidem ideo jejunant, ut corpus macerantes, perturbationes ejus sedent. Christus autem haud indiguit jejunio ob implenda virtutis officia, cum cujuslibet perturbationis utpote Deus expers esset :

τὸν πάντα εἰδότα Χριστόν· ἔφη γὰρ περὶ Φαρισαίου μεγαλαυχοῦντος ἐν τῷ προσεύχεσθαι, καὶ τελώνου τινὸς ἑαυτοῦ κατηγοροῦντος· « Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι κατέβη δεδικαιωμένος εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ, παρ' ἐκεῖνον τὸν Φαρισαῖον, » Ἆρ' οὖν δεδικαίωται ὁ τελώνης, ὁμολογήσας τὴν ἁμαρτίαν ὑπὲρ τὸν ὑπερόπτην* Φαρισαῖον.— (B.f.60) Δι' ἣν δὲ αἰτίαν ἐπιλαμβάνονται οἱ Φαρισαῖοι τοῦ Σωτῆρος ἁμαρτωλοῖς συνεσθίοντος; Ὅτι νόμος ἦν διαστέλλειν ἀνὰ μέσον ἁγίου καὶ βεβήλου, τουτέστιν ἡγιασμένον μὴ συναναμίγνυσθαι βεβήλοις· τοῦτον ἐκδικοῦντες δῆθεν τὸν νόμον ἐνεκάλουν· τὸ δὲ ἦν φθόνος κατὰ τοῦ Κυρίου, καὶ φιλοσκωμμοσύνη. Δείκνυσιν οὖν αὐτοῖς, ὅτι οὐχ ὡς κριτὴς πάρεστι νῦν, ἀλλ' ὡς ἰατρός· καὶ ποιεῖ τὸ ἐπιβάλλον τῇ ἰατρικῇ, συνὼν τοῖς ἰάσεως δεομένοις. Ἐπειδὴ δὲ τοῦ πρώτου τὸν λόγον ἐδέξαντο, καὶ ἕτερον προστιθέασιν αἰτιώμενοι τὸ μὴ νηστεύειν τοὺς μαθητάς, ἐντεῦθεν βουλόμενοι πορίσασθαι λαβὴν κατ' αὐτοῦ.

(A f. 89 b, B f. 60, H f. 278 b) Ὅρα δὲ τὴν ἐπιμονὴν τῆς κακουργίας αὐτῶν. Ἐπειδὴ τοῦ πρώτου τὸν λόγον ἐδέξαντο, ἀπ' ἄλλων εἰς ἄλλα μεταβαίνουσι, βουλόμενοι λαβὴν ποιήσασθαι καὶ ἀποφῆναι τοὺς ἁγίους μαθητάς, καὶ αὐτὸν δὲ σὺν αὐτοῖς τὸν Ἰησοῦν, ὀλίγα τοῦ νόμου πεφροντικότας· ἀλλ' ἀκούουσι πάλιν· Νυμφών ἐστι νῦν, καιρὸς κλήσεως, καιρὸς διδασκαλίας· ἀνατρέφονται οἱ παῖδες, γαλουχοῦνται οἱ κεκλημένοι, οὐκ ἔχει καιρὸν ἡ νηστεία. Ναὶ γάρ, φασί, συνεστιᾶσθε τελώναις καὶ ἁμαρτωλοῖς, καίτοι τοῦ νόμου προστάττοντος μὴ συναναμίγνυσθαι τοῖς ἀκαθάρτοις τὸν καθαρόν· καὶ πρόφασις ὑμῖν τοῦ παραβαίνειν τὸν νόμον, ἡ φιλανθρωπία γέγονε. Διὰ τί μὴ νηστεύετε κατά γε τὸ εἰωθὸς τοῖς ἐπιεικέσι καὶ ζῆν ἐθέλουσι νομικῶς; Πρὸς δὲ τὰ τοιαῦτα φαίη τις ἄν· Ὅλως γὰρ οἶδας, ὦ Ἰουδαῖε, τοῦ νηστεύειν τὴν ὁδόν; Νενήστευκάς ποτε κατὰ τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ; Ὡς γάρ φησιν ὁ προφήτης Ἡσαΐας· « Ἐν ταῖς ἡμέραις τῶν νηστειῶν ὑμῶν εὑρίσκετε τὰ θελήματα ὑμῶν, καὶ πάντας τοὺς ὑποχειρίους ὑμῖν ὑπονύσσετε. Εἰ εἰς κρίσεις καὶ μάχας νηστεύετε, καὶ τύπτετε πυγμαῖς ταπεινὸν, ἵνα τί μοι νηστεύετε; Οὐ ταύτην τὴν νηστείαν ἐξελεξάμην, λέγει Κύριος. » Εἶτα, πῶς ὁ νηστεῦσαι μὴ εἰδὼς, αἰτιᾷ τοὺς ἁγίους ἀποστόλους ὅτι μὴ νηστεύουσι κατὰ σέ; Καὶ καθ' ἕτερον δὲ τρόπον οἱ διὰ τῆς νέας καὶ ἐν Χριστῷ διαθήκης σεσοφωμένοι, νηστεύουσι λογικῶς· τοῦτο μὲν, ταπεινοῦντες ἑαυτοὺς ἐν ὀφθαλμοῖς τοῦ Θεοῦ, καὶ αὐτόβλητον ὥσπερ ἐφ' ἑαυτοῖς ἄγοντες δίκην, τὴν ἀπό γε τοῦ πόνου καὶ τῆς ἀσιτίας, ἵνα πλημμελημάτων ἀμνηστίαν κομίσωνται, ἢ γοῦν ἕτερον χάρισμα κερδάνωσι πνευματικὸν, ἢ καὶ τὸν τῆς ἁμαρτίας κατανεκροῦντες νόμον τὸν ἐν τοῖς μέλεσι τῆς σαρκός· ταύτην δὲ οὐκ οἶσθα τὴν ὁδὸν, ὦ Φαρισαῖε· οὐ γὰρ παρεδέξω τὸν ἐξ οὐρανοῦ νυμφίον, τὸν ἀπάσης ἀρετῆς σπορέα καὶ διδάσκαλον, δηλονότι Χριστόν. Ἔτι οἱ μὲν ἅγιοι διὰ τοῦτο νηστεύουσιν, ἵνα κατατήκοντες τὸ σῶμα, κατευνάσωσι τὰ ἐν αὐτῷ πάθη· ὁ δὲ

[42] Luc. XVIII, 14. [43] Levit. XI, 47. [44] Isa. LVIII, 3-5.

* Al. cod. ὑπερόφρυν.

Digitized by Google

Χριστὸς οὐ χρείαν εἶχε νηστείας πρὸς κατόρθωσιν ἀρετῆς, παντὸς ὢν πάθους, ὡς Θεὸς, ἐλεύθερος· πλὴν οὔτε οἱ συνόντες αὐτῷ, μεταλαμβάνοντες τῆς δι' αὐτοῦ χάριτος, καὶ ἰσχυροποιούμενοι, καὶ τὴν ἀρετὴν ἐργαζόμενοι καὶ δίχα νηστείας· εἰ δὲ καὶ ἐνήστευσε τὰς τεσσαράκοντα ἡμέρας, οὐχ ἵνα νεκρώσῃ ἐν ἑαυτῷ τὰ πάθη, ἀλλ' ἵνα τοῖς ἀνθρώποις τὸν τῆς ἐγκρατείας ἐν ἑαυτῷ διαγράψῃ νόμον. Εἰκότως τοίνυν ἀπολογεῖται λέγων ταῦτα ἅπερ ἐπάγει ὁ εὐαγγελιστής. A

neque item jejunio indigebant familiares ejus, postquam ejusdem gratiam participaverant, eaque fuerant roborati, ideoque absque etiam jejunio virtutem exercebant. Quod si nihilominus quadraginta diebus jejunavit Christus, haud sane ob eam causam ut in se passiones mortificaret, sed ut hominibus continentiæ legem exemplo suo describeret. Merito igitur defendit se, dicens ea verba quæ subjicit evangelista :

*Ὁ δὲ εἶπε πρὸς αὐτούς· Μὴ δύνασθε τοὺς υἱοὺς τοῦ νυμφῶνος, ἐν ᾧ ὁ νυμφίος μετ' αὐτῶν ἐστι, ποιῆσαι νηστεύειν;*

V. 34. *Quibus ipse ait : Num potestis filios sponsi, dum cum illis est sponsus, facere jejunare?*

(A f. 90, H f. 279 b) Ἄθρει δή μοι πάλιν, πῶς αὐτοὺς ἀποφαίνει Χριστὸς οὐ μετεσχηκότας τῆς ἑορτῆς, ἀλλ' ἡμοιρηκότας εἰσάπαν τῆς ἐπ' αὐτῷ θυμηδίας, ἔξω τε κειμένους πανηγύρεως οἰκουμενικῆς· πανήγυρις γὰρ, καὶ ἕτερον οὐδὲν, ἡ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν εἰς τόνδε τὸν κοσμὸν ἀνάδειξις, καθάπερ τινὰ νύμφην συνάπτουσα νοητῶς αὐτῷ τὴν ἀνθρώπου φύσιν· ἵν' ἡ πάλαι στεῖρα, εὔκαρπος γένηται καὶ γονιμωτάτη. Οὐκοῦν τοῦ μὲν νυμφῶνος υἱοὶ πάντες, ὅσοι κέκληνται παρ' αὐτοῦ διὰ τοῦ νέου τε καὶ εὐαγγελικοῦ κηρύγματος· οὐκέτι δὲ καὶ οἱ Γραμματεῖς καὶ Φαρισαῖοι, μόνῃ προσέχοντες τῇ τοῦ νόμου σκιᾷ. — (A f. 90, H f. 180 b) Ἐπειδὴ δὲ ἅπαξ τοῖς τοῦ νυμφῶνος υἱοῖς συγκεχώρηκε τὸ ὡς ἐν καιρῷ καὶ χρείᾳ μὴ χρῆναι πονεῖν, ὡς ἑορτὴν τελοῦντας πνευματικὴν, ἵνα μὴ ἀπόβλητος ἡ νηστεία γένηται παρ' ἡμῖν εἰς ἅπαν, οἰκονομικώτατα λίαν ἐπιφέρει λέγων· B

Observa mihi rursus, quomodo ipsos arguit Christus solemnitatis non esse participes, sed omnino ejusdem gaudio carituros, extra œcumenicam panegyrim positos. Nam nihil aliud nisi panegyris fuit Servatoris nostri in hunc mundum ostensio, qua veluti quamdam sponsam sibi intellectualiter copulavit hominis naturam : ut quæ olim sterilis erat, fructuosa deinceps et fecundissima fieret. Igitur sponsi filii omnes sunt, qui ab eo vocati fuerunt nova et evangelica prædicatione : non tamen Scribæ ac Pharisæi, qui legis umbræ unice adhærent. — Postquam vero semel concessit sponsi filiis quominus pro tempore et rei usu haud se affligerent, utpote qui spiritalem solemnitatem agerent; ne nobis abjiciendum prorsus videretur jejunium, prudentissime pergit dicere :

*Ἐλεύσονται δὲ ἡμέραι καὶ ὅτε ἀπαρθῇ ἀπ' αὐτῶν ὁ νυμφίος· τότε νηστεύσουσιν ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις.* C

V. 5. *Venient autem dies cum ablatus fuerit ab ipsis sponsus : tunc jejunabunt illis diebus.*

(A f. 90, H f. 280 b) Πάντα γὰρ καλὰ ἐν καιρῷ αὐτῶν. Τί δέ ἐστι τὸ ἀρθῆναι ἀπ' αὐτῶν τὸν νυμφίον; Τὸ ἀναληφθῆναι δηλονότι.

Cuncta enim si suo tempore fiant, bona sunt. Quid est enim auferri ab ipsis sponsum? nimirum in cœlum assumi.

*Ἔλεγε δὲ καὶ παραβολὴν πρὸς αὐτούς*, κ. τ. λ.

**183** V. 36. *Dicebat autem et similitudinem illis*, etc.

(A f. 90 b, B f. 60 b, G f. 12, H f. 281) Ὅτι δὲ ἀπαράδεκτα τοῖς τὴν νομικὴν ἔχουσιν ἀγωγὴν τὰ διὰ Χριστοῦ θεσπίσματα, καὶ ἀχώρητά πως εἰσιν ἀνθρώπων καρδίαις οὕπω λαχούσαις τὸν διὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἀνακαινισμὸν, διαδείκνυσι λέγων ὁ Κύριος, μὴ δύνασθαι ῥάκος ἱματίου καινῷ προσβάλλεσθαι· μήτε μὴν ἀσκοὺς παλαιοὺς οἶνον νέον δύνασθαι χωρεῖν. Πεπαλαίωται μὲν γὰρ ἡ πρώτη διαθήκη, καὶ οὐκ ἦν ἄμεμπτος· οὐκοῦν οἱ ταύτῃ προσκαθήμενοι, καὶ τὴν γηράσασαν ἐντολὴν εἰς νοῦν ἔχοντες, ἀμέτοχοι μέν εἰσι τῆς ἐν Χριστῷ καινότητος· « Πάντα γὰρ γέγονεν ἐν αὐτῷ καινά· » σεσαθρωμένην δὲ τὴν διάνοιαν ἔχοντες, ἀσύμβατοί τε καὶ ἀσυναφεῖς εἰσι τοῖς τῆς νέας διαθήκης ἱερουργοῖς. Καὶ γοῦν δι' ἑνὸς τῶν ἁγίων προφητῶν ἔφη που περὶ αὐτῶν ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, ὅτι « Καρδίαν καινὴν καὶ πνεῦμα καινὸν δώσω ἐν αὐτοῖς. » Ψάλλει δὲ καὶ Δαβίδ· « Καρδίαν καθαρὰν κτίσον ἐν ἐμοὶ, ὁ Θεὸς, καὶ πνεῦμα εὐθὺ ἐγκαίνισον ἐν τοῖς ἐγκάτοις μου. » Προστετάγμεθα δὲ καὶ ἀποδύσασθαι μὲν τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον, ἐνδύσασθαι D

Quod ab iis qui legalis vitæ generi adhærent, admitti nequeant Christi constituta, neque cordibus capi hominum qui nondum a sancto Spiritu renovationem sint nacti, demonstrat Dominus dicens : non posse vetus vestis segmentum in novam vestem immitti, neque veteres utres vinum novum capere posse. Senuerat jam fœdus primum, nec reprehensione carebat. Ergo qui huic adhærent, et antiquatum præceptum mente adhuc tenent, Christi novitatem non possunt participare; namque « omnia in eo facta sunt nova [45]. » Marcidam ergo mentem habentes, concordare aut conciliari novi fœderis sacerdotibus nequeunt. Atqui per unum de sanctis prophetis dixit alicubi de ipsis universalis Deus; « Cor novum spiritumque novum dabo ipsis [46]. » Canit etiam David : « Cor mundum crea in me, Deus, et spiritum rectum innova in visceribus meis [47]. » Præterea jussi sumus veterem hominem exuere, novumque induere, ad sui Creatoris imaginem renovatum [48]. Suadet quoque Paulus dicens :

[45] II Cor. v, 17. [46] Ezech. xxxvi, 26. [47] Psal. l, 12. [48] Coloss. III, 9.

Digitized by Google

« Nolite conformari huic sæculo, sed transformamini novitate mentis vestræ, ut probetis quæ sit voluntas Dei bona et beneplacens et perfecta [49]. » Igitur qui spiritus nondum sunt adepti renovationem, ne probare quidem sciunt quæ sit voluntas Dei bona et beneplacens et perfecta. Est ergo vetus utriculus, Judæorum cor, neque propterea novum capit vinum, id est evangelicam salutaremque legem, quæ hominis cor lætificat [50]. Nos autem hujusmodi bonis redundantes Christus effecit.

A δὲ τὸν νέον, τὸν ἀνακαινούμενον κατ' εἰκόνα τοῦ κτίσαντος αὐτόν. Συμβουλεύει δὲ καὶ Παῦλος λέγων· « Μὴ συσχηματίζεσθε τῷ αἰῶνι τούτῳ, ἀλλὰ μεταμορφοῦσθε τῇ ἀνακαινώσει τοῦ νοὸς ὑμῶν, εἰς τὸ δοκιμάζειν ὑμᾶς τί τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ τὸ ἀγαθὸν, καὶ εὐάρεστον καὶ τέλειον. » Οὐκοῦν οἱ μήπω τὸν ἐν πνεύματι λαχόντες ἀνακαινισμὸν, οὐδὲ δοκιμάζειν ἴσασι τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ τὸ ἀγαθὸν, καὶ εὐάρεστον καὶ τέλειον· ἀσκὸς τοιγαροῦν παλαιὸς, ἡ τῶν Ἰουδαίων καρδία· καὶ οὐ κεχώρηκε διὰ τοῦτο τὸν οἶνον τὸν νέον, τουτέστι τὸ εὐαγγελικὸν καὶ σωτήριον θέσπισμα, τὸ καρδίαν εὐφραῖνον ἀνθρώπου. Ἡμᾶς δὲ μεστοὺς τῶν τοιούτων ἀγαθῶν ἀπέφηνεν ὁ Χριστός.

## CAP. VI.

V. 2. *Cur facitis quod non licet in Sabbatis facere?*

Adhuc novum fœdus nobis Deus promittit, ceu jam veterascente priore, et propediem abolendo, juxta divi Pauli dictum [51]. Et quidem per unum de sanctis prophetis **184** jam dixerat Deus : « Ecce dies veniunt, dicit Dominus, et faciam cum domo Israelis et cum domo Judæ fœdus novum; non secundum fœdus quod pepigi cum patribus eorum, die qua apprehendi manum eorum, ut educerem eos de regione Ægypti [52]. » Si ergo diversum a priore est hoc alterum fœdus, prorsus necesse est eos qui ipsum exsequi volunt, haud jam veteribus uti legibus, sed iis potius quæ ad evangelicæ vitæ novitatem transferre queunt. Atqui nihil hujusmodi mente volutare Scribas et Pharisæos apparet· quippe qui sacrarum Litterarum omnino sunt imperiti; unum vero illis inest studium obtrectandi semper divinæ ac cœlesti prædicationi. Insidiantur itaque sanctis apostolis omnium nostrum Servatorem Christum inseparabiliter sequentibus, aiuntque huic de ipsis : En legis præceptis adversantes videmus alumnos tuos; nam quæ Sabbatis non licent, faciunt; siquidem jubente lege otiari Sabbato, nullumque omnino laborem attingere, spicas manibus contundunt discipuli. Ain' vero tu ipse (o Pharisæe), cum sabbaticam tibi exhibes mensam, nonne panem confringis? Cur ergo alios criminaris? Ut autem ipsa tibi Servatoris verba opponamus, audi :

ΚΕΦΑΛ. Ϛ' (1).

*Τί ποιεῖτε ὃ οὐκ ἔξεστι ποιεῖν ἐν τοῖς Σάββασι;*

B (A f. 91 b, B f. 61 b, H f. 284 b) Ἔτι καινὴν διαθήκην ἡμῖν ὑπισχνεῖται Θεὸς, ὡς παλαιωθείσης τῆς πρώτης, καὶ ἐγγὺς γενομένης ἀφανισμοῦ, κατὰ τὴν τοῦ θεσπεσίου Παύλου φωνήν. Καί γέ φησι δι' ἑνὸς τῶν ἁγίων προφητῶν· « Ἰδοὺ ἡμέραι ἔρχονται, λέγει Κύριος, καὶ συντελέσω ἐπὶ τὸν οἶκον Ἰσραὴλ καὶ ἐπὶ τὸν οἶκον Ἰούδα, διαθήκην καινήν· οὐ κατὰ τὴν διαθήκην ἣν διεθέμην τοῖς πατράσιν αὐτῶν ἐν ἡμέρᾳ ἐπιλαβομένου μου τῆς χειρὸς αὐτῶν, τοῦ ἐξαγαγεῖν αὐτοὺς ἐκ γῆς Αἰγύπτου. » Οὐκοῦν εἰ ἑτέρα παρὰ τὴν πρώτην ἐστὶ καὶ δευτέρα ἡ καινὴ, πᾶσά πως ἀνάγκη τοὺς ἀποπεραίνειν αὐτὴν ἐθέλοντας οὐχὶ τοῖς ἀρχαίοις κεχρῆσθαι νόμοις, ἀλλὰ τοῖς εἰς καινότητα πολιτείας εὐαγγελικῆς ἀποφέρειν εἰδόσιν. Ἀλλ' οὐδὲν C τῶν τοιούτων εἰς νοῦν ἐσχηκότας ἔνεστιν ἰδεῖν τοὺς Γραμματέας τε καὶ Φαρισαίους· ἀνεπιστήμονες γὰρ παντελῶς τῶν ἱερῶν εἰσι Γραμμάτων· εἷς δὲ γέγονεν αὐτοῖς ὁ σκοπὸς, τὸ διασύρειν ἀεὶ τὸ θεῖόν τε καὶ οὐράνιον κήρυγμα. Ἐφεδρεύουσι γοῦν τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις, ἑπομένοις ἀπερισπάστως τῷ πάντων ἡμῶν Σωτῆρι Χριστῷ, καί φασιν αὐτῷ περὶ αὐτῶν· Ἰδοὺ τοῖς νομικοῖς ἐντάλμασιν ἐναντιουμένους ὁρῶμεν τοὺς ὑπὸ σοῦ παιδαγωγουμένους· δρῶσι γὰρ ὃ οὐκ ἔξεστι ποιεῖν τοῖς Σάββασι· τοῦ γὰρ νόμου κελεύοντος ἀργεῖν ἐν Σαββάτῳ, καὶ μηδενὸς παντάπασιν ἅπτεσθαι πόνου, περιτρίβουσι ταῖς χερσὶν ἀστάχυας οἱ μαθηταί. Σὺ δὲ αὐτὸς εἰπέ μοι, τὴν σαββατικὴν σαυτῷ τράπεζαν παραθεὶς, οὐ συνθραύεις τὸν ἄρτον; Τί οὖν ἑτέρους αἰτιᾷ; Ἵνα δέ σοι καὶ αὐτοὺς ἐπιτειχίσωμεν τοῦ Σωτῆρος τοὺς λόγους, ἄκουε·

V. 3. *Respondensque eis Jesus ait : Ne hoc quidem legistis quod fecit David?* etc.

Atqui etiamsi hæc contra legis omnino placitum David egit, in summa apud nos æstimatione est, jure meritoque; nam sanctus vere prophetaque erat. Ergo cum Moysis lex diserte jubeat [53], æquo jure judicare, neque alicujus personæ respectum in judicio habere, curnam meos, inquit, condemnastis discipulos; cum nihilominus suspiciatis in sancti prophetæque loco beatum Davidem, qui Moysis

D *Καὶ ἀποκριθεὶς πρὸς αὐτοὺς εἶπεν ὁ Ἰησοῦς· Οὐδὲ τοῦτο ἀνέγνωτε ὃ ἐποίησε Δαβίδ;* κ. τ. λ.

(A f. 91 b, B f. 61 b, H f. 284 b) Ἀλλὰ καίτοι ταῦτα πεπραχὼς ὁ Δαβὶδ, παρά γε τὸ τῷ νόμῳ δοκοῦν, τοῦ παντὸς παρ' ἡμῖν ἀξιοῦται θαύματος, ὀρθῶς καὶ δικαίως· καὶ γὰρ ἦν ἀληθῶς ἅγιος καὶ προφήτης. Οὐκοῦν τοῦ διὰ Μωϋσέως νόμου φάσκοντος ἐναργῶς, « Κρῖμα δίκαιον κρίνατε, καὶ οὐ λήψῃ πρόσωπον ἐν κρίσει, » πῶς τοὺς ἐμοὺς, φησὶ, κατεκρίνατε μαθητὰς, καὶ εἰς δεῦρο θαυμάζοντες ὡς

[49] Rom. XII, 2. [50] Judic. IX, 13. [51] Hebr. VIII, 13. [52] Jerem. XXXI, 31. [53] Deut. I, 16.

(1) Divus Thomas in catena habet Cyrilli particulam etiam ad v. 1. « Cyrillus. Duplex enim erat festum; et principalis festi, et alterius solemnitatis Sabbati. »

Digitized by Google

ἅγιον καὶ προφήτην τὸν μακάριον Δαβὶδ, καίτοι τὴν Μωϋσέως ἐντολὴν οὐ τετηρηκότα; — (A f. 92, B f. 287) Διὰ μὲν οὖν τῶν ἄρτων, σαφῶς ὁ ἄρτος ἡμῖν ὁ ἐξ οὐρανοῦ δείκνυται προκειτόμενος ἐν ἁγίαις τραπέζαις ἐκκλησιῶν. Ὅσα δὲ σκεύη τῆς τραπέζης, δι' ὧν ἡ μυστικὴ χρεία πληροῦται, τῶν θείων κειμηλίων τύπος ἂν εἴη σαφής. — Πνευματικῶς δὲ τοὺς δώδεκα ἀποστόλους· περὶ ὧν ἑξῆς δὲ εἰρήσεται, ὅτε εἰς αὐτοὺς δὴ τοὺς μαθητὰς ἡμῖν ὁ λόγος περιελεύσεται.

A præceptum non servavit? — Panibus illis (propositionis) manifeste denotatur nobis cœlestis panis in sanctis postea mensi proponendus. Quotquot autem vasa ad mysticum mensæ usum adhibebantur, ea sacrorum apud nos cimeliorum typus **185** perspicuus erant.—Spiritaliter autem (duodecim panibus) duodecim significantur apostoli, de quibus infra dicetur, cum ad ipsos discipulos sermo noster deveniet (1).

*Καὶ ἐδίδασκεν. Καὶ ἦν ἐκεῖ ἄνθρωπος, καὶ ἡ χεὶρ αὐτοῦ ἡ δεξιὰ ἦν ξηρά.*

V. 6. *Et docebat. Eratque ibi homo, cujus manus dextera erat arida.*

(A f. 92 b, B f. 61 b, G f. 12 b, H f. 288 b) Ἐδίδασκε δὲ πάντως που τὰ ὑπὲρ νοῦν, καὶ ὅσα τῆς δι' αὐτοῦ σωτηρίας ἐμφανῆ καθίστη τὴν ὁδὸν τοῖς ἀκροωμένοις· εἶτα· ταῖς μυσταγωγίαις ἐπομένην εὐθὺς τῆς θεοπρεποῦς ἰσχύος ἐποιεῖτο τὴν ἐπίδειξιν, μονονουχὶ καταλεαίνων τῷ λόγῳ τὴν εἰς τὸ πιστεύεσθαι τρίβον· μεθίστησι γὰρ ἔσθ' ὅτε τὸ θαῦμα πρὸς πίστιν, κἂν ἀπιστῆται λόγος. Φαρισαῖοι δὲ παρετηροῦντο αὐτὸν, εἰ ἐν Σαββάτῳ θεραπεύσει. Τοιοῦτος γάρ ἐστι βάσκανος ἀνήρ· τὰς ἑτέρων εὐφημίας τροφὴν ποιεῖται τῇ νόσῳ, καὶ ταῖς ἑτέρων εὐκλείαις ἀδίκως ἐπιμαίνεται. Καὶ τί πρὸς τοῦτο πάλιν ὁ πάντα εἰδὼς, ὁ τὰς καρδίας ἐτάζων καὶ γινώσκων τὰ ἐν αὐταῖς; « Τὸ γὰρ φῶς μετ' αὐτοῦ ἐστι, » κατὰ τὸ γεγραμμένον. Εἶπε τῷ ξηρὰν ἔχοντι τὴν χεῖρα· « Στῆθι εἰς τὸ μέσον. » Καὶ τίς ὁ λόγος τοῦ πράγματος; Τάχα ὅπως καλέσῃ πρὸς ἔλεον τὸν ἀπηνῆ καὶ ἀφιλοικτείρμονα Φαρισαῖον· τάχα δυσωπήσει τὸ πάθος αὐτοὺς, καὶ τὰς τοῦ φθόνου φλόγας ἠρεμεῖν ἀναπείσει.

B Docébat prorsus superiora intellectui, et quæ viam salutis a se dandam audientibus patefaciebant. Deinde doctrinæ consentaneam statim faciebat demonstrationem dignæ Deo potentiæ, postquam verbis viam fidei quodammodo complanasset. Nam miraculum aliquando ad fidem convertit, etiamsi forte verbis non credatur. Pharisæi interim observabant eum, num Sabbato curaret. Sic enim comparatus est homo lividus: aliorum bonam famam morbo suo escam facit, et alienæ gloriæ irascitur inique. Quid autem ad hæc rursus, is qui omnia scit, qui corda scrutatur et quæ intra ea sunt cognoscit? nam lux cum illo est, ut ait Scriptura [54]. « Dixit aridam manum habenti: Consiste in medio. » Cur autem ita fieri voluit? Fortasse ut ad misericordiam provocaret crudelem et immitem Pharisæum: fortasse etiam ut hominis morbus illos permoveret, et invidiæ flammam omittere C suaderet.

*Ἐπερωτήσω ὑμᾶς τι· ἔξεστι τοῖς Σάββασιν ἀγαθροποιῆσαι, ἢ κακοποιῆσαι; κ. τ. λ.*

V. 9. *Interrogabo vos, utrum liceat Sabbatis benefacere an male?* etc.

(A f. 92 b, H f. 289) Σοφωτάτη δὲ λίαν ἡ πεῦσις, πρέπουσα ταῖς ἐκείνων ἀβελτηρίαις ἡ πρότασις. Εἰ μὲν γὰρ ἔξεστιν ἀγαθοποιεῖν ἐν Σαββάτῳ, καὶ τὸ κωλύον οὐδὲν ἐλεεῖσθαι παρὰ Θεοῦ τοὺς κάμνοντας, παῦσαι συλλέγων τῆς κατὰ Χριστοῦ συκοφαντίας τὰς ἀφορμὰς, καὶ τῆς σαυτοῦ κεφαλῆς καταχέων τὴν δίκην, ἣν ἐπήρτησεν ὁ Πατὴρ τοῖς ἀτιμάζουσι τὸν Υἱόν. Ἤκουσας λέγοντος περὶ αὐτοῦ διὰ φωνῆς τοῦ Δαβίδ· « Καὶ συγκόψω τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ, καὶ τοὺς μισοῦντας αὐτὸν τροπώσομαι. » Εἰ δὲ οὐκ ἔξεστιν εὖ ποιεῖν ἐν Σαββάτῳ, καὶ κεκώλυκεν ὁ νόμος σώζεσθαι ψυχὴν, γέγονας τοῦ νομοθέτου κατήγορος· διαβέβληκας ἐντολὴν, ἐφ' ᾗ καὶ τεθαύμασται ἡ διὰ Μωϋσέως διακονία. Ἀλλ' οὐχ ἑαυτῷ, φησὶν, ὁ τῶν ὅλων Θεὸς τὸν ἐπὶ τῷ Σαββάτῳ τέθεικε νόμον, ἡμῖν δὲ μᾶλλον τοῖς ὑπέχουσιν αὐτῷ τὸν αὐχένα. Καλῶς ἔφης· ἐπαινῶ τοὺς λόγους· οὐκοῦν ἀνάγκης καὶ νόμου τὸ Θεῖον ἐλεύθερον. Πῶς οὖν αἰτιᾷ καὶ ἐν Σαββάτῳ Χριστὸν ἐλεεῖν ἐθέλοντα καὶ εὐεργετοῦντα ψυχήν; Ὅταν δὲ καὶ ἐπὶ τῷ Σαββάτῳ τεθέντα νόμον πολυπραγμονεῖν ἐθέλωμεν,

D Multo sapientissima interrogatio, et idonea contra illorum stultitiam propositio. Nam si licet benefacere in Sabbato, nihilque impedit quominus Deus ægrotantium misereatur, desine captare calumniandi Christum occasiones, atque in caput tuum illam attrahere pœnam, quam Pater adversus Filii sui contemptores intentam habet. Audisti illum voce Davidis dicentem: « Concidam a facie ipsius inimicos ejus, et odientes eum in fugam convertam [55]. » Si vero non licet Sabbato benefacere, et si lex vetat vitam alicujus servari, factus es legislatoris **186** accusator: præceptum reprehendis, cujus tamen causa, Moysis ministerium in honore est. Atqui non sibi, inquit, universalis Deus Sabbati legem statuit, sed nobis potius qui ei cervicem subjectam habemus. Recte ais; verba laudo. Ergo Deus necessitate simul et lege caret. Cur itaque Christum insimulas, misereri volentem, et alicujus vitam salvare? Quin adeo si Sabbati ipsam legem vestigare velimus, misericordiæ causa a Deo præscriptam comperiemus. Otiari enim Sabbato

[54] Dan. II, 22. [55] Psal. LXXXVIII, 24.

(1) Nempe in hoc capitulo v. 13.

Digitized by Google

mandavit, nullumque omnino laborem attingere, A imo et ipsis ratione carentibus bestiis requiem concedere. Edixit enim, ut nimirum requiescat famulus tuus ac famula, bos tuus ac jumentum tuum, et tui juris animal quodlibet [56]. Jam qui bovis et reliquorum animalium misereretur, quidni Sabbato etiam misereretur hominis gravi et insanabili infirmitate correpti?

V. 11. *Ipsi vecordia repleti sunt.*

Non tibi satis est ad fidem miraculum? Vides agentem quæ Deum decent, superuaque potestate infirmos sanantem, et tamen livoris et invidiæ filium parturis homicidium?

V. 12. *Exiit in montem orare.* B

Omnia ad nostram ædificationem, atque ad credentium ei utilitatem Christus operabatur: et spiritalis vitæ imaginem quodammodo res suas proponens, veros volebat efficere adoratores. Videamus igitur in Christi operibus, tanquam in imagine ac typo, quemadmodum nos oporteat Deum orare. Clam videlicet et in abscondito, atque inspectante nemine, oportet orare. Namque hoc innuit solitarius in montem secessus, et Jesu tanquam in vacatione oratio: quam rem ipse verbis quoque nos docuit: « Tu autem cum oraveris, ingredere cubiculum tuum [57]. » Nam sine jactantia, sanctasque manus extollentes orare opus est [58]; ita ut mens tanquam in verticem aliquem ad Dei contemplationem conscendat, seque tumultu omni C subtrahat, atque a mundanis **187** curis aufugiat. Atque hoc agat non fastidiose, neque cum infirma pusillanimitate, sed fortiter potius atque studiose, nec mediocri cum patientia. Audisti enim quod non solum oraverit Christus, sed quod orando pernoctaverit.

Fortasse autem veritatis hostis hæc nos dicentes non patietur. Ait enim: Orat Jesus et a Patre petit, quæ ipse non habet. Quomodo ergo ipsum dicitis et consubstantialem Patri, et ei per omnia æqualem, nullaque re differentem? Nam sine controversia, quod minus est, a potiore benedicitur [59]. Major porro omnino est qui dat, quam ille qui D accipere aliquid postulat. Age vero in primis nos doceant isti orthodoxiæ subversores, quanam re indigere Filium existiment? Quid item, tanquam eo carens, postulabat accipere? Lumen erat verum, vita suapte natura, et vivificans, virtutum Dominus, sapientia, justitia, creator omnium rerum et auctor, creaturæ cuilibet superior, rex universalis, cœli terræque dispensator, omnis boni una cum Deo Patre dator. Atque id a Paulo disces quibusdam scribente: « Gratia vobis et pax a Deo Patre nostro, et Domino Jesu Christo [60]. » Is in

ἐλεημοσύνης ἕνεκα τῆς παρὰ Θεοῦ διωρισμένον εὑρήσομεν· ἐκέλευσε γὰρ ἀργεῖν ἐν Σαββάτῳ, καὶ μηδενὸς τὸ σύμπαν ἅπτεσθαι πόνου, ἀνίεσθαι δὲ μᾶλλον καὶ αὐτοῖς ὁμοῦ τοῖς ἀλόγοις τῶν ζώων· ἔφη γάρ, ὅτι « Ἵνα ἀναπαύσηται ὁ παῖς σου καὶ ἡ παιδίσκη σου, ὁ βοῦς σου, καὶ τὸ ὑποζύγιόν σου, καὶ πᾶν κτῆνός σου. » Ὁ δὲ καὶ βοῦν ἐλεῶν, καὶ τὰ ἕτερα τῶν κτηνῶν, πῶς οὐκ ἂν ἠλέησεν ἄνθρωπον ἐν Σαββάτῳ δεινῇ καὶ ἀφύκτῳ περιπεσόντα νόσῳ;

*Αὐτοὶ δὲ ἐπλήσθησαν ἀνοίας.*

(A f. 93, G f. 13, H f. 280 b) Οὐκ ἀρκεῖ σοι τὸ παράδοξον εἰς πίστιν; Ὁρᾷς ἐνεργοῦντα θεοπρεπῶς, καὶ μετ' ἐξουσίας τῆς ἀνωτάτω θεραπεύοντα τοὺς ἐν ἀῤῥωστίαις, καὶ τὸν ἐκ φθόνου καὶ βασκανίας ὠδίνεις φόνον;

*Ἐξῆλθεν εἰς τὸ ὄρος προσεύξεσθαι.*

(A f. 93 a b, B f. 62, G f. 13 b, H f. 290 b sq.) Πάντα πρὸς οἰκοδομὴν ἡμετέραν, καὶ εἰς ὄνησιν τῶν πιστευόντων εἰς αὐτὸν εἰργάζετο Χριστὸς, καὶ πνευματικῆς πολιτείας εἰκόνα τρόπον τινὰ τὰ καθ' ἑαυτὸν ἀναθεὶς, ἀληθινοὺς ἤθελεν ἀποφαίνειν προσκυνητάς. Ἴδωμεν τοίνυν ὡς ἐν εἰκόνι καὶ τύπῳ πραγμάτων τῶν γεγενημένων διὰ Χριστοῦ, τίνα τρόπον ἡμᾶς ποιεῖσθαι προσήκει τὰς πρὸς Θεὸν ἱκετείας. Λάθρα, καὶ κεκρυμμένως, καὶ οὐδενὸς ὁρῶντος, προσεύχεσθαι χρή· τοῦτο γὰρ ὑποδηλοῖ τὸ εἰς ὄρος κατὰ μόνας καὶ ὡς ἐν σχολῇ προσεύχεσθαι τὸν Ἰησοῦν, καὶ τοῦτο αὐτὸς ἡμᾶς ἐδίδαξεν εἰπών· « Σὺ δὲ ὅταν προσεύχῃ, εἴσελθε εἰς τὸ ταμιεῖόν σου. » Ἀφιλοδόξως γὰρ καὶ ὁσίους ἐπαίροντας χεῖρας προσεύχεσθαι δεῖ, καὶ ὥσπερ εἰς ὕψος εἰς τὸ τῆς θεοπτίας ὕψος ἀναπηδῶντος τοῦ νοῦ, καὶ ἀποφοιτῶντος μὲν θορύβου παντὸς, ἀποτρέχοντος δὲ καὶ μερίμνης κοσμικῆς· δεῖ δὲ τοῦτο δρᾷν, οὔτε ἀψικόρως, οὔτε ἀδρανῆ ἔχοντας ὀλιγοψυχίαν· ἐντόνως δὲ μᾶλλον, καὶ ἐν σπουδῇ, καὶ οὐκ ἀθαύμαστον ἔχοντας τὴν ὑπομονήν. Ἀκήκοας γὰρ ὅτι οὐχ ἁπλῶς ηὔξατο Χριστὸς, ἀλλ' ὅτι καὶ διενυκτέρευσε τοῦτο δρῶν.

Οὐκ ἀνέξεται δὲ ἴσως ὁ τῆς ἀληθείας ἐχθρὸς ταῦτα λεγόντων ἡμῶν· φησὶ γάρ· Προσεύχεται καὶ ζητεῖ παρὰ τοῦ Πατρὸς, ἅπερ οὐκ ἔχει. Πῶς οὖν ἔτι φατὲ καὶ ὁμοούσιον αὐτῷ ἴσον τε κατὰ πάντα, καὶ κατ' οὐδένα τρόπον ἀπεικότα; Χωρὶς γὰρ πάσης ἀντιλογίας τὸ ἔλαττον ὑπὸ τοῦ κρείττονος εὐλογεῖται· μείζων δὲ πάντως ὁ διδοὺς τοῦ παρακαλοῦντός τι λαβεῖν (1). Οὐκοῦν ἐκεῖνο καὶ πρό γε τῶν ἄλλων διδασκέτωσαν ἡμᾶς οἱ τὰ ὀρθὰ διαστρέφοντες, τίνος εἶναι νομίζουσιν ἐπιδεᾶ τὸν Υἱόν; Τί δὲ ὡς οὐκ ἔχων ἐζήτει λαβεῖν; Φῶς ἐστι τὸ ἀληθινὸν, ζωὴ κατὰ φύσιν, καὶ ζωοποιὸς, καὶ τῶν δυνάμεων Κύριος, σοφία καὶ δικαιοσύνη, κτίστης καὶ δημιουργὸς τῶν ὅλων, παντὸς ἐπέκεινα γενητοῦ, βασιλεὺς τῶν ὅλων, ταμίας οὐρανοῦ καὶ γῆς, δοτὴρ ἀγαθοῦ παντὸς ὁμοῦ τῷ Θεῷ καὶ Πατρί. Καὶ τοῦτο μαθήσῃ γεγραφότος τισὶ τοῦ μακαρίου Παύλου· » Χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ Θεοῦ Πατρὸς ἡμῶν καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ. »

[56] Deut. v, 14. [57] Matth. vi, 6. [58] I Tim. ii, 8. [59] Hebr. vii, 7. [60] Rom. i, 7.

(1) Hanc esse Arianorum objectionem patet.

Digitized by Google

Digitized by Google

V. 37. *Nolite judicare, et non judicabimini.*

Diram abscindit ex animis nostris passionem, superbiæ initium et causam. Nam quidam cum se ipsos deberent considerare, et secundum Deum vivere, minime id agunt, sed aliorum potius facta scrutantur. Et si forte aliquos vitio quolibet laborantes viderint, suarum veluti obliti infirmitatum, vituperandi occasionem atque obtrectandi materiam hinc arripiunt. Condemnant enim illos, neque reputant quod cum ipsi eadem ac illi, quos reprehendunt, infirmitate laborent, semet ipsi condemnant. Sic enim alicubi sapientissimus quoque Paulus scribit : « Nam in quo alium judicas, te ipsum condemnas ; eadem enim facis qui judicas [1]. » Cum contra opus foret infirmantium misereri, ceu qui passionum incursibus strati fuerint, et peccati laqueis inevitabiliter irretiti : ideoque orandum pro ipsis, et consolandos, atque ad resipiscendum hortandos, cavendumque ne in pares culpas incurramus ? Nam « Qui fratrem suum judicat, ait Christi discipulus, detrahit legi, et judicat legem. Unus autem est legislator et judex [2]. » Oporteret itaque superiorem esse peccanti animæ illum qui de hac judicat. Tu vero cum non sis hujusmodi, cur de proximo tuo judicas ? respondebit judicanti is qui peccat. Quod si nihilominus damnare audes, etsi hujus rei potestatem non habes, ipse potius damnaberis, quia lex non sinit de aliis judicium ferre. Certe qui recto intellectu regitur, haud aliena peccata inspicit, nec quid iniquum sit in suo proximo scrutatur, sed mala potius propria considerat. Ita se beatus gerebat Psalmista, Deo supplicans pro peccatis suis ac dicens : « Si iniquitates observaveris, Domine, **201** Domine, quis sustinebit [3] ? » Interdum vero humanæ naturæ infirmitatem prætendens, non incongruam petebat veniam dicens : « Memento quod pulvis sumus [4]. »

V. 38. *Date, et dabitur vobis.*

Affinem veluti prædictis benignitatibus sermonem intulit eleemosynæ. Optima enim res est ac Deo gratissima, et sanctas animas apprime decens. « Estote enim, inquit, misericordes, sicuti Pater vester est. » Quod autem divitiore manu accepturi remunerationem simus a Deo, qui diligentibus se abundanter omnia largitur, ipse testatur dicens : « Mensuram bonam et confertam et coagitatam et supereffluentem dabunt in sinum vestrum. » Videtur tamen priori quodammodo contradicere alterum. Nam si supereffluentem mercedem accipiemus, qui fieri poterit ut qua mensura mensi fuerimus remetiatur nobis ? Ubi paritas potius, quam redundantia dandæ nobis mercedis significari videtur. Quid ergo dicimus ? Omni nos difficultate expediet sapientissimus Paulus, quæstionis solutionem præbens. Ait enim : « Qui parce seminat, id est modice contractaque manu, parce et metet : qui autem in benedictionibus seminat, in benedictionibus

A *Μὴ κρίνετε, καὶ οὐ μὴ κριθῆτε.*

(A f. 110, C f. 119) Παγχάλεπον ἀποκείρει πάθος τῶν ἡμετέρων διανοιῶν, ὑπεροψίας ἀρχὴν καὶ γένεσιν. Καίτοι γὰρ δέον τινὰς ἑαυτοὺς κατασκέπτεσθαι καὶ κατὰ Θεὸν πολιτεύεσθαι, τοῦτο μὲν οὐ δρῶσιν, πολυπραγμονοῦσι δὲ τὰ ἑτέρων· κἂν ἀσθενοῦντας ἴδωσί τινας, ὥσπερ εἰς λήθην ἐρχόμενοι τῶν ἰδίων ἀῤῥωστημάτων, φιλοψογίας ὑπόθεσιν ποιοῦνται τὸ χρῆμα, καὶ καταλαλιᾶς ἀφορμήν· καταψηφίζονται γὰρ αὐτῶν, οὐκ εἰδότες ὅτι νοσοῦντες τὰ ἴσα τοῖς παρ' αὐτῶν διαβεβλημένοις, ἑαυτοὺς κατακρίνουσι. Οὕτω που καὶ ὁ σοφώτατος γράφει Παῦλος· « Ἐν ᾧ γὰρ κρίνεις τὸν ἕτερον, σαυτὸν κατακρίνεις· τὰ γὰρ αὐτὰ πράσσεις ὁ κρίνων. » Καίτοι μᾶλλον ἐχρῆν ἀσθενοῦντας ἐλεεῖν, ὡς ταῖς τῶν παθῶν ἐφόδοις ὑπεστρωμένους, καὶ τοῖς ἁμαρτίας βρόχοις ἀφύκτως ἐνειλημμένους, καὶ ὑπερεύχεσθαι τῶν τοιούτων, καὶ παρακαλεῖν αὐτοὺς, καὶ διεγείρειν εἰς νῆψιν, καὶ πειρᾶσθαι μὴ τοῖς ἴσοις περιπεσεῖν αἰτιάμασιν. Ὁ γὰρ κρίνων τὸν ἀδελφὸν, καθά φησιν ὁ τοῦ Χριστοῦ μαθητὴς, καταλαλεῖ νόμου, καὶ κρίνει νόμον· εἷς ἐστιν ὁ νομοθέτης καὶ κριτής. » Ἄνω γὰρ δεῖ τῆς ἁμαρτανούσης ψυχῆς εἶναι τὸν ταύτης κριτὴν· σὺ δὲ μὴ τοιοῦτος ὤν, τί κρίνεις τὸν πλησίον; Ἀπολογήσεται τῷ κριτῇ ὁ ἁμαρτάνων· εἰ δὲ τολμᾷς κατακρίνειν, καίτοι τούτου μὴ ἔχων τὴν ἐξουσίαν, κατακριθήσῃ μᾶλλον αὐτὸς, ὡς οὐκ ἐῶντος τοῦ νόμου τὸ κρίνειν ἑτέρους· ὅ γε μὴν συνέσει κυβερνώμενος, οὐκ εἰς τὰς ἑτέρων ἁμαρτίας ὁρᾷ, οὐδὲ τί ἐστι τὸ φαῦλον ἐν τῷ πέλας περιεργάζεται, ἀλλ' ἐν τοῖς ἰδίοις ἐνατενίζει κακοῖς· τοιοῦτος ἦν ὁ μακάριος Ψαλμῳδὸς, προσπίπτων Θεῷ καὶ λέγων ὑπὲρ τῶν ἰδίων ἁμαρτημάτων· « Ἐὰν ἀνομίας παρατηρήσῃς, Κύριε, Κύριε, τίς ὑποστήσεται; » Ποτὲ δὲ πάλιν τῆς ἀνθρωπείας φύσεως τὴν ἀσθένειαν προϊσχόμενος, εὔλογον ἀπῄτει συγγνώμην, λέγων· « Μνήσθητι ὡς χοῦς ἐσμεν.

*Δίδοτε, καὶ δοθήσεται ὑμῖν.*

(A f. 111, C f. 119) Εἰτόνα ὥσπερ ταῖς εἰρημέναις ἐπιεικείαις τὸν περὶ τῆς ἐλεημοσύνης ποιεῖται λόγον· ἄριστον γὰρ τὸ χρῆμα, καὶ Θεῷ θυμηρέστατον, καὶ ψυχαῖς ὅτι μάλιστα πρέπον· « Γίνεσθε γὰρ, φησὶν, οἰκτίρμονες, καθὼς ὁ Πατὴρ ὑμῶν. » Ὅτι δὲ πλουσιωτέρᾳ χειρὶ ληψόμεθα τὴν ἀνταπόδοσιν παρὰ τοῦ πάντα πλουσίως νέμοντος Θεοῦ τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτὸν, αὐτὸς περιληροφόρηκεν εἰπών· « Μέτρον καλὸν, πεπιεσμένον καὶ σεσαλευμένον καὶ ὑπερεκχυνόμενον δώσουσιν εἰς τὸν κόλπον ὑμῶν. » Καὶ δοκεῖ μέν πως εἰσφέρεσθαι τῷ πρώτῳ τὸ δεύτερον· εἰ γὰρ μέτρον ὑπερεκχυνόμενον ληψόμεθα, πῶς ᾧ μέτρῳ μετροῦμεν ἀντιμετρηθήσεται ἡμῖν; Ἔοικε γὰρ ἐν τούτοις ἰσότης μᾶλλον οὐ πλεονασμὸς εἶναί τις τῆς δοθησομένης ἡμῖν ἀμοιβῆς. Τί οὖν ἄρα φαμέν; Ἀπαλλάξει πραγμάτων ἡμᾶς ὁ σοφώτατος Παῦλος, τῶν ζητουμένων τὴν λύσιν ἐπενεγκών· ἔφη γὰρ, ὅτι « Ὁ σπείρων φειδομένως, ἀντὶ τοῦ, συμμέτρως καὶ συνεσταλμένῃ χειρὶ, φειδομένως καὶ θῃ-

[1] Rom. II, 1. [2] Jacob. IV, 11. [3] Psal. CXXIX, 3. [4] Psal. CII, 14.

Digitized by Google

ρίσει· καὶ ὁ σπείρων ἐπ' εὐλογίαις, ἐπ' εὐλογίαις καὶ θερίσει· » τουτέστι, εἰ δέ τις μὴ ἔχοι, οὐχ ἥμαρτε τοῦτο μὴ δρῶν· καθ' ὃ γὰρ ἂν ἔχοι, εὐπρόσδεκτος, οὐ καθ' ὃ οὐκ ἔχει. Τοῦτο καὶ ὁ διὰ Μωϋσέως ὑπετύπου νόμος· προσεκόμιζον γὰρ εἰς θυσίαν τῷ Θεῷ, τὸ κατὰ χεῖρά τε καὶ ἰσχὺν, ἕκαστος τῶν ὑπὸ τὸν νόμον· οἱ μὲν μόσχους, οἱ δὲ κριοὺς, ἢ ἀμνοὺς, ἢ τρυγόνας, ἢ περιστερὰς, ἢ σεμίδαλιν ἐλαιοβρεχῆ. Πλὴν ὁ καὶ τοῦτο προσάγων τὸ οὕτω μικρὸν καὶ εὐπόριστον, διὰ τὸ μόσχον μὴ ἔχειν, ἴσος ἦν ἐκείνῳ κατὰ πρόθεσιν.

*Εἶπε δὲ παραβολὴν αὐτοῖς.*

(A f. 111, B f. 67 b) Ἀναγκαιοτάτην ταύτην τῶν εἰρημένων προσέθηκε τὴν παραβολήν. Ἔμελλον ἔσεσθαι μυσταγωγοὶ καὶ διδάσκαλοι τῆς ὑπ' οὐρανὸν οἱ μακάριοι μαθηταί· ἔδει τοίνυν αὐτοὺς ἀρτίως ἐχοντας εἰς εὐσέβειαν ἀναφαίνεσθαι τῶν ἁπάντων, ἐχρῆν εἰδέναι τῆς εὐαγγελικῆς πολιτείας τὴν ὁδὸν, καὶ τεχνίτας εἶναι πρὸς πᾶν ἔργον ἀγαθὸν, καὶ τὸν ἀκριβῆ καὶ σωτήριον καὶ ἀποξεσμένον εἰς ἀλήθειαν ἐνιέναι λόγον τοῖς πεπαιδευμένοις· ὡς ἤδη προαναβλέψαντας, καὶ τῷ θείῳ φωτὶ καταλαμπομένην τὴν διάνοιαν ἔχοντας· ἵνα μὴ τυφλοὶ τυφλῶν εἶεν ὁδηγοί· οὐ γὰρ οἱ ἐν σκότῳ τῆς ἀγνωσίας ἐνισχημένοι, τοὺς τὰ ὅμοια νοσοῦντας, εἰς τὴν τῆς ἀληθείας ἐπίγνωσιν ὁδηγήσειεν· εἰ γὰρ ταῦτο βουληθεῖεν, εἰς τὸν βόθρον τῶν παθῶν ἀμφότεροι ἐγκυλισθήσονται. Εἶτα τὸ φιλόκομπον πάθος τῆς ἀλαζονείας τῶν πολλῶν ἀναιρῶν, ἵνα μὴ τῶν διδασκόντων φιλονικοῖεν ὑπερβαίνειν τιμὴν, ἐπήγαγεν· « Οὐκ ἔστι μαθητὴς ὑπὲρ τὸν διδάσκαλον αὐτοῦ. » Κἂν εἰ γένοιτο προελθεῖν εἰς τοῦτό τινας ὥστε καὶ ἰσάμιλλον τοῖς παιδεύουσι κατακτήσασθαι τὴν ἀρετὴν, εἰς τῶν διδασκόντων στήσονται μέτρον, κἀκείνων ἔσονται μιμηταί· καὶ πιστώσει πάλιν ὁ Παῦλος, λέγων· « Μιμηταί μου γίνεσθε, καθὼς κἀγὼ Χριστοῦ. » Τοῦ τοίνυν διδασκάλου μήπω κρίνοντος, τί κρίνεις αὐτός; Οὐ γὰρ ἦλθε κρῖναι τὸν κόσμον, ἀλλ' ἐλεῆσαι. — (A f 111) Κατὰ δέ γε τὴν προτέραν διάνοιαν, Εἰ ἐγὼ, φησὶν, οὐ κρίνω, μηδὲ σὺ ὁ μαθητής· εἰ δὲ καὶ μείζοσιν ἐνέχῃ ἐφ' οἷς ἕτερον κρίνεις, πῶς οὐκ ἂν αἰσχυνθείης εἰς αἴσθησιν ἐλθών; Τοῦτο διὰ παραβολῆς ἑτέρας ὁ Κύριος παρίστη λέγων·

*Τί δὲ βλέπεις τὸ κάρφος τὸ ἐν ὀφθαλμῷ τοῦ ἀδελφοῦ σου;*

(A f. 111, B f. 68, C f 119) Ἐξ ἀναγκαίων ἡμᾶς ἀναπείθει συλλογισμῶν, ἀποσχέσθαι μὲν τοῦ βούλεσθαι κρίνειν ἑτέρους, τὰς ἑαυτῶν δὲ μᾶλλον καρδίας περιεργάζεσθαι καὶ τῶν ἐνόντων αὐταῖς παθῶν ἀπαλλάττεσθαι ζητεῖν, αἰτοῦντας τοῦτο παρὰ Θεοῦ· αὐτὸς γάρ ἐστιν ὁ ἰώμενος τοὺς συντετριμμένους τὴν καρδίαν, καὶ ψυχικῶν ἡμᾶς νοσημάτων ἐλευθερῶν. Τί γὰρ εἰ νοσῶν αὐτὸς τὰ ἔτι μείζω καὶ χαλεπώτερα τῶν ὄντων ἐν ἑτέροις, ἀφεὶς τὰ κατὰ σαυτὸν, ἐκείνοις ἐπιτιμᾷς; Οὐκοῦν ἅπασι μὲν τοῖς ἐθέλουσιν εὐσεβεῖν, ἀναγκαία εἰς ὄνησιν ἡ ἐντολὴ, μάλιστα δὲ τοῖς τὸ διδάσκειν ἑτέρους ἐγχειρισμένοις. Εἰ μὲν εἶεν

A quoque metet [9]. » Id est, si quis non habuerit, non peccat dum dare omittit: nam quatenus quisque habet, gratus fiet, non quatenus non habet. Hoc in Moysis quoque lege præfigurabatur. Afferebant enim ad sacrificandum Deo, pro copia et viribus, quicunque sub legis potestate erant, alii vitulos, alii hædos, aut agnos, aut turtures, aut columbas, aut similam oleo conditam. Verumtamen is etiam qui tam exigua et parabilia adducebat, quia vitulum non haberet, par diviti erat, quod attinet ad mentis propositum.

V. 39. *Dicebat autem illis similitudinem.*

Necessario in primis hanc adjecit dictis similitudinem. Futuri enim erant initiatores atque magistri terrarum orbis beati discipuli. Oportebat igitur valde eruditos in **202** religionis negotio videri B præ omnibus: opus erat scire evangelicæ vitæ viam, ad omne opus bonum peritos artifices esse, accuratam ac salutarem et ad veritatis regulas exactam alumnis doctrinam tradere; ceu qui jampridem oculos veritati intendissent, divinoque lumine illustratam mentem haberent, ne cæci cæcorum duces fierent. Non enim qui tenebris inscitiæ tenentur, iis qui pari calamitate urgentur, ad veritatis cognitionem ducatum præstabunt. Nam si hoc forte velint, in passionum foveam ambo devolventur. Deinde jactantiæ pervulgatum morbum perimens, ne aliquando vellent magistrorum superare honorem, addidit: « Non est discipulus supra magistrum. » Quod si forte etiam adeo nonnulli proficerent, ut parem antecessoribus virtutem discipuli consequerentur, tunc eos intra fines modestiæ magistrorum perstare debere, atque horum esse imitatores. Quam rem item testabitur Paulus dicens: « Imitatores mei estote, sicut et ego Christi [10]. » Cum ergo magister nondum judicet, cur tu judicium fers? Non enim venit ut judicet mundum, sed ut misereatur. — Secundum prædictum sensum, si ego, inquit, non judico, ne tu quidem id agas, discipulus cum sis. Quod si etiam magis reus es, quam ille de quo judicas, quomodo id sentiens non erubescis? Hoc alia similitudine demonstravit Dominus dicens:

V. 41. *Cur autem vides festucam in oculo fra-* D *tris tui?*

Evidentibus syllogismis persuadet nobis, ut judicando de aliis abstineamus, ipsa potius corda nostra examinemus et hærentes illis passiones expellere studeamus, implorato divino auxilio. Ipse enim contritos corde sanat, et animæ nos morbis liberat. Cur enim, si tu magis graviusque aliis laboras, omissis peccatis tuis, illos objurgas? Ergo omnibus piis esse volentibus necessario prodest hoc mandatum, præcipue vero iis qui aliorum eruditionem munus susceperunt. Si enim boni solertesque **203** erunt, evangelicæ velut vitæ imaginem semetipsos exhibentes, utique illos qui

[9] II Cor. IX, 6. [10] I Cor. XI, 1.

Digitized by Google

pariter se gerere nolunt, confidenter objurgabunt, A ceu qui hærentis doctoribus suis pietatis non exprimant mores. Sin vero ignavi fuerint, pravisque voluptatibus obnoxii, quo pacto cæteros secum pariter ægrotantes increpabunt? Propterea sapienter beati discipuli ita in suis scriptis aiunt : « Nolite plures magistri fieri, fratres mei, scientes quod majus judicium sumemus [11], » ut dixit Christus præmiorum distributor, et peccantibus pœnas imponens : « Qui fecerit et docuerit, hic magnus vocabitur in regno cœlorum [12]; » secus qui minime faciens, nihilominus docuerit, minimus erit. Sane, quomodo tu multis magnisque suffocatus peccatis, paucarum culparum reum damnas? Quomodo dices fratri tuo : « Sine ejiciam ex oculo tuo festucam, cum ipse trabem in tuo habeas [13], » qui nempe B magnis peccatis gravaris? id enim trabs significat. Quomodo, inquam, eum condemnas qui exigua prorsus, et aliquando nihil peccavit?

V. 42. *Ejice primum trabem de oculo tuo.*

Hoc est, teipsum magnis peccatis purum præbeto; tum denique consilium dabis ei qui levia peccavit. Itaque ipse sibi magister erit qui sapit, non alium condemnabit. Hoc etiam Mosaica lex præcipit cum ait : « Attende tibi, non alii [14]. » Attende autem dicitur, pro, quæ tua sunt observa. — Sed, o Domine, dicet ut reor aliquis, quomodo C dignoscemus habentem in oculo trabem, et increpantem simul eos qui festucam habent, ac leviter infirmantur? Nulla, inquit, rei hujus difficultas: potest enim quilibet pro suo libito cognoscere. Etenim uniuscujusque vita mores proprios luculenter ostendit. Quippe haud externa venustate, neque simulata pietate, bonæ reapse vitæ pulchritudo exprimitur, sed ex iis potius quæ quisque facit operibus. Hoc item alicubi dixit Christus : « Cavete ab iis qui veniunt ad vos in vestimentis ovium, **204** intrinsecus autem sunt lupi rapaces [15]. » En itaque quod non ex vestitu, sed ex rei veritate cognoscendos esse eos qui ad nos accedunt, præcipit Christus. Etenim « Ex fructu, inquit, arbor cognoscitur. » Sicuti stulte quis de spinis maturos eximiosque fructus requiret, uvam dico et ficus, ita speratur ridicule egregium aliquid invenire, id est virtutis nobilitatem, in hypocritis et impuris. Hos potius appellare decet tribulos atque rubos. Apud hos dulce nihil, sed amara omnia ac spuria. Non enim de spinis germinat ficus, neque de rubo paritur uva. Ergo non de externa specie, sed de acta ab unoquoque vita dignoscendus magister est. Dicta sunt hæc etiam in quinto Matthæi capitulo [16]. Sed tamen ibi agebatur de deceptoribus, hic autem de mundis aliosque mundantibus et de

ἀγαθοὶ καὶ νηφάλιοι, καθάπερ εἰκόνα ζωῆς εὐαγγελικῆς τὰ καθ' ἑαυτοὺς ἐνστήσαντες, τοῖ; μὴ τὰ ἴσα δρᾷν ἑλομένοις εὐπροσώπως ἐπιτιμήσουσι, ὡς μὴ τοὺς ἐνούσης αὐτοῖς ἐπιεικείας ἀναμάξαντας τρόπους· εἰ δὲ ῥᾳθυμοί τινες εἶεν, καὶ ταῖς εἰς τὸ φαῦλον ἡδοναῖς εὐάλωτοι, πῶς ἂν ἑτέροις τὰ ἴσα νοσοῦσιν ἐπιτιμήσειαν; Διὰ τοῦτο σοφῶς οἱ μακάριοι μαθηταὶ γεγράφασί τε καὶ λέγουσι· « Μὴ πολλοὶ διδάσκαλοι γίνεσθε, ἀδελφοί μου, εἰδότες ὡς μεῖζον κρῖμα λήψόμεθα, » ὡς ἔφη Χριστὸς, ὁ τῶν στεφάνων διανομεὺς καὶ τοῖς πλημμελοῦσι τὰς δίκας ἐπάγων· « Ὃς ἂν ποιήσῃ καὶ διδάξῃ, οὗτος μέγας κληθήσεται ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν· » ὁ δὲ μὴ ποιήσας καὶ διδάξας, ἐλάχιστος· ἐπεὶ πῶς ὁ πολλαῖς καὶ μεγάλαις ἔσθ' ὅτε καταπνιγόμενος ἁμαρτίαις κατακρίνεις τὸν ὀλίγοις ἔνοχον πταίσμασι; Πῶς ἐρεῖς τῷ ἀδελφῷ σου· « Ἄφες ἀναβάλω τὸ κάρφος ἐκ τοῦ ὀφθαλμοῦ σου, αὐτὸς τὴν δοκὸν ἔχων ἐν σεαυτῷ, » ὁ μεγάλαις ἁμαρτίαις ἔνοχος; τοῦτο γὰρ ἡ δοκὸς σημαίνει. Πῶς κατακρίνεις τὸν ὀλίγα παντελῶς ἢ καὶ ἔσθ' ὅτε μηδὲν ἡμαρτηκότα;

*Ἔκβαλε πρῶτον τὴν δοκὸν ἐκ τοῦ ὀφθαλμοῦ σου.*

(A f. 111) Τουτέστι, σαυτὸν ἐπίδειξον καθαρὸν τῶν μεγάλων ἁμαρτημάτων, καὶ τότε σύμβουλος ἔσῃ τῷ πταίοντι μικρά. Οὐκοῦν ἑαυτῷ μὲν ἔσται διδάσκαλος ὁ σοφὸς, ἕτερον δὲ οὐ κατακρινεῖ. Τοῦτο γὰρ καὶ ὁ νόμος ὁ διὰ Μωϋσέως παραγγέλλει, λέγων· « Πρόσεχε, φησὶ, σεαυτῷ, οὐχ ἑτέρῳ· » τὸ δὲ, « Πρόσεχε, » ἀντὶ τοῦ, Περιβλέπου τὰ κατὰ σαυτόν.—(A f. 111 h) Ἀλλ', ὦ Δέσποτα, φαίη ἄν, οἶμαι, τὶς, πῶς ἆρα διαγνωσόμεθα τὸν ἔχοντα μὲν ἐν ὀφθαλμῷ τὴν δοκὸν, ἐπιπλήττοντα δὲ τοῖς κάρφον ἔχουσι καὶ ἀσθενοῦσιν ἐκ μέρους; Χαλεπὸν οὐδὲν ἐν τούτῳ, φησί· πρόκειται γὰρ τοῖς ἐθέλουσιν εὐκόλως ἰδεῖν. — (B f. 68) Οὐκοῦν ὁ ἑκάστου βίος τῶν αὐτοῦ τρόπων ἔσται παραδεικτικός· οὐ γὰρ τοῖς ἔξωθεν ὡραϊσμοῖς, καὶ πεπλασμέναις ἐπιεικείαις τὸ τῆς ἀληθοῦς εὐζωΐας χαρακτηρίζεται κάλλος, ἀλλ' ἐξ ὧν ἂν ἐργάσαιτό τις. Τοῦτο πάλιν ἔφη που ὁ Χριστός· « Προσέχετε ἀπὸ τῶν ἐρχομένων πρὸς ὑμᾶς ἐν ἐνδύμασι προβάτων, ἔσωθεν δέ εἰσι λύκοι ἅρπαγες. » Ἴδοὺ δὴ πάλιν οὐκ ἐκ τῶν ἐνδυμάτων, ἀλλ' ἐξ ὧν εἰσι κατὰ ἀλήθειαν οἱ πρὸς ἡμᾶς ἐρχόμενοι, διαγινώσκεσθαι δεῖν αὐτοὺς ἐπιτάττει Χριστός· « Ἀπὸ γὰρ τοῦ καρποῦ, φησὶ, τὸ δένδρον γινώσκεται. » Ὥσπερ ἔστιν ἀμαθὲς τὸ ἐν ἀκάνθαις ζητεῖν τὰ τῶν ὡρίμων ἐξαίρετα. σταφυλήν τέ φημι καὶ σῦκον [alius cod. σύκα], οὕτω καταγέλαστον ἐννοεῖν ἐν ὑποκριταῖς καὶ βεβήλοις εὑρεῖν δύνασθαί τι τῶν τεθαυμασμένων, ἤγουν ἀρετῆς εὐγένειαν· τούτους καὶ τριβόλους καὶ βάτους φαίη τις ἄν. Παρὰ τοῖς τοιούτοις γλυκὺ μὲν οὐδὲν, πικρὰ δὲ πάντα καὶ δυσγενῆ· οὐ γὰρ ἐν ἀκάνθαις φύεται σῦκον, οὐδὲ ἐν βάτῳ τίκτεται σταφυλή· οὐκοῦν οὐκ ἀπό γε τῶν σχημάτων, ἀλλ' ἐξ αὐτῶν τῶν ἑκάστῳ βεβιωμένων, διαγνωστέον τὸν διδάσκαλον. Εἴρηται ταῦτα

[11] Jacob. III, 1. [12] Matth. V, 19 [13] Matth. VII, 5. [14] Deut. VIII, 2. [15] Matth. VII, 15. [16] Ed. Vulg. VII.

Digitized by Google

καὶ ἐν τῷ πέμπτῳ κεφαλαίῳ τοῦ κατὰ Ματθαῖον· A immundis aliosque mundare conantibus. Parabolice autem hos nominavit arbores, fructus vero opera eorum. Hortaturque insistere horum actibus, qui sunt fructus; non autem verbis, quæ folia sunt.

πλὴν ἐκεῖ μὲν περὶ τῶν πλάνων, ἐνταῦθα δὲ περὶ τῶν κεκαθαρμένων καὶ καθαιρόντων ἑτέρους, καὶ περὶ τῶν ἀκαθάρτων καὶ καθαίρειν ἄλλους πειρωμένων. Παραβολικῶς δὲ τούτους μὲν ὠνόμασε δένδρα, καρποὺς δὲ τὰς πράξεις αὐτῶν· καὶ παραινεῖ προσέχειν ταῖς πράξεσι τούτων, αἵ εἰσι καρπός, καὶ μὴ τοῖς λόγοις, οἵ εἰσι φύλλα.

*Ὁ ἀγαθὸς ἄνθρωπος ἐκ τοῦ ἀγαθοῦ θησαυροῦ τῆς καρδίας αὐτοῦ προφέρει τὸ ἀγαθόν.*

V. 45. *Bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bonum.*

(A f. 112) Ἀποδείξας ἐν τοῖς προλαβοῦσι, πόθεν ἂν διαγνωσθείη ὁ ἀγαθὸς καὶ ὁ πονηρός, ὅτι ἐπὶ τῶν ἔργων, ὡς τὸ δένδρον ἐκ τοῦ καρποῦ, νῦν καὶ δι' ἑτέρου σημείου τοῦτο κατασκευάζει. Ὁ μὲν γὰρ ἀγαθὸς, φησὶν, ὡς ἐξ ἀγαθοῦ θησαυροῦ τῆς καρδίας, πηγάζει τὰ ἀγαθά· ὁ δὲ μὴ οὕτως ἔχων, φαυλότητι B δὲ καὶ πονηρίᾳ κεκρατημένον ἔχων τὸν νοῦν, ἐνδύσει πάντως τὰ ἐν τῷ βάθει κεκρυμμένα· τὰ γὰρ εἰς νοῦν καὶ καρδίαν ἐπιπηδᾷ διὰ τοῦ πρὸς τὰ ἄνω τρέχοντος λόγου. Οὐκοῦν ὁ χρηστὸς τοὺς τρόπους τὰ αὐτῷ πρέποντα λαλεῖ· ὁ δὲ φαῦλός τε καὶ πονηρὸς τὴν ἐν τῷ βάθει κειμένην ἀκαθαρσίαν ἐρεύξεται.

Postquam in superioribus demonstravit undenam bonus a malo distinguatur, nempe ex operibus, sicut ex fructu arbor, nunc et alio indicio idem præstat. Nam bonus, inquit, homo de bono thesauro cordis sui bona profert; qui autem secus est, nequitia scilicet et improbitate occupatam mentem habens, effundet prorsus quæ intus celabat. Nam quæ mente et corde sunt reposita, ea per decurrentem exterius sermonem exsiliunt. Itaque bene moratus homo, congrua sibi loquitur; nequam vero et improbus jacentem intus impuritatem eructabit.

*Τί δέ με καλεῖτε, Κύριε, Κύριε;*

V. 46. *Cur autem vocatis me, Domine, Domine?*

Μόνῃ μέντοι πρέπει τῇ πάντων ἐπέκεινα καὶ ἀνωτάτω φύσει τὸ τῆς κυριότητος ὄνομά τε καὶ πράγματα· κρατεῖ γὰρ καὶ κατεξουσιάζει τῶν ὅλων· « Εἷς γὰρ Κύριος, μία πίστις, ἓν βάπτισμα. » Καὶ αὖθις· « Εἴπερ εἰσὶ θεοὶ πολλοὶ καὶ κύριοι πολλοὶ ἔν τε οὐρανῷ καὶ ἐπὶ γῆς, ἀλλ' ἡμῖν εἷς Θεὸς ὁ Πατὴρ, ἐξ οὗ τὰ πάντα· καὶ εἷς Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, δι' οὗ τὰ πάντα. » Μόνον οὖν εἰδότες τὸν φύσει τε καὶ ἀληθῶς Κύριον, τὸν συμβασιλεύοντα τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ Θεὸν Λόγον (1), οὕτως αὐτὸν ὀνομάζομεν· ἀλλὰ, « Τί δῆτα, φησὶ, καλεῖτε Κύριον, » οὐ ποιεῖτε δὲ ἃ λέγω; ἀληθὲς γὰρ τὸ δι' ἑνὸς τῶν ἁγίων προφητῶν εἰρημένον· « Εἰ Πατὴρ εἰμι ἐγὼ, ποῦ ἦν ἡ δόξα μου; Καὶ εἰ Κύριός εἰμι ἐγὼ, ποῦ ἐστιν ὁ φόβος; Υἱὸς δοξάζει πατέρα, καὶ δοῦλος τὸν κύριον αὐτοῦ, λέγει Κύριος παντοκράτωρ. » Ἐπισφαλὲς οὖν ἄρα καὶ τῆς ἐσχάτης ἄξιον δίκης, τὸ μὴ ὑποκεῖσθαι θέλειν τῷ τῶν ὅλων κρατοῦντι Χριστῷ. Κατίδῃ δ' ἄν τις ἐκ πολλῶν μὲν καὶ ἄλλων, κἀκ τῶνδε μέντοι· τὸν μὲν γὰρ γνήσιον οἰκέτην, ἐξαιρέτοις τιμαῖς στεφανούμενον, τὸν δὲ ἀπειθῆ καὶ ῥᾴθυμον, εἰς τὸ σκότος δραμόντα τὸ ἐξώτερον. Οἱ γὰρ λαβόντες τὰ τάλαντα, καὶ διπλασιάσαντες τῷ δεσπότῃ τὸ δοθὲν, ἐπαίνοις τετίμηνται· τόν γε μὴν εἰς γῆν καταχώσαντα τὸ δοθὲν ὡς ῥᾴθυμον, σκληρᾷ καὶ ἀφύκτῳ περιβέβληκε δίκῃ. Κἀκεῖνο δὲ, οἶμαι, τοῖς εἰρημένοις προσεπενεχθῆναι δεῖ. Ἐν γὰρ τῷ βούλεσθαι τοῖς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ὑποκεῖσθαι λόγοις, καὶ δουλεύειν αὐτῷ, τὸ τῆς ἐλευθερίας ἀξίωμα διὰ τῶν αὐτοῦ πάλιν νευμάτων κατα-πλουτήσομεν. Ἔφη γοῦν τοῖς πιστεύσασιν εἰς αὐτόν· « Ἐὰν ὑμεῖς μείνητε ἐν τῷ λόγῳ τῷ ἐμῷ, ἀληθῶς μαθηταί μού ἐστε, καὶ γνώσεσθε τὴν ἀλήθειαν· καὶ ἡ

Profecto uni congruit supremæ altissimæque naturæ, dominationis appellatio et actus: etenim rerum omnium dominatum tenet ac potentatum. « Unus enim Dominus, **205** una fides, unum baptisma [17]. » Et rursus: « Etsi multi dii sint dominique multi in cœlo ac terra, attamen nobis unus est Deus Pater, ex quo omnia; et unus Dominus Jesus Christus, per quem omnia [18]. » Unum itaque scientes naturæ sua vereque Dominum, cum Deo Patre regnantem Deum Verbum, sic illum nominamus. Sed enim, « Cur demum, inquit, vocatis me Dominum, » neque dicta mea exsequimini? Nam vere ab uno sanctorum prophetarum dictum fuit: « Si Pater ego, ubi est honor meus? Et si Dominus ego, ubi timor mei? filius patrem honorat, et servus dominum suum, ait Dominus omnipotens [19]. » Damnosum itaque, et extremo supplicio dignum, nolle omnium Domino Christo subjacere. Quam rem tum ex aliis argumentis cognoscere licet, tum etiam ex iis quæ dicemus. Nempe fidelem servum eximiis præmiis fuisse coronatum, contumacem vero et ignavum ad exteriores tenebras relegatum. Nam qui accepta talenta danti domino duplicaverunt, laudibus ornati fuere; at ignavum illum, qui datum talentum humi infodit dura et inexorabili sententia feriit. Illud quoque prædictis adjungendum puto. Nam si voluerimus Servatoris nostri dictis obtemperare, eique servire, libertatis dignitatem, secundum ipsius item nutum, adipiscemur. Dixit enim credentibus in eum: « Si vos manseritis in doctrina mea, vere discipuli mei estis, et veritatem cognoscetis: veritas autem vos liberabit [20]. » Ergo

[17] Ephes. IV, 5. [18] I Cor. VIII, 5, 6. [19] Malach. I, 6, 7. [20] Joan. VIII, 32.

(1) Adhuc observa Cyrillum de Christo Deo contra Arianos prædicantem. Merito enim Cyrillus ab Eulogio Alexandrino apud Photium cod. 230, p. 857 dicitur per antonomasiam ὁ φύλαξ τῆς ἀκριβείας, ὁ θεραπὼν τῆς ἀκριβείας ἐραστής· *accuratæ fidei custos fervidusque amator.*

Digitized by Google

libertatis donum obediendo lucramur. Talis est apud eum servitus. Hæc nos hæredes Dei facit, et ipsius Christi cohæredes. Quod ipse denuo testabitur dicens : « Omnis qui facit peccatum, servus est peccati [21]. » Servi haud est perpetua in dominica domo mansio ; filii contra perpetua. « Si ergo filius vos liberaverit, vere liberi estis [22]. » Si ergo Dominum appellamus Servatorem omnium Christum, **206** quæ ipse dixit exsequamur. « Non enim quivis, inquit, qui mihi dixerit, Domine, Domine, intrabit in regnum cœlorum, sed utique ille qui Patris mei cœlestis voluntati obediverit [23]. » Quænam vero futura sit utilitas mandatis obediendi, quodnam item inobedientiæ damnum, ipse docuit Servator dicens :

ἀλήθεια ἐλευθεροῖ ὑμᾶς. » Οὐκοῦν τῆς ἐλευθερίας τὴν δόσιν διὰ τῆς ὑπακοῆς κερδαίνομεν· τοῦτο δέ ἐστιν ἡ ὑπ' αὐτῷ δουλεία· τοῦτο καὶ υἱοὺς ἡμᾶς ἀποτελεῖ καὶ κληρονόμους Θεοῦ, καὶ συγκληρονόμους αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ. Καὶ αὐτός σε πάλιν πιστώσεται λέγων· « Πᾶς ὁ ποιῶν ἁμαρτίαν, δοῦλός ἐστιν τῆς ἁμαρτίας· » ὁ δοῦλος οὐ μένει ἐν τῇ οἰκίᾳ εἰς τὸν αἰῶνα, ὁ υἱὸς μένει εἰς τὸν αἰῶνα. « Ἐὰν οὖν ὁ υἱὸς ὑμᾶς ἐλευθερώσῃ, ὄντως ἐλεύθεροί ἐστε. » Οὐκοῦν εἰ Δεσπότην ὀνομάζομεν τὸν τῶν ὅλων Σωτῆρα Χριστὸν, ποιῶμεν ἃ λέγει· « Οὐ πᾶς γὰρ, φησὶν, ὁ λέγων μοι, Κύριε, Κύριε, εἰσελεύσεται εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, ἀλλ' ὁ ποιῶν τὸ θέλημα τοῦ Πατρός μου τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. » Ὁποία γε μὴν ἡ δύνησις ἐν τῷ βούλεσθαι τηρεῖν τὰ προστεταγμένα, τί δ' ἂν γένοιτο βλάβος ἐν τῷ μὴ ὑποτάττεσθαι θέλειν, αὐτὸς ἐδίδαξεν ὁ Σωτὴρ εἰπών·

V. 47, 48. *Omnis qui venit ad me, similis est homini ædificanti domum*, etc.

Homo obediens ac docilis, et qui non tam auditor legis est, quam auctor operum, firmissimam habebit in omni pulchro bonoque negotio stabilitatem, eritque similis domui bene stabilitæ, inconcussumque habenti fundamentum : adeo ut, etiamsi torrentis instar aut aquarum exundantiæ, tentationes incurrant, et cupiditatum nostrarum rabies, nihil infaustum experturus sit. Secus qui aures tantum Christi verbis præbet, nihil vero mente recondit, nec ullam præceptorum partem exsequitur, hic vicissim domui similis erit, quæ ad ruinam proxime vergit : pertrahetur enim quo non licet, impellente voluptate atque ad peccati foveas devehente. Oportet enim quotidiano exercitio nosmetipsos Dominicis in præceptis confirmare, ne tanquam aquarum violentia irruens voluptas, nutantia in nobis dogmata dissipet. Sed contrariis potius actibus inclarescat invicta virtus ; ut nequaquam casu, sed victoria celebres evadamus. Nam celebris fit casus illorum qui plurima doctrina pollebant, si quando magno culmine decidant. Miseros autem facit homines laborum negligentia, judiciique languor et instabilitas. Hi sunt stultis illis similes, qui in infirmæ sententiæ suæ arena, spiritalis ædificii fundamentum locaverunt ; quod paucæ tentationum guttæ, exiguusque torrens diabolicarum illusionum impingens, basem commovet et discindit, ita ut ne brevi quidem tempore adversus pluviam ventosque consistat.

*Πᾶς ὁ ἐρχόμενος πρός με, ὅμοιός ἐστιν ἀνθρώπῳ οἰκοδομοῦντι οἰκίαν*, κ. τ. λ.

(A f. 112 b, B f. 68 b) Ὁ γὰρ εὐπειθὴς καὶ εὐάγωγος, οὐκ ἀκροατὴς νόμου γενόμενος μᾶλλον, ἀλλὰ ποιητὴς ἔργων, ἑδραιοτάτην ἕξει τὴν στάσιν, τὴν ἐν παντὶ πράγματι καλῷ τε καὶ ἀγαθῷ· ἔσται δὲ οἰκία παραπλήσιος ἱδρυμένῃ καλῶς, καὶ ἀκατάσειστον ἐχούσῃ τὸν θεμέλιον· ὥστε κἂν χειμάῤῥου δίκην ἤτοι πλημμύρας ὕδατων προσβάλωσιν οἱ πειρασμοὶ, καὶ ἡ τῶν ἐν ἡμῖν παθῶν ἀγριότης, πείσεται τῶν ἀπευκτῶν οὐδέν. Ὁ δὲ μόνην ὑπέχων τὴν ἀκοὴν οἷς ἂν λέγοι Χριστὸς, ἀπόθετον δὲ εἰς νοῦν ἔχων οὐδὲν, οὔτε μὴν κατορθώσας τι τῶν κεκελευσμένων, ἔσται πάλιν οἰκίᾳ προσεοικὼς ἑτοιμοτάτῃ πρὸς πτῶσιν· κατενεχθήσεται γὰρ ἐφ' ἃ μὴ θέμις, κατερεθιζούσης ἡδονῆς, καὶ εἰς τοὺς τῆς ἁμαρτίας ἐκφερούσης βόθρους. — (B f. 68 b) Δεῖ γὰρ διὰ τῆς καθ' ἡμέραν ἀσκήσεως βεβαιοῦν ἑαυτοὺς τοῖς τοῦ Κυρίου παραγγέλμασιν, ἵνα μὴ καθάπερ βιαίων ὑδάτων προσβαλοῦσα ἡδονὴ, σαθρὰ τὰ ἐν ἡμῖν δόγματα διασκεδάσῃ· ἀλλ' ἐνευδοκιμήσῃ τοῖς ἐναντίοις πράγμασιν, ἀκατάλυτος οὖσα ἡ ἀρετή· καὶ μὴ τῷ πτώματι περιφανεῖς, ἀλλὰ τῇ νίκῃ γενώμεθα. Περιφανὲς γὰρ καὶ τὸ πτῶμα τῶν μεγάλα δεδιδαγμένων, ὅταν μεγάλων ἀποπίπτωσιν. Ἀθλίους δὲ ποιεῖ τοὺς ἀνθρώπους ἡ περὶ τοὺς πόνους ὀλιγωρία, καὶ τὸ τῆς κρίσεως σαθρὸν καὶ ἀβέβαιον· οὗτοί εἰσιν οἱ τοῖς μωροῖς ὁμοιωθέντες, οἱ ἐπὶ τῆς ψάμμου τῆς κατὰ τὴν γνώμην ἀβεβαιότητος, τὸν θεμέλιον τῆς πνευματικῆς τιθέντες οἰκοδομῆς, ὃν ὀλίγαι ψεκάδες πειρασμῶν, καὶ βραχὺς χειμάῤῥους τῶν τοῦ πονηροῦ προσπαιγμάτων ὑφελκύσας, τὴν ὑποβάθραν διέλυσέ τε καὶ διεσκόρπισε, μηδὲ ὀλίγον ἐπισχόντα πρὸς τὴν βροχὴν καὶ τὰ πνεύματα.

## 207 CAP. VII.

## ΚΕΦ. Ζ'. (1)

V. 9. *Ne in Israele quidem tantam fidem inveni.*

Sancto igitur Dei decreto, ab ejus familiaritate

*Οὐδὲ ἐν τῷ Ἰσραὴλ τοσαύτην πίστιν εὗρον.*

(A f. 114) Ὀσίᾳ δὴ οὖν ψήφῳ Θεοῦ τῆς μὲν πρὸς

[21] Joan. VIII, 34. [22] Ibid. 35. [23] Matth. VII, 21.

(1) Ad cap. VII, v. 4, hæc habentur in Latina Corderii catena. « Cyrillus. Considera autem, ut udæorum quidem seniores voluerint Jesum ad ipsam domum venire illius qui eum invocabat, quasi non aliter potuisset erigere decumbentem, nisi ad illum accessisset. Hic vero (centurio) credebat, quod etiam absens posset id præstare. »

Digitized by Google

αὐτὸν οἰκειότητος ἀπώλισθεν ὁ Ἰσραήλ· ἀντεισκέκληται δὲ καὶ προσελήφθη τὰ ἔθνη, ἑτοιμοτέραν ἔχοντα τὴν καρδίαν εἰς τὸ πιστεύειν εἰς αὐτόν. Καὶ πιστώσεται πάλιν ἡμᾶς τοῦτο λέγων ὁ θεσπέσιος Μελῳδὸς περὶ αὐτῶν· ποτὲ μέν· « ὅτι Τὴν ἑτοιμασίαν τῆς καρδίας αὐτῶν, προσέσχε τὸ οὖς σου· » ποτὲ δέ· « Ἐπληθύνθησαν αἱ ἀσθένειαι αὐτῶν, μετὰ ταῦτα ἐτάχυναν. » Εἰ γὰρ καὶ πολλαῖς ἁμαρτίαις ἦσαν βεβαρημένοι, ἀλλ' ὅμως ἐτάχυναν πρὸς παραδοχὴν τῶν Χριστοῦ παιδευμάτων. Περὶ δέ γε τοῦ Ἰσραὴλ προφητικός φησι λόγος· « Ἀπώσεται αὐτοὺς ὁ Θεὸς ὅτι οὐκ εἰσήκουσαν αὐτοῦ, καὶ ἔσονται πλανῆται ἐν τοῖς ἔθνεσιν.

A excidit Israel, cujus in locum vocati sunt et assumpti ethnici, utpote qui cor ad ei credendum paratius habebant. Rei item testis erit divinus Vates de ipsis dicens, modo quidem : « Quoniam præparationi cordis eorum attendit auris tua [24] ; » modo autem : « Multiplicatæ sunt infirmitates eorum, postea acceleraverunt [25]. » Quamvis enim peccatis multis erant gravati, nihilominus ad recipiendas Christi doctrinas festinaverunt. De Israele autem propheticus ait sermo : « Repellet illos Deus, quia ei non auscultaverunt, et erunt vagantes in gentibus [26]. »

*Ἐπορεύετο εἰς πόλιν καλουμένην Naΐν.*

(A f. 115 b) Ὅρα δὲ πῶς παραδόξοις συνείρει παράδοξα. Καὶ ἐκεῖ μὲν καλούμενος ἀπαντᾷ· ἐνταῦθα μὴ καλούμενος παραγίνεται· οὐδεὶς γὰρ αὐτὸν ἐκάλει ἐπὶ νεκροῦ ἀνάστασιν, ἀλλ' αὐτόκλητος ἐπὶ ταύτην ἀφικνεῖται. Οἰκονομικώτατα δέ μοι δοκεῖ, τῷ πρώτῳ συνάψαι καὶ τοῦτο· οὐδὲν γὰρ ἦν τὸ ἀπεικὸς ἐννοεῖν, ὡς ἐνστήσεταί τις ἔσθ' ὅτε τῇ τοῦ Σωτῆρος δόξῃ μαχόμενος, εἶτα λέγων· Τί τὸ θαῦμα ἐπί γε τῷ παιδὶ τοῦ ἑκατοντάρχου τετελεσμένον; Ἀρρωστος ἦν, οὐ πάντως; ἔμελλε τελευτᾷν· καὶ τοῦτο γέγραφεν ὁ εὐαγγελιστὴς, τὰ πρὸς χάριν μᾶλλον ἢ τὰ πρὸς ἀλήθειαν ἀφηγούμενος· ἵνα τοίνυν τὴν ἀκόλαστον τῶν τοιούτων ἀποφράξῃ γλῶσσαν, τεθνεῶτι τῷ νεανίσκῳ Χριστὸν ὑπαντῆσαί φησι, μονογενεῖ υἱῷ χήρας· ἐλεεινὸν τὸ πάθος καὶ θρῆνον κινῆσαι δυνάμενον, καὶ δακρύων ἀφορμάς· εἵπετο δὲ τῷ πάθει μεθύουσα καὶ παρειμένη λοιπὸν ἡ γυνὴ, καὶ πολλοὶ σὺν αὐτῇ.

B illic quidem vocatus occurrit ; hic autem non vocatus, adest : nemo enim ipsum ad mortuum resuscitandum vocaverat, sed sponte ad id negotium venit. Porro mihi videtur prudentissime priori miraculo hoc etiam alterum copulavisse. Namque incredibile non erat, consurrecturum aliquem Servatoris gloriæ adversarium, qui diceret : Quodnam, oro, in centurionis puero patratum fuit miraculum ? Infirmus erat, nullatenus tamen moriturus : scripsit ergo hoc evangelista, gratiæ potius quam veritati velificans. Ut ergo intemperantem ejusmodi hominum linguam cohiberet, mortuo adolescenti occurrisse Christum ait, filio viduæ unico. Miserabilis casus erat, et luctui commovendo, lacrymisque eliciendis idoneus. Sequebatur funus lymphata mœrore ac dolore resoluta mulier, multique cum ipsa.

*Προσελθὼν ἥψατο τῆς σοροῦ.*

(A f. 115 b) Διὰ τί δὲ οὐ λόγῳ μόνον ἐπλήρου τὸ θαῦμα, ἀλλὰ καὶ ἥψατο τῆς σοροῦ; Ἵνα γνοίης ὡς ἔστιν ἐνεργὲς πρὸς σωτηρίαν ἀνθρώπου τὸ ἅγιον σῶμα Χριστοῦ· σῶμα γάρ ἐστι ζωῆς, καὶ σὰρξ τοῦ πάντα ἰσχύοντος Λόγου καὶ τὴν αὐτοῦ πεφόρηκε δύναμιν. Ὥσπερ γὰρ σίδηρος ὁμιλήσας πυρὶ, τὰ πυρὸς ἐνεργεῖ, καὶ τὴν αὐτοῦ χρείαν πληροῖ, οὕτως, ἐπειδήπερ ἰδία γέγονε τοῦ Λόγου ἡ σὰρξ τοῦ τὰ πάντα ζωογονοῦντος, ταύτῃ τοι ζωοποιός τι καὶ αὐτὴ, καὶ θανάτου καὶ φθορᾶς ἀναιρετική· ζωοποιὸν γὰρ τὸ σῶμα Χριστοῦ εἶναι πιστεύομεν, ἐπείπερ ἐστὶ τοῦ ζῶντος Λόγου ναός τε καὶ ἐνδιαίτημα, πᾶσαν ἔχον αὐτοῦ τὴν ἐνέργειαν. Οὐκ ἠρκέσθη τοίνυν μόνῳ τῷ προστάξαι, καίτοι λόγῳ κατορθοῦν εἰθισμένος ὅσαπερ ἂν βούλοιτο, ἀλλ' ἐπετίθει τῇ σορῷ καὶ τὰς χεῖρας, δεικνὺς ὡς καὶ τὸ σῶμα αὐτοῦ τὴν ζωοποιὸν ἐνέργειαν ἔχει.

V. 14. *Accedens tetigit loculum.*

Cur haud solo sermone miraculum perfecit, sed loculum quoque tetigit ? Nempe **208** ut scires efficax esse ad hominis salutem sanctum Christi corpus. Est enim corpus vitæ, caro omnipotentis Verbi, quæ potentiam ejus portabat. Sicut enim ferrum igni admotum vim ignis exserit, ejusque vice fungitur ; sic posteaquam caro propria facta est vivificantis omnia Verbi, consequenter et ipsa est vivificans, mortisque et corruptionis destructiva. Nam revera vivificum Christi corpus esse credimus, quoniam viventis Verbi templum est et habitaculum, cunctam ejus efficaciam continens. Haud ergo satis Christo fuit jubere, quanquam verbis quidquid ei libuisset solebat efficere, sed manus quoque loculo imposuit, demonstrans scilicet suum etiam corpus vivifica potentia pollere.

*Ἔλαβε δὲ φόβος ἅπαντας, καὶ ἐδόξαζον τὸν Θεὸν*, κ. τ. λ.

V. 16. *Corripuit autem omnes timor, et magnificabant Deum*, etc.

(A f. 115 b, C f. 120 b) Μέγα καὶ τοῦτο παρά γε ἀναισθήτῳ καὶ ἀχαρίστῳ λαῷ· μικρὸν γὰρ ὕστερον οὐδὲ προφήτην οὐδὲ εἰς ἀγαθὸν τοῦ λαοῦ πεφηνότα νομίζουσιν αὐτόν· ἀλλὰ τὸν θανάτου καταλυτὴν θανάτῳ παραδίδωσιν· οὐκ εἰδότες ὅτι τότε δὴ, τότε κατέλυε θάνατον, ἡνίκα ἐφ' ἑαυτοῦ τὴν ἀνάστασιν ἐποιήσατο.

Magnum est hoc in stupido et ingrato populo ; qui paulo post neque prophetam neque ad gentis salutem natum judicavit ; sed mortis destructorem morti tradidit. Neque agnovit illum tum maxime mortem vicisse, cum resurrectionem suam peregit.

[24] Psal. x, 17, sec. Hebr. [25] Psal. xv, 4. [26] Osee ix, 17.

Digitized by Google

V. 17. *Exiit hic sermo in universam Judæam de eo.*

Neminem in tota Judæa latuit insperatum miraculum. Referunt autem hoc ipsi quoque sancto Baptistæ quidam de familiaribus ejus seu discipulis. Is autem duos ex universo numero delectos mittit ad Jesum, rogaturos eum, utrum ipse sit qui venturus est, an alium oporteat exspectari. Sane non ignorabat beatus Baptista incarnatum Patris Verbum : cave hoc arbitreris ; sciebat enim apprime hunc esse Christum venturum. Sed excogitavit perscitum quid et artificiosum, quod haud parum videbatur discipulis suis profuturum. Nam qui nondum Christum noverant, sive ejus virtutem, et excedens omnia culmen, tacite fortasse mordebantur, dum ille miracula ederet, et gestarum rerum eminentia Baptistam vinceret. Quare et accesserunt aliquando invidia et mœrore tabescentes, et cor judaico morbo haud immune gerentes, **209** ac beato aiebant Baptistæ : Magister, qui tecum erat trans Jordanem, cui tu testimonium præbuisti, ecce baptizat, et ad eum cuncti veniunt. Nolebant scilicet quemcunque alium exercere baptismum, et se contra Joannis honorem extollere. Cæterum hi edocti sunt ab eo de Christi gloria eminente et excessu incomparabili. Audierunt enim dicentem illum : « Testes vos estis me dixisse, quod non sum Christus, sed ante illum nuntius missus. Qui habet sponsam, sponsus est ; amicus autem sponsi, qui astans vocem ejus audit, gaudio effertur propter sponsi lætitiam. Hoc itaque gaudium meum metam attigit : illum oportet crescere, me autem minui [27]. » Neque idcirco dicimus eum aliqua sui parte imminutum. Sed modo aliquo id passus videtur beatus Baptista, dum Christi gloria semper cresceret, ipse autem beatus Joannes in humanæ conditionis modulo permaneret. Non enim fieri poterat ut aliquoversum ipse proficeret ; cum interim Christus naturaliter Deus, et ex Deo Patre ineffabiliter genitum Verbum, modo incarnatum, in virtutem sibi congruam semper progrediens, omnibus esset admirationi. Ideo Joannes ait : « Illum oportet crescere, me autem minui. » Nam cum aliquis semper progreditur, alius vero in eodem statu perseverat, hic quidem minui videtur. « Ἐκεῖνον δεῖ αὐξάνειν, ἐμὲ δὲ ἐλαττοῦσθαι. » Τοῦ γὰρ ἀεὶ προκόπτοντος, ὁ ἐν ταυτότητι μένων, ἐλαττοῦσθαι δοκεῖ.

Ut ergo ad firmam excitaret fidem, erga illum videlicet, nutantes adhuc et necdum convictos eum esse Christum, ignorantiam simulat. Deinde mittit ad ipsum qui interrogarent : « Tu es qui venis, an alium exspectamus [28] ? » Venturus autem quonam ? dicent fortasse aliqui. Nonnulli certe interpretes sic intelligere malunt : nempe, quia ab Herodis sævitia necem perlaturus Baptista erat, et quodammodo præcursurus Christo, et ad inferos prior descensurus, interrogat, aiunt, num is illuc etiam sit venturus, ad liberandum illos qui in tenebris et umbra

[27] Joan. III, 28-30. [28] Matth. XI, 3.

Ἐξῆλθεν ὁ λόγος οὗτος ἐν ὅλῃ τῇ Ἰουδαίᾳ περὶ αὐτοῦ

(A f. 116, B f. 70 b, C f. 120 b) Ἔλαθε τὸ παράδοξον τοῦ θαύματος οὐδένα τῶν ἐν ὅλῃ τῇ Ἰουδαίᾳ ἀπαγγέλλουσι δὲ τοῦτο καὶ αὐτῷ τῷ ἁγίῳ Βαπτιστῇ τῶν ἐπιτηδείων τινὲς ἤτοι τῶν μαθητῶν αὐτου ὁ δὲ δύο τινὰς ἀπολέξδην ἀποκρίνας τῶν ἄλλων, πέμπει πρὸς τὸν Ἰησοῦν, ἐρομένους αὐτὸν, εἰ αὐτός ἐστιν ὁ ἐρχόμενος, ἢ γοῦν ἕτερον προσδοκᾶσθαι χρή. Οὐκ ἠγνόησέ γε μὴν ὁ μακάριος Βαπτιστὴς τὸν ἐνανθρωπήσαντα τοῦ Πατρὸς Λόγον· μὴ τοῦτο ὑπολάβῃς· ᾔδει γὰρ καὶ μάλα σαφῶς, ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ ἐρχόμενος· εἰργάζετο δέ τι σοφὸν καὶ εὐμήχανον, καὶ ὅπερ ἦν εἰκὸς οὐ μετρίως ὀνήσειν τοὺς ὑπ' αὐτοῦ μαθητευομένους· οἱ μὲν γὰρ οὔπω Χριστὸν ἰδόντες, ἤτοι τὴν δύναμιν αὐτοῦ καὶ τὴν κατὰ πάντων ὑπεροχὴν, ῥῆμά πως καὶ ὑπεδέχνυντο, θαυματουργοῦντος αὐτοῦ καὶ ταῖς τῶν δρωμένων ὑπερβολαῖς νικῶντος τὸν Βαπτιστήν Καὶ δὲ προσῄεσάν ποτε, φθόνῳ τε καὶ λύπῃ κατατετηγμένοι, καὶ νοσημάτων Ἰουδαϊκῶν οὐκ ἀμοιροῦσαν ἔχοντες τὴν καρδίαν· ἔφασκόν τε τῷ μακαρίῳ Βαπτιστῇ· Ῥαββὶ, ὃς ἦν μετὰ σοῦ πέραν τοῦ Ἰορδάνου, ᾧ σὺ μεμαρτύρηκας, ἴδε οὗτος βαπτίζει, καὶ πάντες ἔρχονται πρὸς αὐτόν· οὐ γὰρ ἤθελον ἕτερόν τινα βαπτίζειν ὅλως, καὶ τῆς Ἰωάννου κατεπαίρεσθαι τιμῆς· ἐδιδάσκοντο δὲ παρ' αὐτοῦ τῆς Χριστοῦ δόξης τὸ ὑπερκείμενον, καὶ τὴν ἀπαράβλητον ὑπερβολήν. Ἤκουον γὰρ λέγοντος αὐτοῦ· « Αὐτοὶ ὑμεῖς μαρτυρεῖτε ὡς εἶπον· Ἐγὼ οὐκ εἰμὶ ὁ Χριστὸς, ἀλλ' ὅτι ἀπεσταλμένος εἰμὶ ἔμπροσθεν ἐκείνου. Ὁ ἔχων τὴν νύμφην, νυμφίος ἐστίν· ὁ δὲ φίλος τοῦ νυμφίου, ὁ ἑστηκὼς καὶ ἀκούων αὐτοῦ τῆς φωνῆς, χαρᾷ χαίρει διὰ τὴν χαρὰν τοῦ νυμφίου· αὕτη οὖν ἡ ἐμὴ χαρὰ πεπλήρωται· ἐκεῖνον δεῖ αὐξάνειν, ἐμὲ δὲ ἐλαττοῦσθαι. » Καὶ οὐ δήπου φαμὲν ὡς ἐλάττων ἑαυτοῦ γέγονε· κατά τι γοῦν ὅλως ὁ μακάριος Βαπτιστὴς, προσθήκην ἀεὶ δεχομένης τῆς δόξης τοῦ Χριστοῦ, παρά γε τοῖς πιστεύουσιν εἰς αὐτὸν, ἐπειδὴ δὲ ἐν τοῖς τῆς ἀνθρωπότητος μέτροις μεμένηκεν ὁ μακάριος Ἰωάννης. Οὐ γὰρ ἦν ἑτέρωσέ ποι προελθεῖν αὐτὸν δύνασθαί ποτε· Θεὸς δὲ ὢν φύσει, καὶ ἐκ Θεοῦ Πατρὸς ἀπορρήτως γεγεννημένος ὁ ἐνανθρωπήσας Λόγος, εἰς δύναμιν ἀεὶ τὴν αὐτῷ πρέπουσαν ἀναφοιτῶν, παρὰ πάντων ἐθαυμάζετο· ταύτῃ τοι φησί·

Ἵνα τοίνυν βεβαίαν ἐργάσηται πίστιν, εἰς αὐτὸν δηλονότι, τοῖς ἔτι ὀκλάζουσι καὶ οὔπω πεπληροφορημένοις ὡς αὐτὸς εἴη Χριστὸς, προσποιεῖται τὴν ἄγνοιαν· εἶτα πέμπει πρὸς αὐτὸν ἐρομένους καὶ λέγοντας· « Σὺ εἶ ὁ ἐρχόμενος, ἢ ἕτερον προσδοκῶμεν; » Ἐρχόμενος δὲ ποῦ; φαῖεν ἂν ἴσως τινές. Καὶ δοκεῖ μέν τισι τοιοῦτόν τι νοεῖν. Ἐπειδὴ γὰρ ἔμελλε, φησὶ, πρὸ τοῦ τιμίου σταυροῦ τὸν ἐκ τῆς Ἡρῴδου σκαιότητος θάνατον ὑπομένειν ὁ Βαπτιστὴς, προαποδημεῖν δὲ ὥσπερ Χριστοῦ, καὶ τῆς εἰς τὸν ᾅδην ἀφίξεως προβαδίζειν ὡς πρόδρομος, ἐρωτᾷ,

Digitized by Google

φησιν, εἰ αὐτὸς ἥξει κἀκεῖσε, λυτρωσάμενος τοὺς ἐν σκότῳ καὶ σκιᾷ θανάτου. Ἐκβλητος δὲ παντελῶς ἡ τοιάδε δόξα (1)· οὐδαμοῦ γὰρ εὑρήσομεν τὴν θεόπνευστον Γραφὴν ἀπαγγείλασαν, ὅτι καὶ τοῖς ἐν ᾅδῃ πνεύμασι προκατήγγειλε τοῦ Σωτῆρος τὴν ἄφιξιν ὁ μακάριος Βαπτιστής. Ἀληθὲς δὲ κἀκεῖνο εἰπεῖν· ὅλην γὰρ ἅπαξ οὐκ ἠγνοηκὼς τῆς μετὰ σαρκὸς οἰκονομίας τοῦ Μονογενοῦς τὴν δύναμιν, ᾔδει πάντως που ὑπὲρ τῶν ἄλλων, ὅτι καὶ τοὺς ἐν ᾅδῃ λυτρώσεται, καὶ αὐτοῖς ἐπιλάμψει χάριτι Θεοῦ ὑπὲρ παντὸς γενόμενος θανάτου, ἵνα, ὡς Παῦλός φησι, καὶ νεκρῶν καὶ ζώντων κυριεύσῃ. Τί οὖν ἄρα βούλεται νοεῖν, ἐρωτῶν καὶ λέγων· « Σὺ εἶ ὁ ἐρχόμενος, ἢ ἕτερον προσδοκῶμεν; » Ἔφην, ὅτι πλάττεται τὴν ἄγνοιαν οἰκονομικῶς, οὐχ ἵνα μάθοι μᾶλλον αὐτός· ᾔδει γὰρ ὡς πρόδρομος τὸ μυστήριον· ἀλλ' ἵνα πληροφορηθεῖεν οἱ αὐτοῦ μαθηταί, ὅση τις ἐστὶν ἡ τοῦ Σωτῆρος ὑπεροχή· καὶ ὅτι τῆς θεοπνεύστου Γραφῆς ὁ λόγος τὸν μὲν ὡς Θεὸν καὶ Κύριον ἥξοντα προμεμήνυκεν· οἱ δὲ ἄλλοι πάντες ἦσαν οἰκέται, προαπεσταλμένοι Δεσπότου, ἑτοιμάζοντες τὴν ὁδὸν Κυρίου, καθὰ γέγραπται. Ἐκλήθη τοίνυν διὰ τῶν προφητῶν *ὁ ἐρχόμενος*, ὁ τῶν ὅλων Σωτὴρ καὶ Κύριος. Ψάλλει γοῦν ὁ προφήτης Δαβὶδ, καί φησιν· « Εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου, τουτέστιν ἐν δόξῃ θεοπρεπεῖ, καὶ ἐν κυριότητι καὶ ὑπεροχῇ τῇ πάντων ἐπέκεινα. Καὶ τοῦτο πάλιν αὐτὸς καταμεμήνυκεν ἐφεξῆς, εἰπών· « Θεὸς Κύριος, καὶ ἐπέφανεν ἡμῖν. » Ἦλθε μὲν γὰρ Μωϋσῆς, καὶ μετ' αὐτὸν ἐστρατήγησε τῶν ἐξ Ἰσραὴλ Ἰησοῦς ὁ τοῦ Ναυῆ· καὶ καθεξῆς, οἱ μακάριοι προφῆται, καὶ οὐδεὶς ἐκείνων ἐν ὀνόματι Κυρίου τοῖς ἐπὶ γῆς ἐπιλάμψαι λέγεται. Θεὸς δὲ Κύριος ὢν φύσει καὶ ἀληθῶς ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ Λόγος, ἐπέφανεν ἡμῖν· οὕτως αὐτὸν ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ ὠνόμαζε, λέγων Ἀββακοὺμ τῷ προφήτῃ· « Ἔτι μικρὸν ὁ ἐρχόμενος ἥξει καὶ οὐ χρονιεῖ. » Ναὶ μὴν καὶ δι' ἑτέρου προφήτου πάλιν ὧδέ φησιν ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ Λόγος· « Χαῖρε καὶ εὐφραίνου, θύγατερ Σιών, ὅτι ἰδοὺ ἐγὼ ἔρχομαι, καὶ κατασκηνώσω ἐν μέσῳ σου, λέγει Κύριος· καὶ καταφεύξονται ἔθνη πολλὰ ἐπὶ τὸν Κύριον, ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ· καὶ ἔσομαι αὐτῶν Θεὸς, καὶ αὐτοὶ ἔσονταί μοι λαός. » Ὁ δὴ καὶ εἰς πέρας ἐκβεβηκὸς, δι' αὐτῶν ἔστιν ἰδεῖν τῶν πραγμάτων· οὐκοῦν ὡς ἔκ γε τῆς θεοπνεύστου Γραφῆς τὸ ὄνομα λαβὼν ὁ θεσπέσιος Βαπτιστὴς, ἐρομένους ἀπέστειλεν τῶν αὐτοῦ γνωρίμων τινὰς, εἰ αὐτός ἐστιν ὁ ἐρχόμενος.

*Ἐν αὐτῇ δὲ τῇ ὥρᾳ ἐθεράπευσε πολλούς.*

(A f. 116 b) Εἰδὼς τοίνυν ἅτε Θεὸς ὢν τὴν διάνοιαν, μεθ' ἧς αὐτοὺς ἔπεμψεν ὁ Ἰωάννης, καὶ τὴν οἰκονομίαν τοῦ πράγματος, καὶ τὴν αἰτίαν τῆς ἐκείνων ἀφίξεως, κατ' ἐκεῖνο δὴ μάλιστα τοῦ καιροῦ, πολλαπλασίως τῶν ἤδη γεγενημένων εἰργάζετο τὰς

A mortis jacebant. Atqui repudianda prorsus hæc sententia est. Nusquam **210** inspiratam Scripturam comperiemus narrantem, quod etiam detentis in inferno spiritibus prænuntiaverit Servatoris adventum beatus Baptista. Quanquam et illud vere dicatur, haud sane eum ignorasse omnem incarnati Unigeniti dispensatoriam vim, probeque præ cæteris novisse, Christum jacentes item apud inferos redempturum, atque illos splendore suo illustraturum; gratia nempe Dei factum morti prorsus superiorem, ut quemadmodum Paulus ait [29], mortuorum simul ac vivorum dominaretur. Quid ergo intelligit, dum interrogans dicit: « Tu es qui venis, an alium exspectamus? » Jam dixi inscitiam ab eo prudenter simulari, non ut ipse aliquid disceret, nam ut B præcursor mysterium noverat, sed ut suis persuaderetur discipulis quanta esset Servatoris eminentia: et quod inspiratæ Scripturæ sermo hunc quidem Deum ac Dominum venturum prædixit; cæteri vero omnes servi fuerint, principi præcedentes, Domino viam parantes, uti scriptum est Igitur a prophetis appellatus fuit *qui venit* universalis Servator ac Dominus. Quamobrem David propheta psallit: « Benedictus qui venit in nomine Domini [30], » id est cum gloria Deo digna, et dominatu ac sublimitate cunctos excedente. Idque denuo idem paulo inferius significavit dicens: « Deus Dominus, et illuxit nobis [31]. » Venit quidem Moyses, et post eum dux fuit Israelitarum Josue Navi filius. Exin beati prophetæ; nemoque horum in nomine Domini illuxisse terræ incolis dicitur. Dominus autem Deus C cum sit vere propriaque natura unigenitus Dei Verbum, nobis apparuit. Sic illum Deus Pater nominavit, dicens Habacuco prophetæ: « Paulo post veniens veniet, et non tardabit [32]. » Imo et per alium prophetam sic rursus dicit unigenitum Dei Verbum: « Gaude et lætare, filia **211** Sion; quia ecce ego venio, et in medio tui habitabo, dicit Dominus: multique populi ad Dominum confugient die illa: eroque illorum Deus, et ipsi erunt meus populus [33]. » Quod equidem ad exitum esse deductum, ex factis cognoscere possumus. Ergo veluti ex inspirata Scriptura sumpto hoc vocabulo divus Baptista, mittit de suis familiaribus qui interrogent, utrum ipse sit qui D venit.

V. 21. *In ipsa autem hora multos curavit.*

Cognoscens itaque, utpote Deus, qua mente misisset eos Joannes, reique rationem, et adventus illorum causam; namque illo potissimum tempore longe plura prioribus patrarat miracula, multosque sanaverat; haud equidem ut Joannem doceret, cur enim

[29] Rom. xiv, 9. [30] Psal. cxvii, 26. [31] ibid. 27. [32] Habac. ii, 3. [33] Zachar. ii, 10.

(1) Vidimus in *Spicilegio Rom.* t. IX, p. 685, seqq. hanc modo repudiatam a Cyrillo sententiam de Joanne prædicatore apud inferos adfutari mox Christi, non contemnendam visam esse antiquis patribus Origeni, Hippolyto, nec non Eusebio Alexandrino, qui de illa sermones scripsit.

Digitized by Google

jam persuasum urgeret? sed ut præsentes hos et adhuc dubitantes firmaret. Illi ergo cum hærentis ei magnificentiæ spectatores oculati fuissent, multamque animo hausissent virtutis et potentiæ admirationem, tandem interrogant, Joannis veluti verbis dicentes, num ipse esset qui venit? Hoc loco observa, quæso, egregiam Servatoris prudentiam. Non enim diserte dixit, Ego sum; sed illos potius ad gestarum rerum suasoria argumenta amandat, ut idoneo modo fidem erga se contrahentes, ad eum qui ipsos miserat reverterentur: quamobrem haud verbis sed mittentis menti respondit. Euntes enim, inquit, renuntiate Joanni quæ a prophetis quidem audistis, per me autem peracta vidistis. Illa enim consulto hoc maxime tempore operabatur, quæ ab eo actum iri, cum ad nos veniret, prophetæ nuntiaverant. Quænam vero hæc? cæcorum medela, leprosorum mundatio, surdis reddita auditio, mortuorum suscitatio, et reliqua. Quibus addit Deo dignam clausulam: « Et beatus qui non fuerit scandalizatus in me. » Quid enim aliud his verbis demonstrare **212** voluit, nisi palpebras suas, ut ait divus David [34], scrutari filios hominum; et quæ ipsi in cordibus suis versant, nequaquam oculos ejus fugere? Ipsi enim palam scandalizati fuerant.

Θεοσημείας, καὶ πολλοὺς ἐθεράπευσεν· οὐκ ἐκεῖνο διδάσκων, πῶς γὰρ τὸν πεπεισμένον; ἀλλὰ τούτους τοὺς ἀμφιβάλλοντας. Γεγονότες οὖν ἄρα τῆς ἐνούσης μεγαλοπρεπείας ἐπόπται καὶ θεωροὶ, καὶ πολὺ τὸ θαῦμα τῆς ἐνούσης αὐτῷ δυνάμεώς τε καὶ ἐνεργείας ἐν ἑαυτοῖς συλλέξαντες, προσάγουσι τὴν ἐρώτησιν, ὡς ἐξ Ἰωάννου λέγοντες, Εἰ αὐτός ἐστιν ὁ ἐρχόμενος; Ἐνταῦθά μοι βλέπε τῆς τοῦ Σωτῆρος οἰκονομίας τὸ εὐτεχνές· οὐ γὰρ ἁπλῶς ἔφη τὸ, Ἐγώ εἰμι, ἀλλ' ἀποφέρει μᾶλλον αὐτοὺς εἰς τὴν δι' αὐτῶν τῶν πραγμάτων πληροφορίαν, ἵνα εὐαφόρμως τὴν εἰς αὐτὸν πίστιν παραδεξάμενοι, ὑπονοστήσωσι πρὸς τὸν ἀποστείλαντα αὐτούς· ὅθεν οὐδὲ πρὸς τὰ ῥήματα, ἀλλὰ πρὸς τὴν γνώμην τοῦ πέμψαντος ἀπεκρίνατο. Πορευθέντες γὰρ, φησὶ, ἀπαγγείλατε Ἰωάννῃ ἅπερ ἠκούσατε μὲν διὰ τῶν προφητῶν, εἴδετε δὲ πληρωθέντα δι' ἐμοῦ. Ἐκεῖνα γὰρ οἰκονομικῶς εἰργάζετο κατ' ἐκεῖνο μάλιστα καιροῦ, ἅπερ αὐτὸν ἐπιτελέσειν, ὅταν ἥκοι πρὸς ἡμᾶς, οἱ προφῆται διῄγγειλον. Τίνα δὲ ταῦτα; Τυφλῶν διόρθωσις, λεπρῶν κάθαρσις, κωφῶν ἀκοὴ, νεκρῶν ἔγερσις, καὶ τὰ ἑξῆς· ἐφ' οἷς ἐπάγει θεοπρεπῶς· « Καὶ μακάριός ἐστιν ὃς ἐὰν μὴ σκανδαλισθῇ ἐν ἐμοί (1). » Τί τοῦτο λέγων, ἢ δεῖξαι βουλόμενος, ὡς καὶ αὐτοῦ τὰ βλέφαρα, ἅ φησιν ὁ θεῖος Δαβὶδ, ἐξετάζει τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων, καὶ τὰ ἐν καρδίᾳ αὐτοῖς στρεφόμενα τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐκείνου διέφυγεν οὐδαμῶς; αὐτοὶ γὰρ ἄντικρυς οἱ σκανδαλιζόμενοι.

V. 24. *Cœpit de Joanne dicere ad turbas.*

Rursus enim in his observa quam prudenter Servator se gesserit. Grandem ac prolixum de sancto Baptista sermonem commovit: sed enim illam, unde is credibiliter lædi poterat, definitionem muneris vitat: dicens autem plus esse illum quam prophetam, admirabilem jam amabilemque audientibus demonstrat. Deinde postquam ipsum ceu exsistentis virtutis imaginem, inter filios mulierum præstantissimam, proposuerat, majus aliud bonum ex adverso ponit, hominem videlicet qui nuper (cœlorum) regno fuerit initiatus, et in filium Dei per Spiritum regeneratus. Etenim cœlorum regnum, Spiritus impertitionem esse dicimus, juxta illud: « Regnum cœlorum intra vos est [35]. » Major est ergo quolibet mulieris nato, is qui Spiritus regeneratione honoratus fuerit. Illi enim adhuc vocantur carnis filii, hi autem patrem suum dicunt omnium Deum; neque jam mulierum sunt nati, ut Joannes et qui ante ipsum, sed ex Deo geniti, et divinæ consortes facti

Ἤρξατο λέγειν πρὸς τοὺς ὄχλους περὶ Ἰωάννου.

(A. f. 118) Ὅρα δὲ πάλιν ἐν τούτοις ὅσην ἐποιήσατο τὴν οἰκονομίαν ὁ Σωτήρ. Πολὺς αὐτῷ καὶ μακρὸς περὶ τοῦ ἁγίου Βαπτιστοῦ κεκίνηται λόγος· τὴν μὲν γὰρ, ὅθεν ἦν εἰκὸς ἀδικηθήσεσθαί πως αὐτὸν, ἀπεκρούσατο δόξαν· προφήτου δέ τι πλέον ἔχειν εἰπὼν, ἀξιοθαύμαστον ἤδη καὶ ἀξιέραστον τοῖς ἀκροωμένοις ἐδείκνυεν. Εἶτα εἰκόνα ὥσπερ αὐτὸν ἀναθεὶς τῆς ἐνούσης ἀρετῆς, ἐν γεννητοῖς γυναικῶν ἔχουσαν τὸ ἀκρότατον, ἀντιπαρατίθησι τὸ μειζόνως ἀγαθὸν, τὸν ἄρτι τῆς βασιλείας ἀψάμενον, καὶ εἰς Υἱὸν ἀναγεννηθέντα Θεοῦ διὰ τοῦ Πνεύματος· βασιλείαν γὰρ οὐρανῶν τὴν τοῦ Πνεύματος δόσιν εἶναί φαμεν, κατὰ τό· « Ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ἐντὸς ὑμῶν ἐστι. » Μείζων οὖν ἄρα παντὸς γεννητοῦ γυναικὸς, ὁ τῇ τοῦ Πνεύματος ἀναγεννήσει τετιμημένος· οἱ γὰρ ἔτι τέκνα καλοῦνται σαρκὸς, οἱ δὲ πατέρα τὸν τῶν ὅλων Θεὸν ἐπιγράφονται, οὐκέτι χρηματίζοντες γεννητοὶ γυναικῶν, ὡς Ἰωάννης καὶ οἱ πρὸ αὐτοῦ, ἀλλ' ἐκ Θεοῦ γεννη-

[34] Psal. x, 5. [35] Luc. xvii, 21.

(1) Divus Thomas in catena hoc loco ita habet. « Cyrillus. Conjecit Dominus tanquam hominum secreta cognoscens, aliquos dicturos: Si usque hodie ignorat Joannes Jesum, qualiter eum ostendebat nobis dicens: « Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi? » Ut igitur sanaret hanc passionem quæ eis acciderat, damnum quod ex scandalo procedebat, exclusit. Unde dicitur: « Et cum discessissent nuntii Joannis, cœpit dicere ad turbas, » etc. Paulo post sequitur ibidem alius Cyrilli locus, sed parum felici translationis genere obscuratus. « Cyrillus. Qualiter ergo tanta sedulitas religionis, ut carnales passiones subjiceret, ad tantam ignorantiam deveniret, nisi ex mentis levitate, quam non asperitates sed illecebræ mundanæ delectant? Igitur si velut non colentem deliciosa Joannem imitamini, date ei robur continentiæ competens; si vero nihil amplius debetur honestæ conversationi, quid, omissa reverentia delicatorum, incolam deserti, vileque tegumen, et camelorum vellus miramini? » Et mox denuo. Cyrillus. Sed forte inconveniens est circa hoc excusare Joannem; fatemini enim cum imitabilem esse; unde subdit: « Sed quid existis videre? » etc.

Digitized by Google

θέντες, καὶ θείας κοινωνοὶ γενόμενοι φύσεως. Οὐκοῦν κἂν ἐλάττονες ὦμεν τῶν τὴν ἐν νόμῳ δικαιοσύνην κατωρθωκότων, κατά γε τὴν τῆς ζωῆς ἁγιότητά φημι, ἀλλ' ἐν μείζοσι γεγόναμεν διὰ Χριστόν. Μεμνῆσθαι δὲ ἀναγκαῖον, ὅτι καίτοι τοιοῦτος ὑπάρχων εἰς ἀρετὴν ὁ Βαπτιστής, ὁμολογεῖ σαφῶς ἐν χρείᾳ καθεστηκέναι τοῦ ἁγίου βαπτίσματος· « Ἐγὼ γάρ, φησὶ, χρείαν ἔχω ὑπὸ σοῦ βαπτισθῆναι. » Οὐκ ἂν δὲ ἐδεήθη, εἰ μή τι πλέον ἦν ἐν αὐτῷ, καὶ τῆς ἐν νόμῳ δικαιοσύνης ὑπερκείμενον. Κἀκεῖνο δὲ τὸ, ἐκ τῶν Ἰωάννου ἡμερῶν τὴν τῶν οὐρανῶν βασιλείαν ἁρπάζεσθαι, οὐκ εἴρηται ὡς οὐδενὸς πρὸ αὐτοῦ ταύτην ἁρπάσαντος. Ποῖ γάρ ποτε τῶν προφητῶν ἡ ἐλπὶς οἰχήσεται; τί δὲ ὁ τοσοῦτος τῶν ἁγίων πράξει χορὸς, εἴπερ ἔξω τῆς τῶν οὐρανῶν βασιλείας κείσεται; Ἀλλ' ὅτι κατὰ τὸν Ἰωάννου καιρὸν, καὶ λοιπὸν ἐφεξῆς, ἡ τοῦ Πνεύματος δόσις, καὶ ἡ διὰ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος εἰς Θεὸν ἀναγέννησις, διὰ πίστεως ἁρπάζεται.

A naturæ [36]. Itaque etiamsi forte minores simus illis qui sub lege justi fuerunt, quod attinet, inquam, ad vitæ sanctitatem, attamen per Christum majore gradu sumus. Illud quoque necessario meminerimus, quod quamvis tanta esset Baptista virtute ornatus, nihilo tamen minus palam confitetur, sancto se baptismate indigere : « Ego enim, inquit, a te debeo baptizari [37]. » Non **213** autem debuisset, nisi in illo majus aliquid fuisset, et justitiam legis transcendens. Jam et illud, a diebus Joannis cœlorum regnum rapi, non ideo dicitur quasi nemo ante illum id rapuerit. Alioqui, quonam prophetarum spes abiisset? quid ageret tantus sanctorum chorus, si extra regnum cœlorum versaretur? Sed ideo id dictum est, quia Joannis tempore, et deinceps, Spiritus gratia, et per sanctum baptismum in Deo regeneratio, fidei merito rapitur.

*Ἀλλὰ τί ἐξεληλύθατε ἰδεῖν;* κ. τ. λ.

(B f. 71 b). Μὴ σχῆμα ἔχει περίβλεπτον; μὴ βασιλικὸν ἀξίωμα; μὴ βασιλικὰς εἶχεν ἐντολάς; καὶ γράμματα, καὶ δόγματα, καὶ νόμους ἐπεφέρετο βασιλικούς; μὴ λαμπρὸς ἦν κατὰ τὸ φαινόμενον; Οὐχὶ τρίχινον ἱμάτιον ἐφόρει; οὐκ αὐτοσχέδιον εἶχε τροφήν; Μή τι τοιοῦτον προετρέψατο ὑμᾶς ἐκεῖ ἀπελθεῖν; Εἰ δὲ ὡς εἰς προφήτην χρησίμως ἐξήλθετε, καὶ λέγω ὑμῖν καὶ περισσότερον προφήτου. Ὁ μὲν γὰρ προφήτης προλέγει μόνον, οὗτος δὲ οὐ μόνον ἥξοντα προμεμήνυκεν, ἀλλὰ καὶ ὑπέδειξεν, εἰπών· « Ἴδε ὁ Ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου (1). » Ἄγγελον δὲ τὸν Ἰωάννην καλεῖ, οὐχ ὅτι ἦν ἄγγελος, ἄνθρωπος γὰρ ἦν τὴν φύσιν, ἀλλ' ὅτι ἀγγέλου ἔργον ἐποίησεν, ἀγγέλλων τοῦ Χριστοῦ τὴν παρουσίαν. Εἶτα τὸ, « περισσότερον προφήτου, » παρατιθέμενος, τὸ, « Ἰδοὺ ἐγὼ ἀποστέλλω τὸν ἄγγελόν μου ἔμπροσθέν σου, » διηγεῖται. Μείζων γὰρ προφήτου ὁ μαρτυρούμενος ὑπὸ Θεοῦ, ὅτι ἄγγελος αὐτοῦ ὢν, ἀποστέλλεται πρὸ προσώπου τοῦ Χριστοῦ, κατασκευάσων τὴν ὁδὸν αὐτοῦ. Μαρτυρία γὰρ μεγάλη περὶ Ἰωάννου, « καὶ περισσότερον προφήτου. » Ὅτι προφητευομένου τοῦ Χριστοῦ ἐλεύσεσθαι, καὶ οὗτος συμπροεφητεύθη αὐτῷ, ὡς προελευσόμενος αὐτοῦ ὁ ἄγγελος.

V. 25. *Sed quid existis videre?* etc.

Num vestem habebat spectabilem? num regalem dignitatem? num regia mandata habebat? num denique litteras, edicta, leges, regis instar promulgabat? num externa splendidus erat specie? Nonne potius cilicium gestabat? nonne fortuito cibo utebatur? Num hujusmodi aliquid suasit vobis ut ad illum pergeretis? Quod si veluti ad prophetam opportune ivistis, utique aio hunc esse plus quam prophetam. Nam propheta prædicit tantummodo, hic autem non eventura solum portendit, sed et demonstravit, dicens : « Ecce Agnus Dei, qui tollit peccatum mundi [38]. » Angelum autem appellat Joannem, non quod angelus esset, erat enim natura homo, sed quia angeli fungebatur munere, Christi nuntians præsentiam. Deinde verbis « plus quam propheta » dictum illud explanat, « Ecce ego mitto angelum meum ante te [38*]. » Major enim quam propheta est is quem Deus testatur tanquam angelum suum mitti ante faciem Christi, viam ejus paraturum. Certe magnum de Joanne testimonium verba sunt « plus quam propheta. » Quia nempe edito de venturo Christo vaticinio, de Joanne simul prædictum est, fore ut ei præcedat tanquam angelus.

*Μείζων ἐν γεννητοῖς γυναικῶν προφήτης Ἰωάννου τοῦ βαπτιστοῦ οὐδείς ἐστιν.*

(B f. 72). Ὁ μὲν γὰρ μακάριος Ἰωάννης, ὁμοῦ τοῖς ἄλλοις ὅσοι πρὸ αὐτοῦ γεγόνασιν, γεννητός ἐστι γυναικός· οἱ δὲ τὴν πίστιν προσηκάμενοι, οὐκέτι γεννητοὶ γυναικῶν, ἀλλ' υἱοὶ Θεοῦ χρηματίζουσι· « Ὅσοι γάρ, φησὶν, ἔλαβον αὐτὸν, ἔδωκεν αὐτοῖς ἐξουσίαν τέκνα Θεοῦ γενέσθαι· οἱ οὐκ ἐξ αἱμάτων, ἀλλ' ἐκ Θεοῦ ἐγεννήθησαν. » Καὶ ὁ Παῦλος· « Ὅτι δέ ἐστε υἱοὶ, ἐξαπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸ Πνεῦμα τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ

V. 28. *Major inter natos mulierum propheta Joanne Baptista nemo est.*

Beatus quidem Joannes, sicut omnes **214** qui ante eum exstiterunt, natus de muliere est. At ii qui fidem receperunt, haud jam filii mulierum, sed Dei sunt. « Quotquot enim eum receperunt, dedit eis potestatem filios Dei fieri, qui non ex sanguinibus, sed ex Deo nati sunt [39]. » Et Paulus : « Quoniam autem estis filii, misit Deus Spiritum Filii sui in corda vestra clamantem : Abba, Pater [40]. » Cum

[36] II Petr. I, 4. [37] Matth. III, 14. [38] Joan. I, 29. [38*] Malach. III, 1. [39] Joan. I, 12. [40] Galat. IV, 6.

(1) Hic fere inserendum quod est apud D. Thomam in catena : « Cyrillus. Cum igitur et a loco, et a vestibus, et ex concursu hominum morem ejus descripserit, introducit prophetæ testimonium dicens : Hic est de quo scriptum est, Ecce mitto angelum meum. »



Digitized by Google

enim revixit Christus, spoliatis inferis, tunc credentibus in se adoptionis in filios Spiritum dedit, atque ante omnes discipulis suis. « Insufflavit enim in eos, dicens : Accipite Spiritum sanctum : quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, » et reliqua [41]. Nam quia omnino facti sunt divinæ consortes naturæ [42], Dominico et universaliter potestativo Spiritu accepto, ideo congrua Deo dignitas eisdem collata fuit, remittendi, inquam, peccata quorum voluerint, aliorum vero retinendi. Quod vero ante hunc ejus adventum nondum esset apud homines adoptionis in filios Spiritus, sapientissimus demonstrat evangelista Joannes, dicens : « Nondum enim erat Spiritus sanctus datus, quia Jesus nondum erat glorificatus [43] ; » quo loco gloriam dicit resurrectionem a mortuis, et in cœlos reditum. Illuc enim redux unigenitum Dei Verbum misit ad nos pro se Paracletum, atque in nobis per eum manet. Quod nos docuit, dicens : « Nisi ego abiero, Paracletus non veniet ad vos [44]. » Superest ergo, ut etiamsi forte minorem haberemus justitiam quam ii qui in lege justi fuerunt, de vitæ, inquam, honestate loquor, in majoribus inter filios mulierum sumus propter Christum.

A ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν κράζον, Ἀββᾶ, ὁ Πατήρ. » Ὅτε γὰρ ἀνεβίω Χριστὸς σκυλεύσας τὸν ᾅδην, τότε τοῖς πιστεύσασιν εἰς αὐτὸν τὸ τῆς υἱοθεσίας δέδωκε Πνεῦμα, καὶ πρό γε τῶν ἄλλων τοῖς οἰκείοις μαθηταῖς· « Ἐνεφύσησε γὰρ αὐτοῖς, λέγων· Λάβετε Πνεῦμα ἅγιον· ἄν τινων ἀφῆτε τὰς ἁμαρτίας, ἀφίενται αὐτοῖς, » καὶ τὰ ἑξῆς. Ἐπειδὴ γὰρ ὅλως γεγόνασι θείας κοινωνοὶ φύσεως, τὸ Δεσποτικὸν καὶ κατεξουσιάζον τῶν ὅλων πλουτήσαντες Πνεῦμα, ταύτῃ τοι καὶ θεοπρεπὲς ἀξίωμα περιτέθεικεν αὐτοῖς, τὸ ἀφιέναι φημὶ τὰς ἁμαρτίας ὧν ἂν βούλωνται, κρατεῖν δὲ καὶ τὰς ἑτέρων (1). Ὅτι δὲ πρὸ τῆς ἀναφοιτήσεως οὐκ ἦν ἐν ἀνθρώποις τῆς υἱοθεσίας τὸ Πνεῦμα, ὁ πάνσοφος εὐαγγελιστὴς Ἰωάννης δηλοῖ, λέγων· « Οὐδέπω γὰρ ἦν Πνεῦμα ἅγιον, ὅτι Ἰησοῦς οὐδέπω ἐδοξάσθη· » B δόξαν, τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν, καὶ τὴν εἰς οὐρανὸν ἄνοδον λέγων. Ἐκεῖ γὰρ ἀναφοιτήσας ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ Λόγος ἔπεμψεν ἡμῖν ἀνθ' ἑαυτοῦ τὸν Παράκλητον, καὶ ἐν ἡμῖν ἐστι δι' αὐτοῦ· καὶ τοῦτο ἡμᾶς ἐδίδαξεν, εἰπών· « Ἐὰν μὴ ἀπέλθω, ὁ Παράκλητος οὐκ ἐλεύσεται πρὸς ὑμᾶς. » Λοιπὸν οὖν κἂν ἐλάττους ὦμεν τῶν τὴν ἐν νόμῳ δικαιοσύνην ἐχόντων, κατά γε τὴν τῆς ζωῆς ἀστειότητά φημι, ἀλλ' ἐν μείζοσι γεννητῶν γυναικὸς διὰ Χριστόν.

V. 32. *Similes sunt pueris sedentibus in foro.*

Erat fortasse ludi quoddam genus apud Judæorum pueros ita se habentis : Duas in partes puerorum multitudo discriminabatur, quorum alii mundi hujus ridebant tumultum, et insanum rerum cursum ; alii terribilem præcipitemque in contrarium versam vicem ; et pars quidem tibiis canebant, **215** pars lugebant : sed neque canentibus ac lætantibus, hi qui lugebant delectabantur ; neque vicissim lugentibus, hi qui tibias tenebant se conformabant. Deinde invicem quodammodo imputabant immisericordem animum atque incompositum. Hujuscemodi aliquid contigisse Judæorum populo ac ejus principibus, Servator affirmabat. Venerant enim prophetæ tristia futura prædicentes, et luctu digna. Mox post illos venit Christus atque apostoli, tibiæ instar, prædicationem regni occinentes, et pœnitentiæ gratiam. Sed præduro corde Judæi non solum non gemuerunt auditis prioribus, sed ne coram quidem posterioribus saltaverunt, nullum scilicet virtutis actum expromentes.

*Ὅμοιοί εἰσι παιδίοις τοῖς ἐν ἀγορᾷ καθημένοις.*

(A f. 118 b, B f. 73, C f. 121 b). Ἦν τάχα που παιγνίου τις τρόπος παρὰ τῶν Ἰουδαίων παισὶν οὕτω ἔχων· Εἰς μέρη δύο πληθὺς παιδίων ἐτέμνετο, ἃ καὶ τὴν τοῦ βίου γελῶντα τύρβην καὶ τῶν ἐν αὐτῷ C πραγμάτων τὸ ἀνώμαλον, καὶ τῶν ἑτέρων τὴν εἰς ἕτερα δεινὴν καὶ ἀθρόαν μεταβολὴν, τὰ μὲν ηὔλουν, τὰ δὲ ἐθρήνουν· ἀλλ' οὔτε τοῖς αὐλοῦσι καὶ χαίρουσιν οἱ θρηνοῦντες συνήδοντο, οὔτε μὴν τοῖς κλαίουσιν οἱ τὸν αὐλὸν ἔχοντες, συνεπλάττοντο. Εἶτα ἀλλήλοι ; ἐνεκάλουν τρόπον τινὰ τὸ ἀσυμπαθὲς ἦγουν ἀδιάθετον. Τοιοῦτόν τι πεπονθέναι τοὺς τῶν Ἰουδαίων δήμους ὁμοῦ τοῖς προεστηκόσιν, ἰσχυρίζετο Χριστός. (B f. 73) Ἦλθον γὰρ οἱ προφῆται τὰ ἐσόμενα προαναφωνοῦντες σκυθρωπὰ, καὶ πρὸς θρῆνον διεγερτικά· εἶτα μετ' ἐκείνους ἐλήλυθεν ὁ Χριστὸς, καὶ οἱ ἀπόστολοι αὐλοῦ δίκην ἐξηχοῦντες τὸ τῆς βασιλείας κήρυγμα, καὶ τὴν χάριν τῆς μετανοίας. Ἀλλ' οἱ σκληροκάρδιοι Ἰουδαῖοι οὐ μόνον οὐκ ἐκόψαντο ἐπὶ τοῖς προτέροις, ἀλλ' οὐδὲ ὠρχήσαντο ἐπὶ τοῖς δευτέροις, D μηδὲν ἔργον ἀρετῆς διαπραξάμενοι.

V. 33. *Venit enim Joannes Baptista, neque manducans panem, neque bibens vinum.*

Quanam demum ratione pertraheris ad fidem, Pharisæe insipiens, qui omnia indiscrete vituperas, nihilque laude dignum existimas ? Anteivit Servatori beatus Baptista, « Pœnitentiam agite, » dicens ; « appropinquavit enim regnum cœlorum [45]. » Profecto is erat persuadendo idoneus, qui in tam splendido et admirando vitæ genere testimonium præ-

*Ἐλήλυθε γὰρ Ἰωάννης ὁ Βαπτιστὴς, μήτε ἄρτον ἐσθίων μήτε οἶνον πίνων.*

(A f. 118 b, B f. 73). Διὰ ποίου πράγματος σαγηνευθήσῃ πρὸς πίστιν, ἀσύνετε Φαρισαῖε, πάντα διασύρων ἀδιακρίτως, καὶ οὐδὲν ἀξιῶν ἐπαινεῖν ; Προεβάδισε τοῦ Σωτῆρος ὁ μακάριος Βαπτιστὴς, « Μετανοεῖτε, » λέγων, « ἤγγικε γὰρ ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν. » Ἀξιόχρεως ἦν εἰς τὸ δύνασθαι πείθειν, καὶ ἐξ αὐτῆς τῆς οὕτω λαμπρᾶς καὶ ἀξιαγάστου

[41] Joan. xx, 22. [42] II Petr. i, 4. [43] Joan. vii, 39. [44] Joan. xvi, 7. [45] Matth. iii, 2.

(1) Ex pœnitentiæ sacramentum sacerdotibus commissum a Christo per sanctum Spiritum.

Digitized by Google

ζωῆς μαρτυρούμενος· εἶτα κακίζειν τὸν τοιοῦτον ἀποτολμᾷς, ὃς ἔδει μᾶλλον τοῦ παντὸς ἀξιοῦσθαι θαύματος; Δαιμονᾷν ἔφης τὸν κατανεκροῦντα ταῖς ἀσιτίαις τῆς ἁμαρτίας τὸν νόμον, τὸν φωλεύοντα τοῖς μέλεσι τῆς σαρκὸς, καὶ ἀντιστρατευόμενον τῷ νόμῳ τοῦ νοὸς ἡμῶν; Ὁδὸς ἦν ὁ μακάριος Βαπτιστὴς τῆς εἰς Χριστὸν εὐσεβείας. Ἴδωμεν δὲ καὶ τὸν ἕτερον, ὃς δοκεῖ πως τὴν ἐναντίαν ἰέναι τρίβον τῆς τοῦ ἁγίου Βαπτιστοῦ πολιτείας. Οὐκ ἦν ἐν ἐρήμῳ Χριστὸς, ἐν ἄστει δὲ μᾶλλον ἐποιεῖτο τὴν διατριβὴν ὁμοῦ τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις· καὶ ἡ δίαιτα δὲ οὐ σκληραγωγίαν εἶχε τοιαύτην, ὁποία τις ἦν ἡ τοῦ ἁγίου Βαπτιστοῦ. Ἆρ' οὖν ἐπαινεῖς κἂν τοῦτον; Οὐδαμῶς· γέγονας δὲ φιλαίτιος καὶ ἐπ' αὐτῷ τῷ Χριστῷ. Ἔφης γάρ· « Ἰδοὺ ἄνθρωπος φάγος καὶ οἰνοπότης. » Ποῦ δὲ τοῦτο δεικνύειν ἔχεις; Καὶ τοι Μαρίας καὶ Μάρθας ὑποδεξαμένων ἐν Βηθανίᾳ ποτὲ, εἶτα μιᾶς τῶν ὠνομασμένων περὶ πολλὴν διακονίαν περισπωμένης, ἀνακόπτων ὁρᾶται Χριστὸς τὸ πέρα μέτρου, καὶ καταρρυθμίζων ἡμᾶς εἰς αὐτάρκειαν· ἔφη γάρ· « Μεριμνᾷς καὶ τυρβάζῃ περὶ πολλά· » ὀλίγων δέ ἐστι χρεία, ἢ ἑνός. Ἦν δὲ τοιοῦτος ἀεί τε καὶ πανταχοῦ. Τελώναις δὲ συνηυλίζετο, ἀνάλωτος ὢν αὐτὸς ἁμαρτίας παντελῶς· ἔφη γάρ· « Τίς ἐξ ὑμῶν ἐλέγχει με περὶ ἁμαρτίας; » Οὐκοῦν οὐδὲν ἂν ἠδικήθη καὶ συνὼν ἁμαρτωλοῖς, τοὐναντίον δὲ πάσης αὐτοῖς ὠφελείας καὶ σωτηρίας ἐγίνετο πρόξενος· ἔλεγε γάρ· « Οὐ χρείαν ἔχουσιν οἱ ὑγιαίνοντες ἰατροῦ, ἀλλ' οἱ κακῶς ἔχοντες. » Ὑμᾶς μὲν γὰρ ὁ διὰ Μωϋσέως νόμος μὴ συνδιαιτᾶσθαι πονηροῖς ἐκέλευσεν, ἵνα μὴ ὡς ἀσθενεῖς καὶ πρὸς ἁμαρτίαν εὔκολοι, ῥᾳδίως εἰς τὸν αὐτὸν τῆς ἀσεβείας ἐμπέσητε βυθόν. Εἰ γὰρ ἑδραῖοι ἦτε πρὸς ἀρετὴν, καὶ πρὸς εὐσέβειαν εἴχετε βεβηκότα τὸν νοῦν, οὐκ ἂν κεκώλυκε. Χριστὸς δὲ τί ἂν πάθοι τῶν ἀδικεῖν πεφυκότων; Ἀλλ' ἠγνόησας παντελῶς τὸ περὶ αὐτοῦ μυστήριον. Θεὸς γὰρ ὢν Λόγος, γέγονε μεθ' ἡμῶν, τουτέστιν ἐσαρκώθη δι' ἡμᾶς, οὐχ ἵνα κρίνῃ τὸν κόσμον, ἀλλ' ἵνα σωθῇ ὁ κόσμος δι' αὐτοῦ· τοῦ δὲ κατακρίνοντος ἦν, τὸ μὴ συνεῖναι θέλειν τοῖς οὖσιν ἐν ἁμαρτίαις· τοῦ δὲ σώζειν ἐθέλοντος, τὸ καὶ συνιέναι καὶ νουθετεῖν, καὶ τῶν αἰσχιόνων ἀναπείθειν ἀποφοιτᾷν· καὶ τῆς εἰς τὸ φαῦλον ὁδοῦ, τὴν τῆς εἰς αἰῶνα ζωῆς ἀνθελέσθαι τρίβον· οὐκ ἦλθε καλέσαι δικαίους, ἀλλὰ ἁμαρτωλοὺς εἰς μετάνοιαν. Οὐ μολύνεται ἥλιος πᾶσαν φωτίζων τὴν ὑπ' οὐρανὸν, καὶ ἀκαθάρτοις πολλοῖς σώμασιν ὁμιλῶν· οὐδὲ ὁ τῆς δικαιοσύνης ἥλιος ἀδικηθείη ἂν κατ' οὐδένα τρόπον, πονηροῖς ἀνθρώποις συναναστρεφόμενος. Μηδεὶς δὲ τὸ ἑαυτοῦ μέτρον Δεσποτικοῖς ἀξιώμασιν ἀμιλλᾶσθαι ζητείτω· ἀλλὰ τὴν ἑαυτοῦ ἀσθένειαν ἕκαστος λογιζόμενος, τὴν τῶν τοιούτων φευγέτω συνήθειαν· « Φθείρουσι γὰρ ἤθη χρηστὰ ὁμιλίαι κακαί. » Νουθετεῖν δὲ τοὺς τοιούτους, τὸ κωλύον οὐδέν.

A bebat. Tu vero huic conviciari audes, quem cum summa admiratione deberes suspicere? Dæmonium habere dicis eum qui jejuniis peccati legem mortificat carnis membris hærentem, mentisque nostræ legi repugnantem? Via erat beatus Baptista ad Christi religionem. Nunc videamus et alterum, qui diversa via videtur incedere quam Baptista sectatus est. Non erat in deserto Christus, imo in urbe potius cum sanctis apostolis versabatur: neque diætæ ratio tam dura quam sancti Baptistæ erat. Num ergo hunc saltem laudas? Nequaquam: sed ipsi Christo litem intendis. Dixisti enim: « Ecce homo devorator et bibens vinum. » Undenam porro demonstrare id potes? Certe cum Maria ac Martha aliquando illum hospitio receperunt Be- B thaniæ, cumque ex prædictis una sedulo **216** ministerio distraheretur, cernimus Christum sollicitudinem immodicam præcidere, atque ad frugalitatem nos erudire. Dixit enim: « Sollicita es et turbaris erga plurima [46]: » modicis autem opus est, imo et uno. Ita semper et ubique sese gerebat. Quod si cum publicanis versabatur, ipse omni prorsus peccato carebat. Aiebat enim: « Quis ex vobis arguet me de peccato [47]? » Ergo nihil ex peccantium consuetudine lædebatur; contra autem omnimodæ iis utilitatis atque salutis conciliator erat. Dicebat enim: « Non egent sani medico, sed qui male habent [48]. » Vobis quidem Moysis lex quominus cum improbis versemini vetat, ne utpote infirmi et ad C peccandum proni, facile in impietatis barathrum incurratis. Nam si stabili virtute essetis, firmamque in recta pietate mentem retineretis, nihil vobis vetuisset. Christus autem cuinam peccandi occasioni fuisset obnoxius? Tu vero prorsus ignoras mysterium ejus. Nam Deus Verbum venit ad nos, id est propter nos est incarnatum; non ut mundum judicet, sed ut mundus per ipsum salvetur. Est sane damnantis officium, ut ne cum illis versetur qui delictis sunt irretiti: ejus autem qui vult salvare, mos est et conversandi et admonefaciendi, et ut a turpibus resiliant adhortandi, atque ut viæ pravæ loco, æternæ vitæ semitam præoptent. Non venit vocare justos, sed peccatores ad pœnitentiam [49]. Sol orbem terrarum illuminans non sordidatur, quan- D quam impuris multis corporibus incidat. Justitiæ sol nullo modo lædi poterat dum pravis cum hominibus versaretur. Attamen nemo modulum suum cum Dominica dignitate comparare velit; sed suam quisque infirmitatem reputans, pravorum familiaritatem devitet. « Corrumpunt enim bonos mores colloquia prava [50]. » Cæteroqui eos qui sunt hujusmodi nihil nos vetat quominus admoneamus.

*Ἠρώτα δέ τις αὐτὸν τῶν Φαρισαίων ἵνα φάγῃ μετ' αὐτοῦ.*

V. 36. *Rogabat autem illum quidam de Pharisæis ut manducaret cum eo.*

(A f. 119 b). Κέκληται μὲν οὖν παρ' ἑνὸς τῶν Φαρισαίων ὁ Κύριος· ἐπειδὴ δὲ χρηστός ἐστι καὶ φιλ- Invitatus itaque fuit ab uno Pharisæorum **217** Dominus, qui utpote bonus et clemens, volensque

[46] Luc. x, 41. [47] Joan. viii, 46. [48] Luc. v, 31. [49] ibid. 32. [50] I Cor. xv, 33.

Digitized by Google

omnes homines salvos fieri, et ad agnitionem veritatis venire [51], gratiam petenti annuit; et ingressus, discubuit. Ecce autem muliercula intro accurrit, quæ intemperantibus sane moribus fuerat, nunc tamen fidele propositum præ se ferebat; nec præteritæ vitæ infamiam ignorans, Christum rogabat ceu qui mundare eam atque omni reatu liberare poterat, et peccatorum remissionem largiri. Id vero agebat retro stans; neque enim ante dimissa peccata consistere coram poterat.

A ἄνθρωπος, καὶ πάντας ἀνθρώπους θέλει σωθῆναι καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν, κατένευσεν αἰτοῦντι τὴν χάριν, καὶ εἰσελθὼν κατεκλίθη. Εἶτα γύναιον ἐπειστρέχει, ἀκόλαστον μὲν ἐν τῷ βίῳ γενόμενον, πιστὴν δὲ προαίρεσιν ἐπιδεικνύμενον, καὶ τὸν ἐπὶ τοῖς φθάσασι μῶμον οὐκ ἀγνοήσασα, παρεκάλει Χριστὸν ὡς ἀποσμῆξαι δυνάμενον καὶ ἀπαλλάξαι παντὸς αἰτιάματος, καὶ τῶν ἡμαρτημένων δωρήσασθαι ἄφεσιν. Ἕδρα δὲ τοῦτο στᾶσα ὀπίσω· ἔμπροσθεν γὰρ ἑστάναι οὔπω ἠδύνατό πρὸ τῆς ἀφέσεως τῶν ἁμαρτιῶν.

## CAP. VIII.

V. 4. *Dixit per similitudinem.*

Beati prophetæ multifariam verba de Christo fecerunt. Alii quippe ceu lumen venturum prænuntiarunt; alii regali dignitate et eminentia prædi- B tum. Itaque et quidam illorum dixit : « Beatus qui habet in Sion semen, et familiares in Jerusalem! Ecce Rex justus regnabit, et principes cum judicio præerunt. Et erit vir sermones suos celans, et abscondet se quasi ab aqua ruente [51a]. » Quod autem plerumque arcanus Servatoris sermo fuerit, patet. Sic eum nobis beatus quoque Psalmista loquentem introducit : « Aperiam in parabolis os meum [52]. » Nunc videsis ad exitum jam perduci quod ille ante nuntiaverat. Plurima Jesum ex universa Judæa circumsteterat multitudo, quam alloquebatur parabolis utens : verumtamen iis, utpote indignis mysteria cognoscere regni cœlorum, obscurus sermo erat : neque curæ illis erat, fidem erga Christum suscipere : imo et ipsius prædica- C tionibus impie obsistebant. Quare et illos objurgabant qui Christo adhærere, ejusque sacra doctrina imbui volebant; non sine scelere, dicentes : « Dæmonium habet et insanit; cur eum auditis [53]? » Itaque illis non fuit datum mysteria cognoscere regni cœlorum; nobis vero potius qui ad fidem paratiores fuimus. Namque ipse copiam nobis dedit parabolam obscurumque **218** sermonem intelligendi, dictaque sapientium et ænigmata. — Dicendum est insuper, parabolas esse velut imagines haud visibilium rerum, sed intellectualium potius ac spiritalium. Quod enim corporeis oculis spectare non licet, hoc ostendit parabola mentis obtutibus, sensibilibus et quasi tangibilibus rebus egregie informans intellectualium objectorum sub- D tilitatem. Videamus igitur quodnam nobis meditamentum paret Servatoris oratio (1).

## ΚΕΦΑΛ. Η'.

*Εἶπε διὰ παραβολῆς.*

(A f. 121, B f. 76 b, C f. 122 b). Οἱ μακάριοι προφῆται πολυτρόπως τοὺς περὶ Χριστοῦ πεποίηνται λόγους. Οἱ μὲν γὰρ ὡς φῶς ἤξοντα προαπήγγελλον· οἱ δὲ καὶ ἐν τάξει καὶ ὑπεροχῇ τῇ βασιλικῇ· καὶ γοῦν ἔφη τις αὐτῶν· « Μακάριος ὃς ἔχει ἐν Σιὼν σπέρμα, καὶ οἰκείους ἐν Ἱερουσαλήμ! Ἰδοὺ καὶ βασιλεὺς δίκαιος βασιλεύσει, καὶ ἄρχοντες μετὰ κρίσεως ἄρξουσι. Καὶ ἔσται ὁ ἄνθρωπος κρύπτων τοὺς λόγους αὐτοῦ, καὶ κρυβήσεται ὡς ἀφ' ὕδατος φερομένου. » Ὅτι δὲ κεκρυμμένος ἀεί πως τοῦ Σωτῆρος ὁ λόγος, δῆλον. Οὕτως ἡμῖν αὐτὸν καὶ ὁ μακάριος Ψαλμῳδὸς εἰσκεκόμικε λέγοντα· « Ἀνοίξω ἐν παραβολαῖς τὸ στόμα μου. » Ἄθρει δὲ οὖν εἰς πέρας ἐκβεβηκὸς τὸ παρ' αὐτοῦ διηγορευμένον. Πλείστη μὲν γὰρ πληθὺς συναγήγερτο περὶ αὐτὸν ἐξ ἁπάσης τῆς Ἰουδαίας· προσελάλει δὲ αὐτοῖς ἐν παραβολαῖς· ἀλλ' ἐκείνοις μὲν οὐκ οὖσιν ἀξίοις μαθεῖν τὰ μυστήρια τῆς τῶν οὐρανῶν βασιλείας, ἀσυμφανὴς ἦν ὁ λόγος· λόγου γὰρ ἠξίουν οὐδενὸς, τὸ τὴν εἰς αὐτὸν πίστιν προσήκασθαι· ἀντέπραττον δὲ ἀνοσίως καὶ τοῖς δι' αὐτοῦ κηρύγμασι. Καὶ γοῦν ἐπετίμων τοῖς ἐθέλουσι προσεδρεύειν αὐτῷ, καὶ τὴν παρ' αὐτοῖς διψῶσι μυσταγωγίαν, δυσσεβοῦντές τε καὶ λέγοντες· « Δαιμόνιον ἔχει καὶ μαίνεται, τί ἀκούετε αὐτοῦ; » Οὐκοῦν οὐκ ἐκείνοις δέδοται γνῶναι τὰ μυστήρια τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν, ἡμῖν δὲ μᾶλλον τοῖς ἑτοιμοτέροις εἰς πίστιν· δέδωκε γὰρ ἡμῖν αὐτὸς τὸ δύνασθαι νοεῖν παραβολὴν καὶ σκοτεινὸν λόγον, ῥήσεις τε σοφῶν καὶ αἰνίγματα. — (A f. 122). Ῥητέον δὲ καὶ ἔτι, ὅτι εἰκόνες εἰσὶν ὥσπερ αἱ παραβολαὶ πραγμάτων οὐχ ὁρατῶν, νοητῶν δὲ μᾶλλον καὶ πνευματικῶν· ὃ γὰρ ἰδεῖν οὐκ ἔνεστι τοῖς τοῦ σώματος ὀφθαλμοῖς, τοῦτο δείκνυσιν ἡ παραβολὴ τοῖς τῆς διανοίας ὄμμασι, διὰ τῶν ἐν αἰσθήσει καὶ οἷον ἁπτῶν πραγμάτων διαμορφοῦσα καλῶς τὴν τῶν νοητῶν ἰσχνότητα. Ἴδωμεν τοίνυν ὁποίαν ἡμῖν ἐξυφαίνει τὴν νόησιν, τοῦ Σωτῆρος ὁ λόγος.

[51] I Timoth. II, 4. [51a] Isa. XXXI, 9. Gr. et XXXII, 1, 2. [52] Psal. LXXVIII, 2. [53] Joan. X, 20.

(1) Hæc fere loco apud Latinam Corderii catenam sic. CYRILLUS. Hic enim manifeste prædicat mysterium Unigeniti in carne. Beatos namque dicit eos, qui isto tempore inhabitabant Sion, rationalem nempe, quæ est Ecclesia Dei vivi. Habuimus autem et nos domesticos secundum spiritum, sanctos sacrorum antistites. Justus quoque et irreprehensibilis est omnis justitiæ remunerator. Imperarunt autem cum judicio sive auctoritate judiciaria principes illi sancti discipuli, quique post illos ecclesiarum rectores exstiterunt, de quibus sic canit David : « Constitues eos principes super omnem terram. » « Erit autem, inquit, rex justus : » Homo quidem ac frater noster secundum omnia illa quæ in terra habuit; in veritate vero, Deus. Nam Verbum caro factum est, secundum Scripturam. Abscondet autem sermones suos : plurima siquidem Christus in parabolis locutus est. Etenim abscondetur tanquam absorptus ab aqua currente, hoc est capi non poterit insidiis insidiantium : sæpenumero enim Judæi insidiati sunt illi, ipse autem, ut evangelista dicit : « per medium illorum ibat. » Et sic aderat, scilicet curam gerens.

Digitized by Google

*Ἐπηρώτων δὲ αὐτὸν οἱ μαθηταὶ λέγοντες, τίς εἴη ἡ παραβολὴ αὕτη.*

V. 9. *Interrogabant autem eum discipuli ejus, quæ esset hæc parabola.*

(A f. 122 b, B f. 68). Τίς δὲ ἄρα ἐστὶ τῆς παραβολῆς ὁ σκοπὸς, καὶ ὅποι ποτὲ βλέπει τῆς παραβολῆς τὸ βάθος, παρ' αὐτοῦ μάθωμεν τοῦ συνθέντος αὐτήν. Ἠγνόησαν ταῦτα πρὸ ἡμῶν οἱ μακάριοι μαθηταὶ, καὶ προσῆλθον τῷ Σωτῆρι, παρακαλοῦντες καὶ λέγοντες· « Τί ἐστιν αὕτη ἡ παραβολή; » — (A f. 123, C f. 123). Ἀλλ' ἴδωμεν ποία τίς ἐστιν ἡ πρόφασις, δι' ἣν ἁρπάζεται τὰ ἐν ταῖς ὁδοῖς. Σκληρὰ καὶ ἀνήροτός ἐστι πᾶσά πως ὁδὸς, διὰ τὸ τοῖς ἁπάντων ὑποκεῖσθαι ποσὶ, καὶ οὐδὲν αὐταῖς ἐγχώννυται τῶν σπερμάτων. Οὐκοῦν ὅσοι τὸν νοῦν ἔχουσι σκληρὸν, οὐκ εἰσδύεται ἐν αὐτοῖς θεῖόν τι καὶ ἱερὸν νουθέτημα, δι' οὗ δύναται καρποφορεῖν τὰ εἰς ἀρετὴν αὐχήματα. Οὗτοι τοῖς ἀκαθάρτοις πνεύμασι, καὶ αὐτῷ δὴ τῷ Σατανᾷ, πεπατημένη γεγόνασιν ὁδὸς, οὓς οὐκ ἔστι ποτὲ καρπῶν ἁγίων γενέσθαι τροφοὺς, στεῖραν καὶ ἄγονον ἔχοντας τὴν καρδίαν. Πάλιν εἰσί τινες ἀπερι-εργάστως ἔχοντες τὴν πίστιν ἐν ἑαυτοῖς, ὡς ἐν ἁπλότητι λόγων. Οὗτοι ἀῤῥιζον ἔχουσι τὴν εὐσέβειαν· εἰσιόντες γὰρ ἐν ἐκκλησίαις, ἐπιγάννυνται μὲν τῷ πλήθει τῶν συναγηγερμένων, καὶ ἀσμένως προσίενται τὰς μυσταγωγίας· πλὴν οὐ κεκριμένως, ἀλλ' ἐξ ἐλαφρῶν θελημάτων. Ἀποφοιτήσαντες δὲ τῶν ἐκκλησιῶν, εἰς λήθην εὐθὺς ἀποφέρονται τῶν ἱερῶν μαθημάτων. Κἂν μὲν μὴ χειμάζηται τὰ Χριστιανῶν, σώζουσιν ἐκεῖνοι τὴν πίστιν· διωγμοῦ δὲ θορυβήσαντος, φυγάδα τὸν νοῦν ἔχουσι. Πρὸς οὓς ὁ προφήτης Ἱερεμίας φησίν· « Ἀναλάβετε ὅπλα καὶ ἀσπίδας. » Μάλιστα μὲν γὰρ ἄμαχον ἔχει τὴν χεῖρα ὁ διασώζων Θεὸς, καὶ καθά φησιν ὁ πάνσοφος Παῦλος· « Πιστὸς ὁ Θεὸς, ὃς οὐκ ἐάσει ἡμᾶς πειρασθῆναι ὑπὲρ ὃ δυνάμεθα, ἀλλὰ ποιήσει σὺν τῷ πειρασμῷ καὶ τὴν ἔκβασιν τοῦ δύνασθαι ὑπενεγκεῖν. »

Πλὴν εἰ γένοιτό πως καὶ τῆς εἰς Χριστὸν εὐσεβείας ὑπεραθλοῦντας παθεῖν, τότε πάντη τε καὶ πάντως ἐσόμεθα ζηλωτοί. Καὶ γοῦν, τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις ἔφασκεν ὁ Σωτήρ· « Μὴ φοβηθῆτε ἀπὸ τῶν ἀποκτεινόντων τὸ σῶμα, τὴν δὲ ψυχὴν μὴ δυναμένων ἀποκτεῖναι, » καὶ τὰ ἑξῆς. Οὐ μόνοις δὲ λόγοις ταῦτα ἡμᾶς ἐξεπαίδευεν, ἀλλὰ καὶ ἔργοις. Τέθεικε γὰρ ὑπὲρ ἡμῶν τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν, καὶ αἵματι τῷ ἰδίῳ κατεκτήσατο τὴν ὑπ' οὐρανόν. Ἐσμὲν τοιγαροῦν οὐχ ἑαυτῶν, τοῦ πριαμένου δὲ μᾶλλον καὶ διασώσαντος, καὶ αὐτῷ τὴν ἑαυτῶν ὀφείλομεν ζωήν. Ὡς γάρ φησιν ὁ θεσπέσιος Παῦλος, διὰ τοῦτο Χριστὸς ἀπέθανε καὶ ἔζησεν, ἵνα καὶ νεκρῶν καὶ ζώντων κυριεύσῃ. Ἴδωμεν δὲ καὶ τὰς ἀκάνθας αἷς ὁ θεῖος ἀποπνίγεται σπόρος. Τί πάλιν φησὶν ὁ Σωτήρ; Ἐνίησι μὲν οὖν αὐτὸς τὸν σπόρον, ὁ δὲ καί τοι ταῖς τῶν δεξαμένων ἐναπομείνας ψυχαῖς, καὶ οἷον ἀνασχὼν ἤδη καὶ ἐν ἀργαῖς (1) τοῦ φαίνεσθαι διελάσας, ὑπὸ μεριμνῶν συμπνίγεται κοσμικῶν, καὶ καθά φησιν

Quinam sit parabolæ scopus, et quo spectet arcanum ejus, ab illo qui eam composuit audiamus. Namque id ante nos nesciebant beati discipuli, qui Servatorem accedentes rogarunt, dicentes : « Quænam est hæc parabola? » — Sed videamus quænam sit causa ob quam semen in viis diripitur. Dura atque inarata quælibet fere via est, quia omnium pedibus teritur, nullumque iis semen committitur. Ergo quicunque mentem obduratam habent, nullum in eos ingreditur divinum sacrumve monitum, cujus beneficio læta virtutis germina possint oriri. Hujusmodi homines impuris spiritibus et ipsi Satanæ trita via sunt, nec unquam sanctorum fructuum fieri possunt altores, quia cor sterile habent et infecundum. Rursus alii sunt qui incuriose intra se retinent fidem, tanquam simplici suasione nixam. Hi non bene fundatam religionem habent : namque in ecclesias ingressi, lætantur multitudine congregatorum, et sacras res libenter participant; verumtamen haud cum serio judicio, **219** sed cum quadam voluntatis levitate. Mox ecclesiis egressos doctrinarum sacrarum statim capit oblivio. Et si quidem res Christianorum haud procella jactentur, fidem illi servant; sed persecutione grassante, fugitivam mentem gerunt. Quibus Jeremias propheta ait : « Sumite arma et scuta [54]. » Profecto enim invictam habet manum servator Deus; atque, ut doctissimus Paulus : « Fidelis Deus, qui non patietur nos tentari supra id quod possumus, qui tentationem simul ejusque exitum dabit, ut sustinere possimus [55]. »

Jam vero si quando accidat ut pro Christi religione pugnantes patiamur, tunc demum felicissimi usquequaque erimus. Nam sanctis apostolis Servator aiebat : « Ne terreamini ab his qui corpus occidunt, animam autem non possunt occidere, » et reliqua [56]. Quod quidem non verbis tantum, sed factis etiam nos docuit. Animam quippe suam pro nobis posuit, suoque sanguine universum mundum acquisivit. Haud ergo nostri arbitrii sumus, sed ejus potius qui nos emit servavitque, atque ei vitam nostram debemus. Namque, ut divus ait Paulus, propterea mortuus est Christus et revixit, ut mortuorum et vivorum sit dominus [57]. Videamus etiam quæ sint spinæ, quibus divinum suffocatur semen. Quid rursus ait Servator? Projicit quidem ipse semen, quod in recipientibus manens animabus, et jam pene se attollens, et semet ostendendi initium faciens, mundanis curis opprimitur, atque, ut ait Jeremias, fit manipulus efficiendæ farinæ ineptus [58]. « Novate ita-

[54] Jerem. XLVI, 3. [55] I Cor. X, 13. [56] Luc. XII, 4. [57] Rom. XIV, 9. [58] Imo, Osc. VIII, 7.

(1) Ita cod. Num pro ἐναργῆς, vel potius ἐν ἀρχαῖς?

Digitized by Google

que vobis novalia, ait alius propheta, et in spinis ne seminetis [59]. » Ergo ut divinum in nobis germinet semen, mundanas sollicitudines mentibus nostris pellamus. — Sunt autem terra pinguis et frugifera, quæ centuplum fructum reddit, egregiæ bonæque animæ, quæ sermonis **220** semina penitus concipiunt retinentque, et strenue alunt. De his recte admodum dici potest, quod per unum de sanctis prophetis a Deo dictum fuit : « Et beatos vos dicent cunctæ gentes, quia facti estis vos terra desiderabilis [60]. » Cum enim in mentem, rebus quæ turbare solent purgatam, divinus aliquando sermo incidit, tunc altas radices agit, et spicæ instar erumpit, et bene fructificat.

εἰωθότων θεῖος ποτὲ λόγος κατενεχθῇ, τότε δίδωσι τελεσφορεῖται καλῶς.

Verumtamen commodum reor, iis qui utilia discere volunt, aliud quoque edisserere. Nam Matthæus hoc ipsum argumentum nobis narrans [61], bonam ait terram tribus diversis gradibus fructificasse. Alia enim, inquit, fecit centesimum, alia sexagesimum, alia denique tricesimum fructum. Videsis itaque quomodo tria dixit Christus fuisse detrimenta, et simul pari numero prosperitates. Nam quæ secus viam deciderunt semina, ab avibus direpta fuerunt. Quæ autem in petrosis locis germinarunt, paulo post exaruerunt. Quæ denique in spinis, ea suffocata fuerunt. Item terra optabilis triplici cum differentia fructus, ut dixi, parit, centum, sexaginta, triginta. Ut enim scribit sapientissimus Paulus, « unusquisque nostrum proprium habet Dei donum, alius sic, alius aliter [62]. » Non enim parem prorsus mensuram sanctorum hominum bona facinora habuisse comperimus. Verumtamen nos majora, et quæ humilioribus supereminent, æmulari opus est.

V. 21. *Mater mea et fratres mei hi sunt qui verbum Dei audiunt et faciunt illud.*

Qui in Mosaica lege dixit : « Honora patrem tuum et matrem tuam, ut bene sit tibi [63] ; » nobis vero præcepit ut inimicos etiam amemus ; num idem, inquam, parum erat de honoranda matre sollicitus, et erga fratres charitatem abjecerat? Minime gentium. Quid ergo docere vult? Eximie extollit charitatem erga homines qui suis voluerint legibus obtemperare ; summosque honores debere ipse nobis vult quasi matribus fratribusque. Si enim matrem fratresque **221** ejus esse dicit, qui audiunt verbum ejus et faciunt illud, quidni omnibus sit exploratum, eum peculiari et pretiosa prosequi dilectione sua eos qui asseclæ ipsius erant? Sic enim provocabat omnes, ut accederent, et sermonibus suis obsequi vellent.

V. 22. *Ipse ascendit in naviculam, et discipuli ejus.*

Ἱερεμίας (1), γίνεται δράγμα μὴ ἔχον ἰσχὺν τοῦ ποιῆσαι ἄλευρον. « Νεώσατε τοίνυν ἑαυτοῖς νεώματα, ἕτερος προφήτης φησὶ, καὶ μὴ σπείρητε ἐν ἀκάνθαις. » Οὐκοῦν ἵνα ὁ θεῖος ἡμῖν ἐξανθήσῃ σπόρος, προαποβάλωμεν τῆς ἑαυτῶν διανοίας μερίμνας κοσμικάς. — (A f. 123 b, B f. 78 b) Εἰ δ' ἂν γῇ πίων καὶ εὔτοκος, ποιοῦσα καρπὸν ἑκατονταπλασίονα, ψυχαὶ καλαί τε καὶ ἀγαθαὶ, εἰς βάθος δεχόμεναι τὰ τοῦ λόγου σπέρματα, καὶ κατέχουσαι, καὶ γενναίως τρέφουσαι. Περὶ τῶν τοιούτων ἂν λέγοιτο καὶ μάλα δικαίως, τὸ δι' ἑνὸς τῶν ἁγίων προφητῶν εἰρημένον παρὰ Θεοῦ· « Καὶ μακαριοῦσιν ὑμᾶς πάντα τὰ ἔθνη, διότι ἐγένεσθε ὑμεῖς γῆ θελητή. » « Ὅταν γὰρ εἰς νοῦν καθαρὸν τῶν παρενοχλεῖν ῥίζαν εἰς βάθος, καὶ ἀστάχυος δίκην ἐπιπηδᾷ, καὶ

Πλὴν ἐκεῖνο χρήσιμον οἶμαι χρηστομαθεῖν ἑλομένοις εἰπεῖν. Ὁ γάρ τοι Ματθαῖος αὐτὸ δὲ τουτὶ τὸ κεφάλαιον ἡμῖν ἐξηγούμενος, τὴν ἀγαθὴν ἔφη γῆν ἐκδοῦναι καρποὺς ἐν τρισὶ διαφοραῖς. Ἡ μὲν γὰρ, φησὶν, ἐποίησεν ἑκατὸν, ἡ δὲ ἑξήκοντα, ἡ δὲ τριάκοντα. Ἄθρει δὴ οὖν ὅπως τρεῖς ἔφη Χριστὸς εἶναι τὰς βλάβας, καὶ ὁμοίως ἰσαρίθμους αὐταῖς τὰς εὐδοκιμήσεις. Τὰ μὲν γὰρ εἰς τὴν ὁδὸν πίπτοντα τῶν σπερμάτων, ὑπὸ πτηνῶν διαρπάζεται· τὰ δὲ ἐν τοῖς πετρώδεσιν ἐξανθήσαντα μόνον, οὐκ εἰς μακρὰν ξηραίνεται. Τὰ δὲ ταῖς ἀκάνθαις, ἐναποπνίγεται. Γῆ δὲ ἡ θελητὴ καρποὺς ἀποτίκτει, τοὺς ἐν τρισὶν, ὡς ἔφην, διαφοραῖς, ἑκατὸν καὶ ἑξήκοντα, καὶ τριάκοντα· ὡς γὰρ ὁ πάνσοφος γράφει Παῦλος, « ἕκαστος ἡμῶν ἴδιον ἔχει χάρισμα ἐκ Θεοῦ, ὁ μὲν οὕτως, ὁ δὲ οὕτως. » Οὐ γὰρ ἐν ἴσῳ μέτρῳ πάντη τε καὶ πάντως τὰς τῶν ἁγίων εὐδοκιμήσεις γεγενημένας εὑρίσκομεν. Πλὴν ζηλοῦν ἀναγκαῖον τὰ μείζονά τε καὶ ὑπερκείμενα τῶν χθαμαλωτέρων.

*Μήτηρ μου καὶ ἀδελφοί μου οὗτοί εἰσιν οἱ τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ ἀκούοντες καὶ ποιοῦντες αὐτόν.*

(B f. 79 b) Ὁ διὰ τῆς Μωϋσέως νομοθεσίας εἰπὼν, « Τίμα τὴν πατέρα σου καὶ τὴν μητέρα σου, ἵνα εὖ σοι γένηται· » ἡμῖν δὲ ἐπιτάξας καὶ τοὺς ἐχθροὺς ἀγαπᾷν, ἆρα αὐτὸς ὠλιγώρει τῆς εἰς τὴν μητέρα τιμῆς, καὶ ἀπωθεῖται τὴν εἰς τοὺς ἀδελφοὺς ἀγάπην ; Οὐδαμῶς. Τί οὖν ἄρα διδάξαι βούλεται ; Εἰς ὕψος αἴρει μέγα τὴν εἰς ἀνθρώπους ἀγάπην, οἵπερ ἂν ἐθέλοιεν τοῖς αὐτοῦ πείθεσθαι νόμοις· καὶ τὰς ἀνωτάτω τιμὰς ὀφείλειν ἡμῖν βούλεται, ὡς μητράσι καὶ ἀδελφοῖς. Εἰ γὰρ μητέρα καὶ ἀδελφοὺς αὐτοῦ εἶναί φησι τοὺς ἀκούοντας τὸν λόγον αὐτοῦ, καὶ ποιοῦντας αὐτὸν, πῶς οὐχ ἅπασιν ἐναργὲς, ὡς ἐκκεκριμένην καὶ ἀξιόληπτον χαρίζεται τὴν ἀγάπην τοῖς ἑπομένοις αὐτῷ ; Οὕτω γὰρ ἦν πεῖσαι πάντας ἥκειν ἐπὶ τὸ βούλεσθαι τοῖς αὐτοῦ καταπείθεσθαι λόγοις.

*Αὐτὸς ἀνέβη εἰς πλοῖον, καὶ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ.*

[59] Jerem. IV, 3. [60] Malach. III, 12. [61] Matth. XIII, 23. [62] I Cor. VII, 7. [63] Deut. V, 16.

(1) Imo Oseas. Paria sphalmata alibi nos coarguimus. Et quidem mox vers. 22, *Matthæus* mendose pro *Marcus*.

Digitized by Google

(A f. 125 b, B f. 80, C f. 123 b) Διέπλει μὲν ὁμοῦ τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις Χριστὸς τὴν Τιβεριάδα Θάλασσαν ἤτοι λίμνην. Ἐγήγερται δὲ κατὰ τοῦ σκάφους ἀδόκητός τε καὶ ἀπηνὴς χειμών, καὶ ταῖς τῶν ἀνέμων ἐμβολαῖς ὑψοῦ τὸ κῦμα κυρτούμενον, τὸ τοῦ θανάτου δέος ἐνετίθει τοῖς μαθηταῖς· τεθορύβηνται γὰρ οὐ μετρίως, καί τοι τὸ θαλασσουργεῖν εἰδότες, καὶ κλύδωνος οὐκ ὄντες ἀπείρατοι. Ἐπειδὴ δὲ λοιπὸν τοῦ κινδύνου τὸ μέγεθος πρὸς ἀφόρητον αὐτοὺς ἐκάλει δειλίαν, ὡς ἑτέραν οὐκ ἔχοντες τοῦ σώζεσθαι τὴν ἐλπίδα, πλὴν ὅτι μόνον αὐτὸν τὸν τῶν δυνάμεων Κύριον, δῆλον δὲ ὅτι Χριστὸν, διανιστῶσι λέγοντες· « Ἐπιστάτα, σῶσον, ἀπολλύμεθα. » Καθευδῆσαι γὰρ αὐτὸν ὁ εὐαγγελιστὴς φησί· ὁ δὲ Μάρκος προστίθησιν ὅτι καὶ ἐν προσκεφαλαίῳ, δεικνύς τε τὸ ἄτυφον, καὶ πολλὴν ἐντεῦθεν ἡμᾶς παιδεύων φιλοσοφίαν. Οἰκονομικώτατα δέ μοι καὶ τοῦτο λίαν πεπρᾶχθαι δοκεῖ, ἵνα μὴ εὐθὺς ἀρξαμένου τοῦ κλύδωνος ἐπιπηδᾷν τῷ σκάφει, τὴν παρ' αὐτοῦ ζητῶσιν ἐπικουρίαν· ἀλλ' οἷον ἀνμάσαντος ἤδη τοῦ κακοῦ, ἐμφανεστέρα γένηται τῆς θεοπρεποῦς ἐξουσίας ἡ δύναμις, μαινομένην καθιστῶσα θάλασσαν, καὶ μεθιστῶσα πρὸς γαλήνην μεγάλην, ὡς μηδὲ ἴχνος ἐπιμεῖναι τῆς ταραχῆς. Εἰ γὰρ ἐγρηγορότος ἐγένετο, ἢ οὐκ ἂν ἐφοβήθησαν, ἢ οὐκ ἂν παρεκάλεσαν, ἢ οὐδ' ἂν ἐνόμισαν αὐτὸν δύνασθαί τι τοιοῦτον εἰπεῖν. Διὰ τοῦτο καθεύδει, διδοὺς καιρὸν τῇ δειλίᾳ, τρανοτέραν αὐτοῖς ποιῶν τῶν γινομένων τὴν αἴσθησιν. Οὐ γὰρ ὁμοίως τις ὁρᾷ τὰ ἐν τοῖς ἀλλοτρίοις σώμασι γινόμενα, καὶ τὰ ἐν ἑαυτῷ. Ἐπεὶ οὖν πάντας εὐεργετηθέντας εἶδον, ἑαυτοὺς δὲ οὐδενὸς ἀπολελαυκότας, ὄπτιοί τε ἦσαν, ἔδει δὲ αὐτοὺς διὰ τῆς οἰκείας αἰσθήσεως ἀπολαῦσαι τῶν εὐεργεσιῶν, συγχωρεῖ τὸν χειμῶνα γυμνασίας ἕνεκεν, καὶ τὸ θορυβηθῆναι συμφερόντως ἐγίνετο, ὥστε μεῖζον φανῆναι τὸ θαῦμα, καὶ διηνεκῆ γενέσθαι τοῦ συμβάντος τὴν μνήμην. Προσδοκησάντων γὰρ ἀπόλλυσθαι πρότερον, τότε ἐσώθησαν, ἵνα ὁμολογήσαντες τὸν κίνδυνον, μάθωσι τοῦ θαύματος τὸ μέγεθος. Ἠλὴν, ὡς ἔφην, διανιστῶσι λέγοντες· « Σῶσον, ἀπολλύμεθα. » Ἐνταῦθά μοι βλέπε μετὰ πίστεως ὀλιγοπιστίαν· πιστεύουσι μὲν γὰρ ὅτι σῶσαι δύναται, ὡς δὲ ὀλιγόπιστοι, λέγουσιν ὅτι « Ἀπολλύμεθα. » Οὐ γὰρ ἦν ἐφικτὸν ἀπολέσθαι ποτὲ, συνόντος αὐτοῖς τοῦ πάντα ἰσχύοντος. —(A f. 126) Ἀλλ' ἐγήγερται παραχρῆμα Χριστὸς, ὁ πάντων ἔχων τὴν ἐξουσίαν, καὶ καθίστησι μὲν εὐθὺς τὸν κλύδωνα, συνέστειλε δὲ τὰς τῶν πνεύματων ὁρμὰς, καὶ τὸν θόρυβον ἔπαυσε, καὶ δι' αὐτῶν ἔδειξε τῶν πραγμάτων ὅτι Θεός ἐστι. Λεγέσθω τοίνυν παρ' ἡμῶν τὸ ἐν βίβλῳ Ψαλμῶν· « Σὺ δεσπόζεις τοῦ κράτους τῆς θαλάσσης, καὶ τὸν σάλον τῶν κυμάτων αὐτῆς σὺ καταπραΰνεις. »

Καταστήσας δὲ τὸν κλύδωνα τῆς θαλάσσης, καὶ χειμαζομένην ἅμα τῷ σκάφει τῶν ἁγίων μαθητῶν τὴν πίστιν μεθίστησι πρὸς τὸ ἀραρὸς, καὶ οἱονεὶ γαλήνην αὐτοῖς ἐνεργάζεται, τὰ τῆς ὀλιγοπιστίας περιστέλλας κύματα. Καὶ μετὰ τοῦ χειμῶνος τῶν ὑδάτων, τὸν χειμῶνα τῆς ψυχῆς αὐτῶν λύει, ἐπιτιμῶν καὶ παιδεύων ὁμοῦ, ὡς τὸν φόβον οὐχ ἡ τῶν

A Transfretabat una cum sanctis apostolis Christus Tiberiadis mare seu stagnum. Adorta est autem navim subita ac sæva tempestas, vique ventorum elatæ conglobatæque undæ mortis metum discipulis incutiebant. Non parum enim terrefacti erant, quanquam remigandi periti, neque tempestatum ignari. Quia igitur periculi magnitudo intolerandum jam faciebat timorem, cum alia nulla spes salutis reliqua esset, nisi ipse virtutum Dominus, id est Christus, hunc excitant dicentes : « Præceptor, salva nos, perimus : » Namque obdormisse illum ait hic evangelista ; Marcus autem addit [46], quod etiam in cervicali jaceret, simul eum fastu alienum demonstrans, multamque hinc nos docens vitæ modestiam. Providentissime autem mihi accidisse videtur, quominus B statim incipiente procella opem ab eo peterent; ut malo jam veluti extremo, manifestior esset Deo dignæ potentiæ vis, furibundum cohibens mare, atque ad magnam tranquillitatem redigens, ita ut ne vestigium quidem turbationis maneret. Nam si tempestas vigilante Christo evenisset, vel non metuissent, vel precati non essent, vel ne existimassent quidem quidquam eum hujusmodi posse mandare. Propterea obdormit, timori tempus concedens, atque ipsis evidentiorem faciens rei gestæ sensum. Neque enim quisquam pari modo agnoscit quæ in alienis corporibus fiunt, et quæ in proprio. Nam quia cæteros omnes beneficiis affectos viderant, se vero nihil fruitos, et supino animo erant, oportebat- C que ipsos quoque beneficium aliquod experiri, tempestatem exercitii causa fieri annuit, terrorque utiliter **222** accidit, ut majus appareret miraculum, et perpetua fieret rei gestæ memoria. Nam qui antea perituros se putaverant, postea servati sunt; ut fatentes periculum, miraculi magnitudinem agnoscerent. Verum, prout dixi, ipsum excitant dicentes : « Salva nos, perimus. » Hic mecum animadverte fidem simul et ejusdem fidei infirmitatem. Credunt eum posse salvare, et tamen ut modica fide præditi dicunt : Perimus. Profecto enim fieri non poterat ut tunc perirent, cum ille aderat qui omnia potest. Evigilat itaque statim Christus, qui rerum omnium potestatem habet, tempestatemque protinus sistit, ventorum impetum cohibet, perturbationem D sedat, reque ipsa demonstrat se esse Deum. Dicatur itaque a nobis quod est in libro Psalmorum : « Tu dominaris potestati maris, motumque fluctuum ejus tu mitigas [47]. »

Sedata maris procella, fluctuantem simul cum navicula sanctorum discipulorum fidem ad firmitatem convertit, ac serenitatem ipsis quodammodo efficit, modicæ fidei fluctus compescens. Atque ita cum undarum procella perturbationem animi illorum solvit, objurgans simul et docens, causam esse timoris non tentationum incursum, sed mentis infirmitatem. Dice-

[46] Marc. IV, 38. [47] Psal. LXXXVIII, 10.

Digitized by Google

bat itaque : « Ubinam vestra fides? » Alius autem evangelista ipsum dixisse narrat : « Cur timidi estis, modicæ fidei [66]? » Namque interdum mentem quoque constantem turbat incumbens subito mortis timor. Idcirco accesserunt aliquando ad Christum dicentes : « Adauge nobis fidem [67]. » A fidei perfectione desciscit, qui diffidentiæ culpa abripitur. Sicut enim aurum igne probatur, sic tentationibus fides. Verumtamen mens hominis infirma est, egetque prorsus superna manu, quo ingruentia mala perferre fortiter valeat. Idque nos Servator docebat cum diceret : « Sine me nihil potestis facere [68]. » Fatetur hoc sapientissimus quoque Paulus scribens : « Omnia possum in eo qui me confortat [69]. » Ergo repressa procella, **223** marique reddita quiete ac serenitate reducta, divinum mirantes prodigium discipuli, murmurabant inter se dicentes : « Quis est hic, qui ventis quoque sic imperat et aquis ut ei obediant? » Num ergo quia ipsum non noverant, verba, « Quis est hic? » inter se loquebantur? Atqui quidni hoc prorsus sit incredibile? Sciebant enim et Deum esse et Dei Filium Jesum, stupebant tamen hærentis ei potentiæ summatum, et gloriam divinitatis : cumque adhuc inter homines versaretur, et in carne cerneretur, dicunt ea verba : « Quis est hic? » nempe, quantus qualisque est hic, quantaque vi ac potestate pollet, quoniam ipsis imperat aquis ac vento, a quibus ei obtemperatur? Est enim hic imperativus nutus, Dominicale præceptum, non servilis precatio. Grande est hoc et audientibus utile miraculum : obedit scilicet creatura jubenti quodlibet Christo. Quin adeo ipsum increpationis modum cum digna Deo auctoritate peractum dicit Marcus. Ait enim dixisse mari Dominum : « Tace, obmutesce [70] : » Quæ verba comitatum est præceptum; mare autem fluctibus spumans, incarnatum Verbum audiit, et a sæviendo destitit, agnovitque illum qui se a mundi principio nutibus suis congregaverat, qui arenosum littus posuerat ei terminum quem non transgredietur [71].

Hæc omnia imago fuerunt rerum quæ postea discipulis evenerunt. Stagnum quippe Judea fuit, in qua vehemens commota est tempestas Judæorum adversus Christum. Turbati autem adeo sunt discipuli, ut etiam diffugerint. Sed enim ceu ex somno surrexit Servator, rursusque discipulis tranquillitas adfuit. Etenim iis apparens dixit : « Pax vobis [72]. » Alio etiam modo, maris figuram habet hic apud nos visibilis mundus, navis Ecclesia intelligetur, sanctos habens remiges, qui propterea quod fidem receperunt, præsentem semper habent Christum. At enim gravis interdum commovetur procella, ac plurimi calamitatum **224** sanctam navim circumstant fluctus, innumeræ æstuant tentationes,

πειρασμῶν ἐργάζεται ἐπαγωγὴ, ἀλλὰ τὸ τῆς διανοίας ἀσθενές. Ἔφη γοῦν· « Ποῦ ἡ πίστις ὑμῶν; » Ὁ γε μὴν ἕτερος τῶν εὐαγγελιστῶν εἰπεῖν αὐτὸν διατείνεται· « Τί δειλοί ἐστε, ὀλιγόπιστοι; » Θορυβεῖ γὰρ ἑαθ' ὅτε καὶ τὸν εὖ βεβηκότα νοῦν, ἐπισκήψας ἀδοκήτως φόβος θανάτου. Διὰ τοῦτο προσῆεσάν ποτε λέγοντες τῷ Χριστῷ· « Πρόσθες ἡμῖν πίστιν. » Λείπεται τοῦ τελείου πρὸς πίστιν, ὁ τοῖς τῆς ὀλιγοπιστίας ἐγκλήμασιν ὑπενηνεγμένος. Ὥσπερ γὰρ ὁ χρυσὸς ἐν πυρὶ δοκιμάζεται, οὕτως καὶ πίστις ἐν πειρασμοῖς. Πλὴν ἀσθενὴς ὁ ἀνθρώπου νοῦς· δεῖται δὲ πάντως τῆς ἄνωθεν χειρὸς, εἰς τὸ δύνασθαι διενεγκεῖν ἀνδρείως τὰ παρεμπίπτοντα. Καὶ τοῦτο ἡμᾶς ὁ Σωτὴρ ἐδίδασκεν, εἰπών· « Χωρὶς ἐμοῦ οὐ δύνασθε ποιεῖν οὐδέν. » Ὁμολογεῖ δὲ τοῦτο καὶ ὁ σοφώτατος Παῦλος, γράφων· « Πάντα ἰσχύω ἐν τῷ ἐνδυναμοῦντί με Χριστῷ. » Παυσαμένου δὲ τοῦ χειμῶνος, καὶ εἰς γαλήνην καὶ εὐδίαν, νεύματι Χριστοῦ, τῆς θαλάσσης μεταβληθείσης, καταπεπληγμένοι τὴν θεοσημείαν οἱ μαθηταὶ, παρεψιθύριζον ἀλλήλοις λέγοντες· « Τίς ἄρα οὗτός ἐστιν, ὅτι καὶ τοῖς ἀνέμοις ἐπιτάσσει, καὶ τῷ ὕδατι, καὶ ὑπακούουσιν αὐτῷ; » Ἆρ' οὖν ὡς οὐκ εἰδότες αὐτὸν, τὸ, « Τίς οὗτός ἐστι; » παρηγόρευον ἀλλήλων; Εἶτα, πῶς οὐκ ἀπίθανον παντελῶς τὸ χρῆμά ἐστιν; Ἤδεσαν γὰρ ὄντα Θεὸν καὶ Υἱὸν Θεοῦ τὸν Ἰησοῦν, καταπληττόμενοι δὲ τῆς ἐνούσης αὐτῷ δυνάμεως τὴν ὑπερβολὴν, καὶ τὴν τῆς θεότητος δόξαν· καίτοι καθ' ἡμᾶς ὄντι τε καὶ ὁρωμένῳ κατὰ τὴν σάρκα, λέγουσι τό· « Τίς οὗτός ἐστιν· » ἀντὶ τοῦ, Πόσος καὶ οἷος, καὶ ἐν ὅσῃ δυνάμει καὶ ἐξουσίᾳ, ὅτι καὶ αὐτοῖς ἐπιτάσσει τοῖς ὕδασι καὶ τῷ ἀνέμῳ, καὶ ὑπακούουσιν αὐτῷ; Ἐπιτακτικὸν γάρ ἐστι τὸ ἔργον, Δεσποτικὴ πρόσταξις, καὶ οὐκ ἀξίωσις οἰκετική. Μέγα καὶ τοῦτο πρὸς θαῦμα καὶ ὄνησιν τοῖς ἀκροωμένοις· ὑπακούει γὰρ ἡ κτίσις οἷς ἂν ἐπιτάττειν βούλεται Χριστός. Ἀμέλει καὶ τὸν τῆς ἐπιτιμήσεως τρόπον ἐν ἐξουσίᾳ θεοπρεπῆ γενέσθαι φησὶν ὁ Μάρκος. Ἔφη γὰρ εἰπεῖν τῇ θαλάσσῃ τὸν Κύριον· « Σιώπα, πεφίμωσο· » Καὶ ἅμα τῷ λόγῳ, ἠκολούθησε τὸ πρόσταγμα· καὶ ἡ θάλασσα ἐπαφρίζουσα καὶ πέπαυται τοῦ χειμῶνος, καὶ γινώσκει τὸν ἀπ' ἀρχῆς αὐτὴν συναγαγόντα προστάγματι, τὸν θέμενον ἄμμον ὅριον αὐτῇ, ὃ οὐχ ὑπερβήσεται.

(A f. 126) Καὶ τύπος τοῦ περὶ τοὺς μαθητὰς συμβάντος ὕστερον. Λίμνη γὰρ ἡ Ἰουδαία, περὶ ἣν κατέβη λαίλαψ πολλὴ τῆς κατὰ τοῦ Χριστοῦ μανίας τῶν Ἰουδαίων· ἐταράχθησαν δὲ οἱ μαθηταὶ, ὥστε καὶ φυγεῖν. Ἀλλ' ὥσπερ ἐξ ὕπνου ἀνέστη ὁ Σωτὴρ, καὶ πάλιν οἱ μαθηταὶ ἐν γαλήνῃ. Ἐπιστὰς γὰρ αὐτοῖς, εἶπεν· « Εἰρήνη ὑμῖν. » Ἑτέρως δὲ, ἐν σχήματι θαλάσσης τοῦδε τοῦ καθ' ἡμᾶς νοουμένου κόσμου, σκάφος ἡ Ἐκκλησία νοηθήσεται, πλωτῆρας ἔχουσα τοὺς ἡγιασμένους, οἳ καὶ διὰ τοῦ καταδέξασθαι τὴν πίστιν, συνόντα διὰ παντὸς ἔχουσι τὸν Χριστόν. Ἀλλὰ καὶ δεινὸς ἔσθ' ὅτε χειμὼν καταῤῥήγνυται, καὶ μυρία περιστάσεων τοῦ ἁγίου σκάφους κατεξανίστανται κύματα, ἀναρίθμητοι δὲ ὥσπερ πα-

[66] Matth. VIII, 26. [67] Luc. XVII, 5. [68] Joan. XV, 5. [69] Philipp. IV, 13. [70] Marc. IV, 39. [71] Psal. CIII, 9. [72] Luc. XXIV, 36.

Digitized by Google

φλάζουσι πειρασμοὶ, καὶ μὴν καὶ πνευμάτων πονηρῶν ἀγριότης ἐγκατασκήψασα, πρὸς αὐτὸ καταφέρει τοῦ θανάτου τὸ δεῖμα. Καὶ σύνεστι μὲν τοῖς ἑαυτοῦ γνωρίμοις Χριστός· διὰ δὲ τὸ πολλάκις ἐφεῖναι παθεῖν οἰκονομικῶς, ἀπομιμεῖσθαί πως δοκεῖ τὸν νυστάζοντα. Ὅταν τοίνυν ὑπέρμετρος ἀληθῶς, καὶ οὐκέτι τοῖς πλωτῆρσι φορητὸς ὁ θόρυβος ᾖ, καὶ πρὸς ἄκρον ἤδη τοῦ κακοῦ τὰ πρόβατα (1) βλέπῃ, τότε προσήκει βοᾷν μονονουχὶ λέγοντας· « Ἐξεγέρθητι, ἵνα τί ὑπνοῖς, Κύριε; » Ἀμελητὶ γὰρ διαναστήσεται, καὶ πάντα μὲν ἐκποδὼν ποιήσει φόβον· ἐπιτιμήσει δὲ τοῖς πειράζουσι, καὶ μεταστήσει τὸ πένθος εἰς εὐθυμίαν, εὐδίαν ἁπλώσας τὴν ἁπαλὴν καὶ ἀκύμονα· περιόψεται γὰρ οὐδαμῶς τοὺς ἐπ' αὐτῷ πεποιθότας.

A et impurorum spirituum sævitia incumbens, ad usque mortis terrorem compellit. Attamen familiaribus suis adest Christus; et dum sæpe illos prudente consilio pati sinit, imitari videtur dormitantem, Cum itaque vere summa fuerit remigibusque intoleranda procella, et cum in extremum plane discrimen (Christi) oves venerint; tunc nos oportet clamare, sic fere dicentes: « Expergiscere, quare obdormis, Domine? » Sine mora enim exsurget, omnemque depellet timorem, tentatores objurgabit, et luctum convertet in gaudium, serenitatem explicans nitidam et imperturbatam. Neque enim confidentes ei prorsus despiciet.

*Κατέπλευσαν εἰς τὴν χώραν τῶν Γεργεσηνῶν*, κ. τ. λ.

B V. 26. *Navigaverunt ad regionem Gergesenorum*, etc.

(A f. 127, B f. 80 b, C f. 124) Προσωρμίσθη ὁ Σωτὴρ τῇ Γεργεσηνῶν, ὁμοῦ τοῖς ἁγίοις μαθηταῖς. Εἶτά τις ὑπήντησεν ἀνὴρ, ὃς ἦν ἐνδιαίτημα πολλῶν καὶ ἀκαθάρτων πνευμάτων, ἔξω καὶ νοῦ καὶ φρενὸς ὑπάρχων, καὶ οὐδὲν ἀπεοικὼς τῶν τεθνεώτων ἤδη καὶ ἐν γῇ κειμένων· μᾶλλον δὲ τάχα που καὶ ἐν τοῖς ἔτι χείροσι· γυμνὸς γὰρ τὰ τῶν τεθνεώτων μνήματα περιφοιτῶν, τῆς τῶν δαιμονίων ἀπανθρωπίας ἀπόδειξις ἦν. Ἐφίησι γάρ τινας οἰκονομικῶς ὁ τῶν ὅλων Θεὸς ὑπ' αὐτοῖς γίνεσθαι, οὐχ ἵνα πάθωσι μᾶλλον, ἀλλ' ἵν' ἡμεῖς δι' αὐτῶν μάθωμεν ὁποῖοί τινές εἰσιν ἐκεῖνοι περὶ ἡμᾶς, οὕτω τε παραιτώμεθα τὸ ὑποκεῖσθαι θέλειν αὐτοῖς· ἑνὸς γοῦν πεπονθότος, οἰκοδομοῦνται πολλοί. — Ὁ Γεργεσηνὸς, ἤγουν ἡ ἐν αὐτῷ λανθάνουσα τῶν δαιμονίων ἀγέλη, προσέπιπτε τῷ Χριστῷ, καὶ ταῦτα ἐβόα· « Τί ἐμοὶ καὶ σοὶ, Ἰησοῦ Υἱὲ τοῦ Θεοῦ; » κ. τ. λ. Καί μοι ἐνταῦθα βλέπε, θάρσει πολλῷ καὶ ἀπονοίᾳ συμπεπλεγμένην δειλίαν· δεῖγμα μὲν γὰρ ἀπονοίας διαβολικῆς, τὸ τολμῆσαι λέγειν· « Τί ἐμοὶ καὶ σοὶ, Υἱὲ τοῦ Θεοῦ; » Δειλίας δὲ, τὸ δέεσθαι ἵνα μὴ βασανισθῇ. Ἀλλὰ γὰρ εἰ οἶδας ὅλως αὐτὸν Υἱὸν ὄντα τοῦ ὑψίστου Θεοῦ, ὁμολογεῖς ὅτι Θεός ἐστιν οὐρανοῦ τε καὶ γῆς καὶ τῶν ἐν αὐτοῖς. Εἶτα πῶς τὰ μὴ σὰ, μᾶλλον δὲ τὰ αὐτοῦ, διαρπάζεις; Εἶτα λέγεις· « Τί ἐμοὶ καὶ σοί; » Καὶ τίς ἀνέξεται τῶν ἐπὶ γῆς βασιλέων μέχρι παντὸς ἀνεῖναι Βαρβάροις τοὺς ὑπὸ σκῆπτρα κειμένους; Τὰς σαυτῷ πρεπούσας ἐρεύγου φωνάς· αὗται δέ εἰσιν ἐν τῷ, Δεόμαί σου, μή με βασανίσῃς. Καὶ ἄθρει δή μοι πάλιν τὴν ἀπαράβλητον δόξαν τοῦ πάντων ἐπέκεινα, φημὶ δὴ Χριστοῦ τὴν ἀκαταγώνιστον ἰσχύν. Συντρίβει τὸν Σατανᾶν, ἐθελήσας μόνον τοῦτο παθεῖν αὐτόν. Πῦρ αὐτῷ καὶ φλόγες εἰσὶ τὰ Χριστοῦ ῥήματα. Ἀληθὲς οὖν ὅτι, καθά φησιν ὁ μακάριος Ψαλμῳδὸς, « Τὰ ὄρη ἐτάκησαν ἀπὸ προσώπου τοῦ Θεοῦ. » Ὄρεσι γὰρ τὰς ὑψηλὰς καὶ ὑπερηφάνους παρεικάζει δυνάμεις πονηρὰς δηλονότι. Πλὴν ὡς πυρὶ προσβαλοῦσαι τῇ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν δυνάμει τε καὶ ἐξουσίᾳ κατατήκονται κηροῦ δίκην.

Navim appulit Servator cum sanctis discipulis ad regionem Gergesenorum. Mox ibi occurrit vir, qui multorum spirituum impurorum domicilium erat, mente quoque et intellectu captus, nihil a mortuis et sub terra conditis differens, imo et pejore conditione utens; nudus enim mortuorum monumenta circumiens, dæmonum crudelitatis spectaculum erat. Nam aliquos sub horum potestatem decidere sinit universalis Deus, non tam ut hi patiantur, quam ut nos discamus quo ingenio sint dæmones adversus nos, atque ita nolimus iis subesse: namque uno patiente, erudiuntur multi. - Gergesenus, seu latens in ipso dæmonum grex, ante Christum procidit atque ita exclamabat: « Quid mihi et tibi, Jesu Fili Dei? » etc. Hic mecum animadverte, multæ audaciæ ac vesaniæ mistum timorem. Quippe indicium diabolicæ vesaniæ est, quod diceret audet: « Quid mihi et tibi est, Fili Dei? » Timoris autem, quod obsecrat ne torqueatur. Atqui si omnino scis hunc esse altissimi Dei Filium, confiteris Deum esse cœli ac terræ et omnium quæ in his sunt. Cur ergo quæ tua non sunt, 225 imo aliena diripis? Deinde ais, « Quid mihi et tibi? » Nemo certe terrenorum regum homines sceptro suo suppositos Barbaris in perpetuum permittit. Verba tibi congrua fare. Sunt autem hæc: Rogo te, ne me torqueas. Et videsis incomparabilem dignitatem ejus qui supra omnes est, id est Christi invictam potentiam. Satanam conterit, ut id tantum patiatur volens. Ignis loco flammæque diabolo sunt Christi verba. Vere itaque dixit Psalmista: « Montes extabuerunt a facie Dei [73]. » Nam montibus comparat excelsas superbasque potentias, improbas illas videlicet. Verum hæ, tanquam igni admotæ, Servatoris nostri virtuti atque potentiæ, ceræ instar liquefiunt.

(A f. 127) Ἠρώτα Χριστὸς, καὶ προστέταχεν εἰ-

Sciscitatus est Jesus jussitque edicere nomen

[73] Psal. XCVI, 5.

(1) Ita cod. Num erat scribendum πράγματα, *res*?

Digitized by Google

sunm. Num quia ignoraret interrogavit, atque ut unus de nobis volebat id cognoscere? Quidni vero prorsus sit fatuum quidquam hujusmodi dicere vel cogitare? Cuncta enim scit utpote Deus, et cor scrutatur ac renes. Prudente consilio interrogavit, ut cognoscamus magnam dæmonum multitudinem unam hominis animam possedisse. Nam quia Dominus noverat magnum esse dæmonum illic habitantium numerum; spectatores autem unum cernebant hominem, unamque vocem emissam audiebant, ait Christus: « Dic, quod est tibi nomen; » ne si forte ipsemet dixisset multos illic esse, haud ei crederetur. Ipsos itaque fateri vult multitudinem suam.

πεῖν τί τὸ ὄνομα αὐτῷ. Ἆρ' οὖν οὐκ εἰδὼς ἤρετο, καὶ ὡς εἷς τῶν καθ' ἡμᾶς ἐζήτει μαθεῖν; Καίτοι πῶς οὐκ ἀσύνετον παντελῶς τὸ φράσαι τι τοιοῦτον ἢ νοεῖν; Πάντα γὰρ οἶδεν ὡς Θεὸς, καὶ καρδίαν ἐξετάζει καὶ νεφρούς. Ἤρετο οἰκονομικῶς, ἵνα μάθωμεν ὅτι πολλὴ δαιμονίων πληθὺς μίαν ἀνθρώπου ψυχὴν κατενείματο. Ἐπειδὴ γὰρ ὁ Κύριος ᾔδει τὸ πλῆθος τῶν ἐνοικούντων δαιμόνων, οἱ δὲ ὁρῶντες, ἕνα μὲν ἄνδρα ἔβλεπον, μιᾶς δὲ προφερομένης φωνῆς ἤκουον, λέγει· « Εἰπὲ, τί ὄνομά σοι· » ἵνα μὴ αὐτὸς εἰπὼν ὅτι Πολλοί εἰσιν, ἀπιστηθῇ, ἀλλ' αὐτοὶ ὁμολογήσωσιν ὅτι πολλοὶ τυγχάνουσι.

V. 31. *Et rogabat eum, ne juberet*, etc.

Nam quia alii jam in abyssum præmissi fuerant, reliqui idem sibi timebant (1).

*Καὶ παρεκάλει αὐτὸν ἵνα μὴ ἐπιτάξῃ*, κ. τ. λ.

(B f. 82 b) Ὡς γὰρ ἑτέρων ἤδη προαπεσταλμένων, οἱ καταλειφθέντες τὸ χρῆμα ἐπεφρίκεσαν.

V. 31. *Rogabant eum ut permitteret sibi in illos* (*porcos*) *ingredi.*

Ἀλλ' οἱ μὲν μακάριοι μαθηταὶ βραχύ πως ἀπονοστάζουσι, τῇ προσευχῇ σχολάζοντος τοῦ Χριστοῦ· εἶτα διαγρηγορήσαντες, θεωροὶ γεγόνασι τῆς οὕτω σεπτῆς καὶ παραδόξου μεταβολῆς· ἦγουν ἀνενεγκόντες τοῦ κάρου, ἐγίνωσκον ἀκριβῶς τὴν ἀλήθειαν· καὶ οἰηθεὶς λοιπὸν ἴσως ὁ θεσπέσιος Πέτρος, ὅτι τάχα ἔνεστιν ὁ καιρὸς τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ, ἀποδέχεται μὲν τὰς ἐν τῷ ὄρει διατριβὰς, σκηνὰς δὲ τρεῖς δεῖν γενέσθαι φησίν. Ἀλλ' οὐκ ᾔδει, φησὶν, ὃ λέγει· οὐ γὰρ ἦν καιρὸς τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος, D καὶ τοῦ λαβεῖν τοὺς ἁγίους τῆς ἐπηγγελμένης ἐλπίδος τὴν μέθεξιν. Οὔσης οὖν ἐν ἀρχαῖς ἔτι τῆς οἰκονομίας, πῶς ἦν εἰκὸς καταλῆξαι τὸν Χριστὸν τῆς εἰς τὸν κόσμον ἀγάπης, ἀποφοιτήσαντα τοῦ παθεῖν ὑπὲρ αὐτοῦ; Σέσωκε γὰρ τὴν ὑπ' οὐρανὸν, καὶ αὐτὸν ὑπομείνας τὸν κατὰ σάρκα θάνατον, καὶ διὰ τῆς ἐκ νεκρῶν ἀναστάσεως καταργήσας αὐτόν. Οὐκ ᾔδει τοιγαροῦν ὁ Πέτρος, ὅπερ ἔφη.

Sed enim beati quidem discipuli parumper dormitant, Christo orationi operam dante: deinde experrecti, spectatores fiunt tam venerandæ ac mirabilis immutationis. Nempe sopore discusso veritatem agnoverunt. Putansque mox fortasse divus Petrus, tempus regni Dei adesse, vult quidem in monte habere stationes, tria tamen fieri debere tabernacula dicit. Atqui nesciebat, inquit Scriptura, quid diceret: nondum enim tempus consummendi mundi erat, neque recipiendæ a sanctis promissæ spei participationem. Cum ergo nonnisi initium esset sacræ dispensationis, cur oportuisset Christum, omisso suo erga mundum amore, passionem ejus causa subeundam recusare? Reapse enim orbem terrarum salvavit Christus patiens pro eo mortem, et hanc ipsam per suam a mortuis resurrectionem destruens **239** Constat ergo Petrum sine rei sensu verba fecisse.

*Ἐγένετο τὸ εἶδος τοῦ προσώπου αὐτοῦ ἕτερον.*

V. 29. *Facta est species vultus ejus altera.*

(B f. 93 b) Ἐπειδὴ ἤκουον, ὅτι δεῖ ἀναστῆναι τὴν ἡμετέραν σάρκα, ποίῳ δὲ σχήματι ἄδηλον ἦν, ἵνα δῷ δεῖγμα τῆς μεταβολῆς, αὐτοῦ τὴν σάρκα μετέβαλεν, ἵνα ἡμῖν τὴν ἐλπίδα βεβαιώσῃ· μεταμορφοῦται τοιγαροῦν ἔμπροσθεν αὐτῶν. Πεπρᾶχθαι δέ φαμεν τὴν

Quoniam audierant, fore quidem ut caro nostra resurgeret, quanam tamen figura nesciebant, ut ejus mutationis exemplum proponeret, carnem suam transfiguravit, ut spem nostram firmaret. Coram ipsis itaque transformatur. Factam

Digitized by Google

vero transfigurationem putamus, haud abjiciendo humani corporis formam, sed lucida quadam gloria illud ambiente, et vilissimam carnis speciem in nobiliorem aspectum mutando, juxta illud, « Seminatur in ignominia, surgit in gloria, » a divo Paulo præclare dictum [90]. Nunc enim corpus hoc caro nuda est, nullo honore vestita, nullo naturali decore ornata, sed nihil aliud, quam naturæ suæ ignobilitatem infirmitatemque habens. Verumtamen cum resurrectio fiet, transformatio quædam mirifica accidet, et gloriæ non tamen figuræ mutatio. Tunc enim corpus divini honoris vestitu jam splendescet. Fulgebunt quippe justi tanquam sol in regno Patris ejus, secundum Servatoris effatum [91]. Futuræ itaque illius gloriæ exemplum exhibebat discipulis demonstrata transfiguratio; quæ idcirco in corpore peracta fuit, ut sub mortalium oculorum visionem caderet, etiamsi illi splendoris nimietatem non pertulerunt.

A μεταμόρφωσιν αὐτοῦ, οὐχὶ δή που τὸ σχῆμα τὸ ἀνθρώπινον ἀποβαλόντος τοῦ σώματος, ἀλλὰ δόξης τινὸς φωτοειδοῦς περιστελλούσης αὐτὸ, καὶ τὸν ἀτιμότατον τῆς σαρκὸς χαρακτῆρα μεταχρωννύσης ὥσπερ εἰς ὄψιν εὐκλεεστέραν· κατὰ τὸ, « Σπείρεται ἐν ἀτιμίᾳ, ἐγείρεται ἐν δόξῃ, » παρὰ τοῦ θείου Παύλου καλῶς εἰρημένον. Νῦν μὲν γὰρ αὐτὸ τοῦτο σάρξ ἐστι γυμνὴ, οὐ δόξῃ τινὶ κατακεχρωσμένη, οὐ λαμπρότητι φυσικῇ κατηγλαϊσμένη, ψιλὴν δὲ καὶ μόνην τὴν ἐκ φύσεως ἀδοξίαν τε ὁμοῦ καὶ ἀσθένειαν ἔχουσα. Κατὰ δὲ τὸν τῆς ἀναστάσεως καιρὸν ἐξαλλαγή τις ἔσται θεοπρεπὴς, καὶ δόξης οὐ σχήματος μεταβολή. Θείας γὰρ δόξης ἐπιβλήμασι περιαστράψει λοιπόν· ἐκλάμψουσι γὰρ οἱ δίκαιοι καθάπερ ὁ ἥλιος ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ Πατρὸς αὐτοῦ, κατὰ τὴν τοῦ Σωτῆρος B φωνήν. Ἐκείνης οὖν τῆς μελλούσης δόξης ὑπόδειγμα παρεδήλου ἡ παραδειχθεῖσα τοῖς μαθηταῖς μεταμόρφωσις· καὶ σωματικῶς ἐπεδείκνυτο πρὸς τὸ καὶ τοῖς θνητοῖς αὐτῶν εἰς θέαν ὑποπεσεῖν ὀφθαλμοῖς, εἰ καὶ τὴν ὑπερβολὴν οὐκ ἤνεγκαν τῆς λαμπρότητος.

V. 35. *Vox de nube facta est.*

Aliud quoque utile peractum fuit firmandæ erga Christum fidei tum discipulorum tum omnium nostrum. Namque ex nube superne, tanquam a Deo Patre, emissa vox fuit, dicens : « Hic est Filius meus dilectus, ipsum audite. » Dumque hæc vox fieret, inventus est, inquit Scriptura, Jesus stans solus. Præcipit ergo hunc magis audiri quam Moysen atque prophetas. Ne quis autem forte veritati calumniam struat, quasi Deus Moysen ab iis potius audiri mandaverit, caute adnotavit evangelista dicens, dum ea vox fieret, inventum esse solum **240** Jesum. Hunc ergo audiri Deus præcepit; namque ipse et legis et prophetarum complementum est; qui idcirco Judæis aiebat: « Si crederetis Moysi, utique et mihi crederetis; de me enim ille scripsit [92]. » Et Dei quidem Patris præclara et mirabilis vox fuerat; summo autem terrore correpti discipuli procumbunt in faciem: ut hinc etiam denuo cognoscamus, necessariam apprime terræ incolis Servatoris fuisse præsentiam et mediatricem operam, quæ videlicet per humanationem contigit. Nam nisi conditionem nostram subiisset unigenitum Dei Verbum, quis ex nobis venientem de cœlo Deum pertulisset? quis ineffabilem majestatem ejus, et mortalium nemini tolerabilem sustinuisset? Namque eum lucem inaccessibilem inhabitare Paulus dicit [93].

Φωνὴ ἐγένετο ἐκ τῆς νεφέλης.

(B f. 95, Ff. 817) Πέπρακταί τι καὶ ἕτερον χρήσιμον εἰς βεβαίωσιν τῆς ἐπ' αὐτῷ πίστεως τοῖς τε μαθηταῖς καὶ πᾶσιν ἡμῖν. Ἐκ νεφέλης γὰρ ἄνωθεν ὡς ἐκ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς κατεπέμφθη φωνὴ λέγουσα· « Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, αὐτοῦ ἀκούετε· » καὶ ἐν τῷ γενέσθαι τὴν φωνὴν, εὑρέθη, φησὶν, ὁ Ἰησοῦς ἐστὼς μόνος. Μωϋσέως δὲ καὶ προφητῶν μᾶλλον αὐτοῦ ἀκούειν ἐπιτάττει. Ἵνα δὲ μὴ συκοφαντῆται παρά τινων ἡ ἀλήθεια λεγόντων, ὅτι C Μωϋσέως μᾶλλον ἀκούειν αὐτοὺς προστέταχεν, ἐπεσημήνατο ὁ εὐαγγελιστὴς λέγων, ὅτι ἐν τῷ γενέσθαι τὴν φωνὴν, εὑρέθη ὁ Ἰησοῦς μόνος. Αὐτοῦ τοιγαροῦν προστέταχεν ἀκούειν· καὶ γάρ ἐστιν αὐτὸς τέλος νόμου καὶ προφητῶν· διὸ καὶ πρὸς Ἰουδαίους ἔλεγεν· « Εἰ ἐπιστεύετε Μωϋσεῖ, ἐπιστεύετε ἂν ἐμοί· περὶ γὰρ ἐμοῦ ἐκεῖνος ἔγραψεν. » Ἡ μὲν τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς φωνὴ καλή τε καὶ ἀξιάγαστος· ἀκράτῳ δὲ ἤδη κατεχόμενοι οἱ μαθηταὶ δείματι, πίπτουσιν ἐπὶ πρόσωπον, ἵνα πάλιν καὶ διὰ τούτου μάθωμεν, ὡς ἀναγκαιοτάτη τοῖς ἐπὶ γῆς ἡ τοῦ Σωτῆρος γέγονε παρουσία καὶ μεσιτεία γενομένη δηλαδὴ κατὰ τὸν τῆς ἐνανθρωπήσεως τρόπον. Εἰ μὴ γὰρ γέγονε καθ' ἡμᾶς ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ Λόγος, τίς ἂν ἡμῶν ἤνεγκεν ἄνωθεν προσβάλλοντα Θεόν; τίς δ' ἂν ὑπέστη D τὴν ἄφραστον αὐτοῦ δόξαν, τὴν οὐδενὶ τάχα τῶν γενητῶν φορητήν; Φῶς γὰρ αὐτὸν οἰκεῖν ἀπρόσιτον, καὶ ὁ θεσπέσιός φησι Παῦλος.

V. 38. *Et ecce vir de turba exclamavit*, etc.

Haud inculpabilem vir hic fecit accessum; incusavit enim sanctorum apostolorum cœtum, qui dæmonium increpare nequivissent. Oportebat autem eum potius reverentiam Jesu exhibentem, auxilium ejus implorare. Ideo Christus ait: « O generatio incredula! » propter tuam scilicet incredulitatem gratia non est operata. Nam quod et ad

*Καὶ ἰδοὺ ἀνὴρ ἀπὸ τοῦ ὄχλου ἀνεβόησε*, κ. τ. λ.

(B f. 95 b, C f. 127 b) Οὐκ ἀμώμητον οὗτος τὴν πρόσοδον ἐποιήσατο, κατεβόησε γὰρ τοῦ χοροῦ τῶν ἁγίων μαθητῶν, ὡς μὴ ἰσχυσάντων ἐπιτιμῆσαι τῷ δαιμονίῳ. Ἔδει γὰρ τιμῶντα μᾶλλον τὸν Ἰησοῦν τὴν παρ' αὐτοῦ αἰτεῖν ἐπικουρίαν. Διό φησιν ὁ Χριστός· « Ὦ γενεὰ ἄπιστος! » Διὰ τὴν σὴν, λέγων, ἀπιστίαν οὐκ ἐνήργηκεν ἡ χάρις. Ὅτι γὰρ χρὴ μετὰ

[90] I Cor. xv, 43. [91] Matth. xiii, 43. [92] Joan. v, 45. [93] I Tim. vi, 16.

Digitized by Google

πίστεως καὶ Χριστῷ προσιέναι, καὶ τοῖς παρ' αὐτοῦ τὴν τοῦ δύνασθαι θαυματουργεῖν χάριν λαβοῦσιν, αὐτὸς ἡμᾶς ἐδίδαξε, πανταχοῦ τὴν πίστιν αἰτῶν παρὰ τῶν προσιόντων αὐτῷ. Ταύτης ἕνεκα τῆς αἰτίας αὐτοῦ καταβοᾷ ὁ Χριστὸς, γενεὰν ἄπιστον καὶ διεστραμμένην αὐτόν τε καὶ τοὺς ὁμογνώμονας αὐτοῦ ἀποκαλῶν· ὁ γὰρ ἄπιστος, καὶ διεστραμμένος πάντως, κατ' οὐδένα τρόπον ὀρθοποδεῖν εἰδώς· τοῖς οὕτω γνώμης ἔχουσιν ἀνοσιώτατα, οὐκ ἀξιοῖ συνεῖναι Χριστός. Καὶ εἰ χρή τι τῶν ἀνθρωπίνων εἰπεῖν, ὀλιγωρεῖ καὶ ἀκηδιᾷ· « Ἕως τίνος, λέγων, ἔσομαι πρὸς ὑμᾶς, καὶ ἀνέξομαι ὑμῶν; » Ὁ γὰρ λέγων ἀσθενῆ πρὸς τὴν κατὰ τῶν πνευμάτων ἐνέργειαν τοὺς παρ' αὐτοῦ λαβόντας τὴν χάριν, αὐτῆς μᾶλλον κατηγορεῖ τῆς χάριτος, οὐ τῶν λαβόντων αὐτήν. Αὐτοῦ γοῦν ἀνοσίως κατηγόρησεν ὁ εἰπὼν περὶ τῶν μαθητῶν, ὅτι οὐκ ἠδυνήθησαν αὐτὸ ἐκβαλεῖν.

A Christum cum fide sit accedendum, et ad eos qui ab ipso miraculorum gratiam sunt consecuti, ipse nos docuit, fidem ubique exigens ab accedentibus ad se. Atque ob hanc causam hominem objurgat Christus, generationem incredulam et perversam ipsum appellans et ejusdem mentis homines. Etenim qui incredulus est et omnino perversus, nullatenus recte incedere sciet. His corruptissima mente præditis haud dignatur Christus adesse. Et si quid humano more loqui licet, negligit hos et fastidit, « Quandiu, dicens, apud vos ero, et patiar vos? » Nam qui dixerat infirmas fuisse adversus spiritus vires illorum, qui acceperant a Christo gratiam, ipsam gratiam incusaverat potius, quam ejusdem compotes. Itaque Christum impie vituperavit, **241** B qui discipulos ejus dixit non potuisse dæmonium ejicere.

*Ἐπετίμησε δὲ ὁ Ἰησοῦς τῷ πνεύματι τῷ ἀκαθάρτῳ.*

(B f. 96) Ἔδει μὲν οὖν τὸν τοῦ δαιμονῶντος πατέρα λυπούμενον ἀπελθεῖν, οὐ τετυχηκότα τῆς φιλοτιμίας. Ἵνα δὲ μή τις οἴηται καὶ αὐτὸν τὸν Χριστὸν ἀτονῆσαι πρὸς τὴν θαυματουργίαν, ἐπετίμησε τῷ ἀκαθάρτῳ πνεύματι, καὶ παραχρῆμα ἐφυγαδεύετο. « Καὶ ἀπέδωκεν αὐτὸν, φησὶ, τῷ πατρὶ αὐτοῦ· » οὐ γὰρ ἦν ἔτι τοῦ πατρὸς, ἀλλὰ τοῦ κρατοῦντος πνεύματος. Ἐπειδὴ δὲ ἀπεσείσατο τὴν πλεονεξίαν, γέγονε πάλιν τοῦ ἰδίου πατρὸς τῇ Χριστοῦ δυνάμει, ὃς καὶ τοῖς ἰδίοις ἀποστόλοις δέδωκεν ἐξουσίαν τὰς θεοσημείας κατορθοῦν, καὶ τοῖς ἀκαθάρτοις ἐπιτιμᾷν πνεύμασι.

V. 42. *Et increpavit Jesus spiritum immundum.*

Consentaneum fuit dæmoniaci patrem mœstum discedere, beneficio non impetrato. Ne quis tamen existimaret Christo ipsi deesse ad miracula patranda vires, imperavit immundo spiritui, qui illico fugatus est, « Tradiditque, inquit Scriptura, puerum parenti suo. » Neque enim is antea in parentis sui potestate erat, sed ejus a quo obsidebatur. Sed postquam diaboli tyrannidem a se depulit, rursus sub proprio parente fuit, Christi virtute, qui et propriis apostolis miraculorum potestatem tradidit, et impuros spiritus objurgandi.

*Θέσθε ὑμεῖς εἰς τὰς καρδίας ὑμῶν τοὺς λόγους τούτους.*

(B f. 96) Ποία τις ἡ παρασκευάσασα πρόφασις τὸν Χριστὸν ταῦτα νῦν εἰπεῖν πρὸς τοὺς μαθητάς; Ἀνήνεγκε μὲν τοὺς κορυφαίους αὐτῶν εἰς τὸ ὄρος, καὶ μεταμορφωθεὶς ἔδειξεν αὐτοῖς τὴν δόξαν, μεθ' ἧς κατὰ καιροὺς ἐπιλάμψει· κατελθὼν δὲ ἐκ τοῦ ὄρους, πονηροῦ καὶ ἀπηνοῦς πνεύματος ἠλευθέρωσέ τινα. Ἀλλ' ἔδει πάντως αὐτὸν τὸ σωτήριον ὑπὲρ ἡμῶν ὑπομεῖναι πάθος, καὶ τῆς Ἰουδαίων ἀνασχέσθαι σκαιότητος· οὗ γεγονότος, οὐδὲν ἀπεικὸς ἐννοεῖν ἐν θορύβοις ἔσεσθαι τοὺς μαθητὰς, καὶ τοιαῦτά που καθ' ἑαυτοὺς ἐννοεῖν τε καὶ λέγειν· Ὁ τοσοῦτος, ὁ νεκροὺς ἀναστήσας ἐν ἐξουσίᾳ θεοπρεπεῖ, ὁ θαλάσσαις ἐπιτιμῶν καὶ πνεύμασιν, ὁ λόγῳ συντρίβων τὸν Σατανᾶν, πῶς ἥλω νυνὶ, καὶ τοῖς τῶν φονώντων ἐμπέπτωκε βρόχοις; Ἆρ' οὖν ἠπατήμεθα, Θεὸν εἶναι νομίζοντες αὐτόν; Ἵν' οὖν εἰδεῖεν τὸ πάντως ἐσόμενον, ἀπόθετον ὥσπερ εἰς νοῦν ποιεῖσθαι κελεύει τὸ μυστήριον· « Θέσθε γὰρ ὑμεῖς, φησὶν, εἰς τὰς καρδίας ὑμῶν. » Τὸ δὲ *ὑμεῖς* ἐν τούτοις, διαστέλλοντός ἐστιν ἀπὸ τῶν ἄλλων αὐτούς. Ἤθελε γὰρ εἰδέναι αὐτοὺς τὸ συμβησόμενον, οὐ μὴν καὶ λαλεῖν ἑτέροις· τούς τε γὰρ ἀγελαίους λαθεῖν ἔδει, ὅτι πείσεται· καὶ αὐτοὺς

V. 44. (1) *Ponite vos in cordibus vestris sermones istos.*

Quamobrem Christus hæc discipulis ait? Duxerat præcipuos illorum in montem, ubi transfiguratus gloriam ipsis ostenderat, qua constituto tempore radiaturus erat. Mox de monte redux, malo crudelique spiritu quemdam liberaverat. Nihilominus opus erat ipsum salutarem obire passionem, et Judæorum improbitatem sustinere; quæ cum fierent, satis apparebat discipulos perturbandos fore, atque hæc fere secum reputaturos atque dicturos: Qui talis tantusque erat, qui potestate Deo congrua mortuos suscitavit, qui mari et spiritibus imperavit, qui verbo Satanam contrivit; D quomodo hic, inquam, captus est, et in hostium suorum cruentorum laqueos incurrit? Num ergo falsi sumus, dum Deum ipsum esse credidimus? Ut ergo scirent quod omnino futurum erat, depositum quodammodo vult in illorum mentibus hoc mysterium. « Ponite enim, inquit, vos in cordibus vestris. » Jam vocabulum *vos* hoc loco distinguit eos a cæteris. Volebat enim rem eventuram ab ipsis cognosci, **242** non autem cæteris edici. Nam plebem latere volebat futuram suam passionem: ipsos au-

(1) Ad hunc versiculum sic apud cat. D. Thomæ « CYRILLUS: Omnia quæcunque operabatur Jesus, admiratione digna penes omnes erant: irradiabat enim quiddam præcipuum et divinum in qualibet operatione ipsius, secundum illud Psal. xx: *Gloriam et decorem superpones ei.* Etsi omnes mirarentur in his quæ faciebat, ipse tamen hæc quæ sequuntur, non omnibus, sed discipulis, retulit: *Ponite vos,* » etc.

Digitized by Google

tem sibimet insuper persuadere, fore ut resurgeret morte concalcata, atque ita facile scandali detrimentum vitare.

V. 45. *At illi ignorabant verbum istud.*

Quomodo ignorabant discipuli mysterium Christi, quod sæpissime in lege fuerat adumbratum? Erant quidem ipsi de Judæorum grege, non tamen incuriosi ac rudes Mosaicarum litterarum; ideoque et a Christo electi fuerant. Sed enim, ut beatus ait Paulus, « Cæcitas ex parte Israeli contigit, et usque in hodiernum diem cum legitur Moyses, velamen super cor eorum jacet nondum ablatum quia non nisi per Christum tollitur [94]. » Oportet igitur ad Christum accedentes dicere: « Revela oculos meos, et considerabo mirabilia de lege tua [95]. »

A πεπληροφορημένους, ὅτι ἀναβιῴη πατήσας τὸν θάνατον, διαφυγεῖν ἑτοίμως τὰ ἐκ τοῦ σκανδαλίζεσθαι βλάβη.

*Οἱ δὲ ἠγνόουν τὸ ῥῆμα τοῦτο.*

(B f. 96 b) Πῶς ἠγνόουν οἱ μαθηταὶ τὸ Χριστοῦ μυστήριον, πλειστάχοῦ διὰ τῆς τοῦ νόμου σκιᾶς προγραφόμενον; Ἦσαν μὲν γὰρ ἐκ τῆς τῶν Ἰουδαίων ἀγέλης, οὐ ῥᾴθυμοι δὲ οὐδὲ τῶν Μωϋσέως γραμμάτων ἀνεπιστήμονες· καὶ γοῦν διὰ τοῦτο ἀπόλεκτοι γεγόνασι παρὰ Χριστοῦ. Ἀλλ' ὡς ὁ μακάριός φησι Παῦλος· « Πώρωσις ἀπὸ μέρους γέγονε τῷ Ἰσραὴλ, καὶ ἄχρι τῆς σήμερον, ἡνίκα ἀναγινώσκεται Μωϋσῆς, κάλυμμα ἐπὶ τὴν καρδίαν αὐτῶν κεῖται μὴ ἀνακαλυπτόμενον, ὅτι ἐν Χριστῷ καταργεῖται. » Χρὴ τοιγαροῦν προσιόντας τῷ Χριστῷ λέγειν· « Ἀποκάλυψον τοὺς ὀφθαλμούς μου, καὶ κατανοήσω τὰ θαυμάσια ἐκ τοῦ νόμου σου. »

B

V. 46. *Intravit autem cogitatio in eos, quis eorum major esset.*

(1) Non omnes morbo hoc beatos discipulos laborasse puto; neque enim credibile est communem cunctos unamque infirmitatem præ se tulisse. Sed unus, ut arbitror, hanc miseriam experto, ne quem nominatim condiscipulorum accusare sapientissimus evangelista videretur, indefinite narrat, dicens cogitationem eis incidisse, quis ipsorum major esset.— Itaque vanæ gloriæ passio sanctorum aliquem apostolorum invasit. Namque in mente revolvere quisnam eorum major esset, ambitiosi hominis est et aliis præminere volentis. Sed qui omnia scit Christus Deus noster, in discipuli mente cogitationem hanc, tanquam amarum quid et noxium, uti scriptum est, priusquam alte succresceret, antequam roboraretur, ex ipsa radice malum germen evertit. Namque incipientes intra nos passiones facile vincuntur; adultæ autem ægre **243** expelluntur (2). Qua ergo ratione vanæ gloriæ passionem amputat spirituum medicus? Manu cepit puerum, et juxta se collocavit. Id vero juvandi causa fecit tum sanctos apostolos, tum etiam nos post illos. Depascitur enim hic morbus omnino homines, si certe sint in aliquo superiore gradu præ aliis. Cujusnam itaque rei typum et imaginem hunc coram exhibitum puerum esse volebat? Utique innocuæ et sine ambitione vitæ. Hæc enim ætas mentem habet incorruptam, sincerum cor, et cogitationum simplicitatem; vanæ gloriæ non studet, nescit ambitionis mores. Deinde ait Christus: « Qui hunc puerum receperit in nomine meo, » et reliqua. Id est, « Qui minimus est ex omnibus vobis,

*Εἰσῆλθε δὲ διαλογισμὸς ἐν αὐτοῖς, τὸ τίς ἂν εἴη μείζων αὐτῶν.*

(B f. 96 b) Οὐ πάντας οἶμαι τοὺς μακαρίους μαθητὰς τὴν τοιαύτην ἐσχηκέναι νόσον· ἀπίθανον γὰρ ἅπαντας κοινὴν καὶ μίαν εὐθὺς εἰσδέξασθαι νόσον· ἑνὸς δὲ, ὡς οἶμαι, παθόντος αὐτὴν, ἵνα μή τινα διαβολὴν κατά τινος τῶν συμμαθητῶν ὁ σοφώτατος εὐαγγελιστὴς ἐξυφαίνων εὑρεθῇ, ἀδιορίστως ἀποφαίνεται λέγων, ὅτι « Εἰσῆλθε διαλογισμὸς ἐν αὐτοῖς, τὸ, τίς ἂν εἴη μείζων αὐτῶν. » — (C f. 127 b) Πάθος δὴ οὖν διακένου δόξης εἰσδεδράμηκέ τινα τῶν ἁγίων ἀποστόλων· τὸ γὰρ ὅλως διαλογίζεσθαι τὸ, τίς ἂν εἴη μείζων αὐτῶν, φιλονεικοῦντός ἐστι καὶ τὸ προεστάναι τῶν ἄλλων ἐπιθυμήσαντος. Ἀλλ' ὁ τὰ πάντα εἰδὼς Χριστὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν ἐν τῇ τοῦ μαθητοῦ διανοίᾳ διαλογισμὸν ὥσπερ τινὰ πικρίαν ἄνω φύουσαν, κατὰ τὸ γεγραμμένον, πρὶν εἰς ὕψος ἀρθῆναι, πρὶν ἀδρυνθῆναι, ἐκ ῥίζης αὐτῆς ἀναβαθρεύει τὸ κακόν. Ἀρχόμενα γὰρ ἐν ἡμῖν τὰ πάθη, νικᾶται (cod. νικᾷ) ῥᾳδίως, ἀδρυνθέντα δὲ δυσαπόβλητά ἐστι. Πῶς οὖν ἆρα τὸ φιλόδοξον πάθος ἀποκείρει ὁ πνευμάτων ἰατρός; Ἐπελάβετο τὸ παιδίον, καὶ ἔστησεν αὐτὸ παρ' ἑαυτῷ. Ὠφελείας δὲ χάριν ἐποιεῖτο τὸ χρῆμα καὶ αὐτοῖς τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις, καὶ ἡμῖν δὲ τοῖς μετ' ἐκείνους. Περιβόσκεται γὰρ ἡ τοιάδε νόσος ὡς ἐπίπαν τοὺς ἀνθρώπους, εἴπερ ἄν εἶεν ἐν ὑπεροχῇ τῇ κατά τινων [cod. καταπίνων]. Τίνος οὖν ἆρα τύπον καὶ εἰκόνα τὸ παρενεχθὲν ἐποιεῖτο παιδίον; Ἀπονήρου καὶ ἀφιλοδόξου ζωῆς· ἀκαπάλευτον γὰρ ἔχει τὴν γνώμην, ἀνώθευτον τὴν καρδίαν, καὶ ἔστιν ἐν ἁπλότητι διαλογισμῶν· οὐ φιλοδοξίας ἐρᾷ, οὐκ οἶδεν ὑπεροχῆς τρόπον. Εἶτά φησιν, ὅτι· « Ὃς ἂν δέξηται τοῦτο τὸ παιδίον ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου, » καὶ τὰ ἑξῆς

C

D

[94] II Cor. III, 14. [95] Psal. CXVIII, 18.

(1) Anctior hic initio Cyrillus apud D. Thomam. « Cyrillus. Insidiatur diabolus multimode diligentibus optimam vitam; et siquidem per carnales illecebras, obsidere valet alicujus mentem, affectus voluptatum exacuit; si quis hos effugerit laqueos cupidinis, gloriæ suscitat passionem, quæ quidem passio vanæ gloriæ invasit quemdam apostolorum suorum; unde dicitur: *Intravit autem*, etc. »

(2) Hic interponitur apud D. Thomam ex Cyrillo. « Unde sequitur: *At Jesus videns cogitationes*, etc. Discat qui nudum hominem putat esse Jesum, se errasse: quamvis enim Verbum caro factum sit, mansit tamen Deus: nam solius Dei est posse rimari corda et renes. »

Digitized by Google

τουτέστιν, « Ὁ μικρότερος ἐν πᾶσιν ὑμῖν ὑπάρχων, A hic magnus erit : » modestum nempe dicens, et οὗτος ἔσται μέγας, » τὸν μετριόφρονα λέγων, καὶ οὐδὲν ὑψηλὸν περὶ ἑαυτοῦ λογιζόμενον δι' εὐλάβειαν. nihil altum de se cogitantem propter insitam religionem.

*Ὃς ἂν δέξηται τοῦτο τὸ παιδίον ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου*, κ. τ. λ. V. 48. *Quicunque susceperit puerum istum in nomine meo*, etc.

(B f. 98 b) Ὅτε τοίνυν τοῖς τιμῶσιν ἁγίους εἷς τε καὶ ὅμοιος ὁ μισθὸς, κἂν μικρὸν εἴη τις τυχὸν, κἂν τῶν ἐν προὐχοντι μέτρῳ τε καὶ δόξῃ (« Ὁ δεχόμενος γάρ, φησὶ, τὸ παιδίον τοῦτο, ἐμὲ δέχεται, καὶ τὸν Πατέρα μου » ), πῶς οὐχ ἧλον παντελῶς τὸ ἀλλήλοις φιλονεικεῖν, καὶ πρωτείων ἐρᾷν; Διατρανοῖ δὲ ἐπὶ πλέον τὸν ἐπὶ τούτῳ τῷ λόγῳ σκοπὸν, καί φησιν, τὸν μικρότερον ἐν πᾶσι διὰ ταπεινοφροσύνην, τοῦτον εἶναι μέγαν. Διότι γέγραπται, ὅτι « Πᾶς ὁ ὑψῶν ἑαυτὸν, ταπεινωθήσεται· ὁ δὲ ταπεινῶν ἑαυτὸν, ὑψωθήσεται (1). » Cum igitur honorantibus sanctos una æqualisque sit merces, sive tenuis quidam sit ille, sive in magna fortuna ac dignitate constitutus : (nam « Qui hunc puerum, inquit, suscipit, me suscipit et Patrem meum : ») quidni vanum omnino sit invicem æmulari, primatumque ambire? Scopum autem sermonis sui magis explanat dicens, eum qui minimus omnium propter animi humilitatem fuerit, hunc revera esse magnum. Propterea scriptum est, B quod « Omnis qui se exaltat, humiliabitur ; qui autem se humiliat, exaltabitur [96]. »

*Εἶπεν αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· Αἱ ἀλώπεκες φωλεοὺς ἔχουσι*, κ. τ. λ. **244** V. 58. *Dixit illi Jesus : Vulpes foveas habent*, etc.

(B f. 98 b) Δικαίως τοῦτον ἀπεπέμψατο· ἐχρῆν γὰρ αὐτὸν λαβεῖν τὸν ἑαυτοῦ σταυρὸν, ἤγουν ἀποτάξασθαι τοῖς ματαίοις τοῦ βίου τούτου περισπασμοῖς. « Ἡ γὰρ φιλία τοῦ κόσμου ἐχθρὰ τοῦ Θεοῦ ἐστι. » Τοιοῦτον ὄντα τὸν ἄνθρωπον ἐλέγχει πλαγίως, οὐχ ὀνειδίζων μᾶλλον, ἀλλ' ἐπανορθῶν· διὰ τοῦτό φησιν· Merito hunc dimisit, quem oportuisset crucem suam sibi sumere, et vanis vitæ curis valedicere. Nam « Mundi amicitia, inimica Dei est [97]. » Hunc hominem ita se habentem oblique reprehendit, non tam convicians quam corrigens. Propterea dicit : « Vulpes foveas habent, et cœli volucres habitacula ;

[96] Luc. XIV, 11. [97] Jacob. IV, 4.

(1) Ad v. 49. Sic apud D. Thomam : « Cyrillus. Sed oportebat magis pensare, non hunc ipsum esse miraculorum auctorem, sed gratiam quæ est in eo qui in virtute Christi miracula perficit. Quid autem si non connumerentur apostolis, qui Christi gratia coronantur? Multæ sunt differentiæ Christi C donorum: sed quia tradidit Salvator potestatem apostolis ut spiritus immundos ejicerent, putaverunt nulli aliorum quam sibi solis licere concessam gerere dignitatem, et ideo accedunt sciscitantes an liceat et aliis hoc gerere. »

Ad v. 50. Apud D. Thomam : « Cyrillus. Quasi dicat: pro vobis, qui Christum diligitis, sunt qui prosequi volunt ea quæ ad ipsius gloriam spectant, ejusdem gratia coronati. »

Ad v. 51. D. Thomas et Corderius in catenis : « Cyrillus. Hoc est, cum immineret tempus, quo decebat de reliquo Dominum tolerata salubri passione in cœlum quidem conscendere, consedere vero Deo ac Patri, decrevit ascendere in Jerusalem. Hoc enim existimo significare illud, *Firmavit faciem suam.* » etc.

Item ad v. 52. Corderius in catena : « Cyrillus. Misit nuntios qui sibi comitibusque suis diversorium pararent. Illi vero cum in oppidum Samaritanorum venissent, non fuere recepti ; quamobrem indignabantur sancti discipuli, non tam sui ipsorum causa, quam quod Servatorem omnium ac Dominum non honorassent. Deinde potentiæ ipsi insitæ magnitudinem non ignorantes, dixerunt : *Domine, vis dicimus, ut ignis descendat de cœlo, et consumat illos?* Hoc autem aiebant nondum nova gratia confirmati, sed adhuc pro antiqua consuetudine ad Eliam respicientes, qui bis quinquaginta cum eorum ducibus combussit. Hoc autem cum dicerent, increpavit illos Christus, quod persequentium se Samaritanorum impietatem sine misericordia judicarent. Et non placuit hoc illis audientibus quod nondum participassent de mansuetudine ac spiritus benignitate. »

Item D. Thomas in catena : « Cyrillus. Sed cum Dominus, qui omnia noverat, sciret quod ejus nuntii non essent a Samaritanis recipiendi, ideo tamen præcepit eis ut præcederent, quia mos erat ei omnia satagere erga profectum discipulorum. Ascendebat quidem Hierosolymam propinquante tempore passionis. Ut igitur quando pati eum viderent, non scandalizarentur, considerantes quod oportet patientes esse cum contumelias inferunt aliqui, præmisit quasi quoddam præludium Samaritanorum repulsam. Profuit autem eis et aliter. Futuri enim erant doctores orbis terrarum, civitates et villas percurrentes ad prædicandum evangelicam doctrinam ; quibus aliquando occurrerent aliqui minime recipientes sacram prædicationem, quasi non concedentes secum habitare Jesum. Docuit igitur eos, quod divinam annuntiantes doctrinam, pleni esse deberent patientia et mansuetudine, non autem hostiles et iracundi, et adversus peccantes in eos atrociter insurgentes. Sed adhuc non erant tales ; imo zelo fervido concitati volebant ignem de cœlo super eos deducere. »

Ad v. 57, apud D. Thomam in cat. : « Cyrillus. Etsi munificus sit omnium Dominus, non simpliciter et improvide singulis dat superna et divina D dona, sed illis qui digni sunt recipere, qui scilicet animam suam alienant a maculis pravitatum ; et hoc nos docet evangelicorum verborum virtus, cum dicitur : *Factum est autem, ambulantibus illis*, » etc.

Item ad v. 57, sic apud Corderium et D. Thomam : « Cyrillus. Quid igitur ad hæc dicemus? Non erat ille scopus ejus, uti conspicuum fit attente considerantibus, quoniam primum quidem plurima in accessu ejus continetur inertia, et consequenter nimia impudentia plenus est. Non enim simpliciter Christum sequi petebat, ut et plurimi alii ex multitudine Judæorum, sed magis insiliebat ad apostolicas dignitates, ac talem ipse quærebat sequelam a semetipso vocatus ; cum beatus Paulus dicat : *Nec quisquam sibi sumit honorem, sed qui vocatur a Deo* (*Hebr.* v, 4.) »

Digitized by Google

Filius autem hominis non habet ubi caput suum reclinet. » Profecto simplicior loci sensus hic est. Videtur tamen profundiore sensu vulpes et cœli volucres dicere maleficos et dolosos dæmonum greges; sic enim sæpenumero apud sacram Scripturam appellantur (1): « Capite nobis vulpes parvulas quæ demoliuntur vineas [98]. » Et ipse Dominus Herodem vulpem vocitavit [99]. Et de jactis in terra seminibus dicit, ea volucres cœli vorasse, malos nimirum spiritus innuens [1]. Si quidem igitur **245** hujusmodi vulpes et volucres caveas suas recessusque in nobis habent, quomodo veniet Christus? Ubinam requiescet? Quænam societas lucis cum tenebris [2] (2)?

A « Αἱ ἀλώπεκες φωλεοὺς ἔχουσι, καὶ τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ κατασκηνώσεις· ὁ δὲ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου οὐκ ἔχει ποῦ τὴν κεφαλὴν κλίνῃ. » Καὶ ἡ μὲν ἁπλουστέρα διάνοια αὕτη. Ἔοικε δὲ κατὰ τὴν βαθυτέραν ἔννοιαν ἀλώπεκας καὶ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ τὰς πανούργους καὶ δολερὰς τῶν δαιμόνων ἀγέλας ἀποκαλεῖν· οὕτω γὰρ πολλαχοῦ τῆς θείας Γραφῆς κέκληνται· « Πιάσατε ἡμῖν ἀλώπεκας μικρούς, ἀφανίζοντας ἀμπελῶνας. » Καὶ αὐτὸς δὲ ὁ Κύριος τὸν Ἡρῴδην ἀλώπεκα προσεῖπε. Καὶ περὶ τῶν ἐν τῇ γῇ καταβληθέντων σπερμάτων φησὶ, ὅτι τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ κατέφαγεν αὐτά, περὶ τῶν πονηρῶν πνευμάτων λέγων. Ὅτε τοίνυν αἱ τοιαῦται ἀλώπεκες καὶ τὰ πετεινὰ φωλεοὺς καὶ καταδύσεις ἔχουσιν ἐν ἡμῖν, πῶς ἕλθῃ Χριστός; Ποῦ δὲ ἀναπαύσεται; Τίς κοινωνία φωτὶ B πρὸς σκότος;

V. 59. *Permitte mihi primum ire, et sepelire patrem meum.*

Honestum hic et laudabile propositum demonstraverat. Verumtatem postulatio ut suis sibi valedicere liceret, hipertitam seu vacillantem innuit mentem. Nam velle omnino communicare antea cum iis, qui idem vitæ institutum non sunt amplexuri, haud est firmi judicii documentum. Propterea dicit ei: « Nemo mittens manum suam, » et reliqua. Nam sicut arator, si forte ad absolvendum opus torpuerit, fructuum ubertatem non est visurus, sic etiam qui Christum quidem sequi decrevit, neque tamen mundanis negotiis valedicit, neque cognatis hominibus, præsertim iis qui idem C propositum non ceperunt, nequaquam hic bonam animi sui fiduciam consummabit, neque aptus erit regno cœlorum. Nam qui hujusmodi est, is aratro quidem manum applicat, ideoque ad sequendum videtur paratus; sed tamen retro respicit, quia moræ causam facit colloquia cum suis et deliberationem. Atqui haud tales fuisse comperiemus sanctos apostolos. Vix enim audita Christi voce, « Venite post me, » relicta navi et patre secuti sunt illum. Quorum exemplum imitari oportet Christi asseclas (3).

*Ἐπίτρεψόν μοι ἀπελθόντι πρῶτον θάψαι τὸν πατέρα μου.*

(B f. 99 b) Ἀξιοζήλωτον μὲν οὖτος τὴν ὑπόσχεσιν ἐνεδείξατο καὶ ἐπαινουμένην· τὸ δὲ ζητεῖν ἀποτάξασθαι τοῖς οἰκείοις, μεμερισμένην ἔχειν ἐνδείκνυται τὴν διάνοιαν· τὸ γὰρ ἐθέλειν ὅλως προανακοινοῦσθαι τοῖς μὴ ἀποδεξομένοις, οὐ βεβηκότος ἐστὶ λογισμοῦ. Διὸ καί φησι πρὸς αὐτόν· « Οὐδεὶς ἐπιβαλὼν τὴν χεῖρα αὐτοῦ, » καὶ τὰ ἑξῆς. Ὥσπερ γὰρ ὁ ἀροτριῶν, ὅταν ὀκνήσῃ πρὸς τὸ λεῖπον, οὐκ ὄψεται τοὺς καρποὺς πληθύνοντας, οὕτως καὶ ὁ ἑλόμενος μὲν ἀκολουθεῖν τῷ Χριστῷ, οὐκ ἀποτασσόμενος δὲ τοῖς κοσμικοῖς πράγμασι, καὶ τοῖς κατὰ σάρκα οἰκείοις, μάλιστα τοῖς μὴ τὸν σκοπὸν ἀποδεχομένοις αὐτοῦ, οὐδαμῶς οὗτος κατορθώσει τὴν ἀγαθὴν εὐτολμίαν, οὐδὲ εὔθετός ἐστιν εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. Ὁ γὰρ τοιοῦτος ἐπιβάλλει μὲν ἀρότρῳ τὴν χεῖρα, διὸ πρόθυμός ἐστιν ἀκολουθεῖν· ὀπίσω δὲ βλέπει, διότι ἀναβολῆς πρόφασιν ποιεῖται τὴν πρὸς τοὺς οἰκείους διάλεξιν καὶ συμβουλήν. Ἀλλ' οὐδαμῶς τοιούτους εὑρήσομεν ὄντας τοὺς ἁγίους ἀποστόλους· ἅμα γὰρ τῷ ἀκοῦσαι τοῦ Χριστοῦ λέγοντος· « Δεῦτε ὀπίσω μου, » ἀφέντες τὸ πλοῖον, καὶ τὸν πατέρα αὐτῶν, ἠκολούθησαν αὐτῷ. Θὸς μιμεῖσθαι χρὴ τοὺς ἀκολουθοῦντας Χριστῷ.

[98] Cant. II, 15. [99] Luc. XIII, 32. [1] Luc. VIII, 5. [2] II Cor. VI, 14.

(1) In catena Corderii hic ex Cyrillo interscritur: « De quibusdam enim beatus Psalmodes ait: *Partes vulpium erunt.* (*Psal.* LXII, 11.) In Canticorum autem cantico, » etc.

(2) Additur apud Cord. « Requiescit siquidem in iis qui ipsum diligunt, vitat autem profanum. »

(3) Ad hunc v. 59, sic in catenis Lat. Corderii et D. Thomæ: « Vel aliter. CYRILLUS: Erat enim pater senectute gravatus. Putat autem honestum aliquid agere, dum proponeret observare ei debitam pietatem, secundum illud Exod. XX, 12: *Honora Patrem tuum et matrem tuam.* Unde ubi vocatus est ad evangelicum ministerium, dicente Domino, *Sequere me*, quærebat inducias quæ sufficere possent ad decrepiti patris sustentationem, dicens: *Permitte mihi*, etc. Neque dicimus quod pridem defunctum patrem sepelire voluerit; non enim prohibuisset hoc facere volentem Christus: sed sepelire dixit, pro, usque ad sepulturam de alimentis providere. Quid igitur ad ipsum Salvator? *Sine ut mortui sepeliant mortuos suos; tu autem vadens, annuntia regnum Dei.* Erant siquidem etiam alii domestici et propinqui, qui patris illius curam gerebant; sed adhuc mortui, uti autumo, eo quod necdum in Christum crederent, neque per Spiritum sanctum in vitam aliam regenerati adhuc essent. Illi, inquit, sepeliant mortuos suos, cum et ipsi mentem habeant mortuam, neque annumerari possint iis qui Christo vivunt. — Hinc percipe quod præferenda sit pietas qua Deo tenemur, amori parentum; quibus reverentiam exhibemus, qui per eos geniti sumus. Sed omnium Deus, cum non essemus, ad exsistendum nos perduxit; parentes autem facti sunt ministri introitus ad exsistentiam. »

Digitized by Google

ΚΕΦ. Ι'.

*Ἀνέδειξεν ὁ Κύριος καὶ ἑτέρους ἑβδομήκοντα.*

Καὶ ἐπειδὴ πολλή τις ἔμελλεν ἔσεσθαι τῶν εἰς αὐτὸν πιστευόντων ἡ πληθύς, ἐσαγηνεύετο γὰρ οὐ μόνον ὁ Ἰσραὴλ, ἀλλὰ γὰρ καὶ αἱ τῶν ἐθνῶν ἀγέλαι· διὰ τοῦτο ἀνεδείχθησαν παρὰ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν πρὸς τοῖς δύο καὶ δέκα καὶ ἕτεροι ἑβδομήκοντα. (Τὰ ἀκόλουθα τούτων, οἷον· « Ὁ μὲν θερισμὸς πολὺς (1), » καὶ τὰ ἑξῆς· καὶ, « Μὴ μεταβαίνετε ἐξ οἰκίας εἰς οἰκίαν, » ὅπερ ῥεμβασμὸν δηλοῖ, καὶ μισθὸν αἰτούντων, καὶ διαβολῆς ἐστι τεκμήριον· προεγράφετο εἰς τὸ κατὰ Ματθαῖον (2). Ἔτι δὲ καὶ τὰ τούτων ἀκόλουθα ἕως ὧδε· « Ὁ δὲ ἐμὲ ἀθετῶν, ἀθετεῖ τὸν ἀποστείλαντά με. »)— (B f. 100 b) Τούτου ὁ τύπος καὶ ἐν τοῖς Μωϋσέως προεγράφετο λόγοις· ἑβδομήκοντα μὲν γὰρ ἐπελέξατο, καὶ αὐτὸς Θεοῦ προστάττοντος· ἐπηφίει δὲ τοῖς ἐξειλεγμένοις τὸ Πνεῦμα Θεός· καὶ καθ' ἕτερον δὲ τρόπον τούς τε δώδεκα μαθητὰς, καὶ αὐτοὺς τοὺς ἑβδομήκοντα, διὰ τῆς τοῦ νόμου σκιᾶς σημαινομένους εὑρήσομεν· γέγραπται γὰρ ἐν τῇ ἐξόδῳ περὶ τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ· « Ἦλθον, φησὶν, Ἐλὴμ (ἑρμηνεύεται δὲ *ἀνάβασις*, ἤτοι *αὔξησις*), καὶ ἦσαν ἐκεῖ δώδεκα ὑδάτων πηγαὶ, καὶ ἑβδομήκοντα στελέχη φοινίκων. » Ἀναβαίνοντες γὰρ εἰς τελεωτέραν σύνεσιν καὶ αὔξησιν πνευματικὴν, εὑρίσκομεν τοὺς δώδεκα ἁγίους ἀποστόλους, καὶ τοὺς ἀναδειχθέντας ὑπὸ Χριστοῦ ἑβδομήκοντα. Ἀρρυόμεθα γὰρ ὡς ἐκ πηγῶν ἁγίων τῶν τοῦ Σωτῆρος μαθητῶν παντὸς ἀγαθοῦ εἴδησιν. Θαυμάζομεν δὲ καὶ τοὺς ἑβδομήκοντα, καὶ οἱονεὶ φοίνικας εἶναί φαμεν· εὐκάρδιον γὰρ τὸ φυτὸν, εὔκαρπόν τε καὶ εὔριζον, καὶ ἀεὶ τοῖς ὕδασιν ἐντεθηλός.

*Ἐγὼ ἀποστέλλω ὑμᾶς ὡς ἄρνας ἐν μέσῳ λύκων. — Μὴ βαστάζετε βαλάντιον*, κ. τ. λ.

(B f. 101) Προλέγει τοὺς διωγμοὺς, ἵνα ἐνέγκωσι τὴν πεῖραν. Καὶ πῶς ἂν περιγένοιτο πρόβατον λύκου; Ἐγὼ, φησὶ, συνέσομαι, καὶ συνασπιῶ, μεταβάλλων τοὺς λύκους εἰς πρόβατα· οὐδὲν γάρ μου τῷ θελήματι ἀνθέστηκεν· καὶ τοῦτο ἡ πεῖρα ἔδειξεν ἐπὶ Παύλου· τὸν γὰρ παντὸς λύκου ἀπηνέστερον τοῖς πιστεύουσιν εἰς αὐτὸν, προβάτου πεποίηκεν ἡμερώτερον. (B f. 101) Οὐδὲ τὴν περὶ τοῦ σώματος ἔχειν φροντίδα ἐπιτρέπει, μὴ ὅτι περὶ τὰ ἔξω τοῦ σώματος ἀσχολεῖσθαι, ὅπου μὴ δὲ ἐφοδίων φροντίσαι, μηδὲ ἐπικομίσασθαί τι τῶν οὐκ ἤδη περικειμένων τῷ σώματι, οἷον ὑποδήματα· ἀλλ' ἐπ' αὐτῷ πᾶσαν τίθεσθαι

[a] Num. xi, 16. [b] Exod. xv, 27.

(1) Apud D. Thomam in cat. : « Cyrillus. Sicut autem agri spatiosi messores multos exigunt, sic multitudo crediturorum in Christum. Unde subdit : *Rogate*, etc. Illud autem attende, quod cum dixisset *Rogate Dominum*, etc., ipse postmodum hoc peregit. Ipse igitur est dominus messis, ac per eum et cum eo Deus Pater omnibus dominatur. »

(2) Videlicet ad Matth. ix, 1 seqq. Sed enim Cyrilliani ad hos Matthæi locos commentarii vix raræ laciniæ in symbolis a Corderio et Possino editis occurrunt.

A

246 CAP. X.

V. 1. *Designavit Dominus et alios septuaginta.*

Et quia multus futurus erat credentium in eum numerus; namque haud Israel solus sagena conclusus fuit, sed etiam ethnicorum greges : propterea designati fuerunt a Deo nostro Christo, ultra illos duodecim, alii quoque septuaginta. (Jam vero quæ his subtexuntur, nempe, « Messis quidem multa » et reliqua ; et, « Ne transieritis de domo in domum, » id quod inconstantiam demonstrat, et mercedis postulationem, nec non querulæ ingenii indicium est ; hæc, inquam, in Matthæo jam scripsimus. Insuper et his consectanea usque huc : « Qui me negat, negat mittentem me. ») — Numeri hujus exemplum in Moysis scriptis ferebatur ; namque et hic, Deo jubente, septuaginta delegit, quibus Deus Spiritum largitus est [a]. Alio quoque modo tum duodecim discipulos, tum et ipsos septuaginta, legis umbra denotatos inveniemus. Scriptum est enim in Exodo de filiis Israelis : « Venerunt, inquit, in Elim (quod vocabulum interpretatur *ascensus* vel *incrementum*); erantque ibi duodecim fontes aquarum, et septuaginta palmarum plantæ [b]. » Sane si ad perfectiorem intelligentiam et spiritale incrementum ascendimus, duodecim invenimus apostolos, itemque illos designatos a Christo septuaginta. Haurimus enim tanquam e sanctis fontibus discipulorum Servatoris omne bonorum genus. Miramur etiam septuaginta illos, et palmarum instar esse dicimus. Nam bona medulla, fructuque ubere, et firma radice pollet hæc arbor, semperque juxta aquas viget (3).

B

C

247 V. 3, 4. *Ego mitto vos ut agnos in medio luporum.—Nolite portare sacculum*, etc.

Persecutiones prædicit, ut earum experimentum postea tolerent. Quomodo autem lupum superabit ovis? Ego, inquit, vobiscum ero, et protegam, lupos in oves transformans. Nihil enim meæ voluntati resistit. Quod sane experimento in Paulo cognitum est; nam qui lupo quolibet sævior erat adversus fideles Christi, eum ove mansuetiorem effecit. Sed ne corporis quidem curam gerere sinit, neque earum rerum quæ extra corpus sunt : siquidem nec de viatico esse sollicitis concedit, neque quidquam circumferre eorum quæ corpori adhibentur, veluti calceos ; sed in Deo spem omnem vult reponi. De-

D

(3) Pergit in catena Divi Thomæ Cyrillus de palma : « alta simul, et frondes porrigens sursum. »

Ad v. 3. In cat. D. Thomæ : « Cyrillus. Narrat Lucas, consequenter septuaginta discipulos vindicasse sibi a Christo apostolicam eruditionem, modestiam, innocentiam, æquitatem, nihilque mundanorum sacris prædicationibus anteferre; aspirare autem adeo ad fortitudinem mentis, ut nihil terribile formident, neque ipsam mortem. Unde dicit : *Ite*, etc. »

Digitized by Google

nique ne officii quidem aliquam appendicem reti- A neri vult, neque ipsos obvios salutari : id quod olim Elisæo quoque misso indictum fuit, nempe ut recto itinere ad demandatum opus pergeret, neque salutantem resalutaret [a]. Sedulitati enim nocet respectus ad alios. Neque prædicationem impediat colloquium incidens, neque moras nectamus amicitiæ causa. Nulla itaque diabolica malitia nos abripiat.

V. 17, 18. *Reversi sunt cum gaudio*, etc. *Videbam Satanam*, etc.

Ne forte existimarent virtute propria ad prædicandum accedere, testis aderat data ipsis Spiritus gratia. Nam adjunctis doctrinæ miraculis, nullum contra eos prævalebat calumniæ genus. Gaudebant B itaque ceu digni habiti qui miracula ederent, et dæmonia subjugarent. — Jam quod ceu fulgur decidisset, significat Satanam ex alto humi dejectum, ex gloria in ignominiam, ex viribus in infirmitatem. Ante enim Servatoris incarnationem, dominabatur orbi Satanas, ab omnibus ferme cultus. Sed ceu fulgur demum decidit, qui omnes errore deceptos habebat adoratores, et nunc sub pedibus cultorum suorum jacet. Id enim significant verba : « Ecce dedi vobis potestatem serpentes scorpiosque calcandi ; » dæmonas **248** scilicet serpentium scorpionumque vocabulis denotans.

V. 21. *In ipsa hora exsultavit Jesus Spiritu sancto, et dixit*, etc.

Videamus quoque sermonem, quo propter nos et C pro nobis Christus Patrem suum allocutus est. « Confiteor tibi, Pater, Domine cœli ac terræ, quod abscondisti hæc a sapientibus et prudentibus, et revelasti ea parvulis. » (1) En, aiunt hi mente perversi, gratiam se Patri debere ait. Quomodo igitur non est illo minor ? At enim, o egregii, quid impedit, dicet aliquis, quominus consubstantialis Filius commendet dilaudetque Patrem suum, qui per ipsum salutem mundi efficiebat? Quod si putas, propter hanc confessionem, Filium esse minorem, audi reliqua. Dominum cœli ac terræ suum vocat Patrem. Atqui omnipotentis Dei Filius, sine dubio cum illo rebus omnibus dominatur, superque omnia est Deus ex Deo, omnino æqualis ei substantialiter. — Nobis revelavit Deus Pater absconditum D

[a] IV Reg. IV, 29.

την φρυντίδα. Ἀλλ' οὐδὲ τῆς σπουδῆς παρελκυσμόν τινα παρῆκε προσδέξασθαι, μηδὲ ἄχρι τοῦ τῶν συντυγχανόντων ἀσπασμοῦ συγχωρήσας ἀφέλκεσθαι· ὃ καὶ πάλαι ὑπὸ Ἐλισσαίου ἐλέγετο τῷ ἀποσταλέντι, εὐθείᾳ ὁρμῇ ἐπὶ τὸ ἔργον χωρεῖν, καὶ μηδὲ εὐλογοῦντα ἀντευλογεῖν. Ζημία γὰρ τῆς σπουδῆς ἡ πρὸς ἑτέρους ἀπόνευσις· μηδὲ τοῦτο, φησὶν, ἐμπόδιον τοῦ κηρύγματος γένηται, ὁμιλίας ἐν μέσῳ παρεμπιπτούσης, καὶ βραδύτητος προφάσει φιλίας. Μηδεμία οὖν διαβολικὴ κακουργία ὑμᾶς ἀποσπάσῃ.

*Ὑπέστρεψαν μετὰ χαρᾶς*, κ. τ. λ. *Ἐθεώρουν τὸν Σατανᾶν*, κ. τ. λ.

(B f. 102 b) Ἵνα γὰρ μὴ νομίζοιντο οἰκοθεν ἥκειν πρὸς τὸ κήρυγμα, ἐμαρτύρει ἡ δοθεῖσα αὐτοῖς τοῦ Πνεύματος χάρις· ἐπαγομένης γὰρ τῷ λόγῳ τῆς θεοσημείας, οὐδεὶς ἂν ἴσχυσεν κατ' αὐτῶν συκοφαντίας τρόπος. Ἔχαιρον ὡς ἀξιωθέντες θαυματουργεῖν, καὶ ὑποτάσσειν τὰ δαιμόνια. — (B f. 103) Τὸ ὡς ἀστραπὴν πεσεῖν, δηλοῖ τὸ ἐξ ὕψους αὐτὸν κατενεχθῆναι πρὸς γῆν, ἐκ δόξης εἰς ἀτιμίαν, ἐξ ἰσχύος εἰς ἀσθένειαν. Πρὸ μὲν γὰρ τῆς οἰκονομίας τοῦ Σωτῆρος κατεκράτησε τῆς ὑπ' οὐρανὸν, προσκυνηθεὶς σχεδὸν παρὰ πάντων· τότε δὲ πέπτωκεν ὡς ἀστραπὴ, ὁ πάντας ἔχων προσκυνητὰς τοὺς πεπλανημένους, καὶ ὑπὸ πόδας τέθειται τῶν προσκυνούντων αὐτόν· τοῦτο γὰρ μηνύει τό· « Ἰδοὺ δέδωκα ὑμῖν ἐξουσίαν τοῦ πατεῖν ἐπάνω ὄφεων καὶ σκορπίων· » τοὺς δαίμονας, ὄφεις καὶ σκορπίους καλῶν (2).

*Ἐν αὐτῇ τῇ ὥρᾳ ἠγαλλιάσατο τῷ Πνεύματι* (3) *ὁ Ἰησοῦς, καὶ εἶπεν*, κ. τ. λ.

(A f. 137) Ἴδωμεν δὲ καὶ τοὺς λόγους, οὓς δι' ἡμᾶς ὑπὲρ ἡμῶν Χριστὸς ἐποιήσατο πρὸς τὸν ἑαυτοῦ Πατέρα· « Ἐξομολογοῦμαί σοι, Πάτερ, Κύριε τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς, ὅτι ἀπέκρυψας ταῦτα ἀπὸ σοφῶν καὶ συνετῶν, καὶ ἀπεκάλυψας αὐτὰ νηπίοις. » (B f. 103 b) Ἰδοὺ, φασὶν οἱ διεστραμμένοι τὸν νοῦν, χάριν ὁμολογεῖ τῷ Πατρί· πῶς οὖν οὐκ ἐλάττων αὐτοῦ ; Καὶ τί τὸ κωλύον, ὦ βέλτιστοι, φαίη τις ἄν, τὸ ὁμοούσιον Υἱὸν ἀποδέχεσθαι, καὶ ἐπαινεῖν τὸν ἑαυτοῦ Πατέρα, σώζοντα δι' αὐτοῦ τὴν ὑπ' οὐρανόν ; Εἰ δὲ νομίζεις διὰ τὴν ἐξομολόγησιν ἐλάττονα εἶναι, ἄκουσον τῶν ἐξῆς. Κύριον οὐρανοῦ καὶ γῆς τὸν ἑαυτοῦ καλεῖ Πατέρα· ὁ Υἱὸς δὲ τοῦ τῶν ὅλων κρατοῦντος Θεοῦ, πάντως που σὺν αὐτῷ δεσπόζει τῶν ὅλων, καὶ ἐπάνω πάντων ἐστὶν ὡς Θεὸς ἐκ Θεοῦ, καὶ τὴν κατὰ πᾶν ὁτιοῦν ἰσότητα πρὸς αὐτὸν ἔχων οὐσιωδῶς.

(1) Hic amplius apud Corderium cat. Lat. « Illud, *Confiteor tibi, Pater*, dicit more hominum, pro, gratiam agnosco, quare laudo te, gratias ago tibi. Solet enim divinitus inspirata Scriptura confessionis nomen secundum talem aliquem modum sumere. Scriptum est enim : *Confiteantur nomini tuo magno.* (*Psal.* CV, 47.) Et iterum : *Confitebor tibi, Domine, in toto corde meo.* (*Psal.* IX, 2.) Verum ecce, etc., ut apud nos sequitur. »

(2) Prosequitur hic apud Corderium, « Idem CYRILLUS. De hoc etiam Ezechiel lamentando dicit : *Tu signaculum similitudinis in paradiso Dei fuisti.* Et paulo post : *Perfectus in viis tuis a die conditionis tuæ, donec inventa est iniquitas in te.* Non extrinsecus inducta, sed nata est in te malitia, et per peccatum tuum vulneratus es; et in terram projeci te. »

(3) Apud Corderium in Lat. cat. « CYRILLUS. *Exsultavit in Spiritu sancto*, hoc est in beneficiis et virtutibus Spiritus sancti, bene sciens a se missos plurimis profuisse, et præ cæteris ipsa experientia gloriam ejus cognovisse, animus ejus lætitia implebatur. Erat enim exsultandum, quoniam bonus hominumque amantissimus Deus, omnes salvari volens, errantium conversionem exsultationis gaudiique occasionem fecerat. »

Digitized by Google

— (A f. 137 b. B f. 104) Ἡμῖν ἀπεκάλυψεν ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ τὸ πρὸ τῆς τοῦ κόσμου καταβολῆς κεκρυμμένον καὶ σεσιγημένον παρ' αὐτῷ μυστήριον· δῆλον δὲ, ὅτι τὸ περὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ Μονογενοῦς, ὃ προεγνώσθη μὲν πρὸ καταβολῆς κόσμου, πεφανέρωται δὲ τοῖς ἐπὶ γῆς ἐν ἐσχάτοις τοῦ αἰῶνος καιροῖς. Γράφει γοῦν ὁ μακάριος Παῦλος, ὅτι « Ἐμοὶ, τῷ ἐλαχιστοτέρῳ πάντων ἁγίων, ἐδόθη ἡ χάρις αὕτη, τοῖς ἔθνεσιν εὐαγγελίσασθαι τὸν ἀνεξιχνίαστον πλοῦτον τοῦ Χριστοῦ, καὶ φωτίσαι πάντας, τίς ἡ οἰκονομία τοῦ μυστηρίου τοῦ ἀποκεκρυμμένου ἀπὸ τῶν αἰώνων ἐν τῷ Θεῷ τῷ τὰ πάντα κτίσαντι. » Οὐκοῦν ἐν τῇ τοῦ Πατρὸς γνώσει ἐκέκρυπτο καὶ πρὸ τῆς τοῦ κόσμου καταβολῆς, τὸ σεπτὸν καὶ μέγα τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν μυστήριον· οὕτω καὶ ἡμεῖς προεγνώσθημεν καὶ προωρίσθημεν εἰς υἱοθεσίαν. Καὶ τοῦτο πάλιν ἡμᾶς ὁ σοφώτατος Παῦλος διδάξει γράφων· « Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὁ εὐλογήσας ἡμᾶς ἐν πάσῃ εὐλογίᾳ πνευματικῇ ἐν ἐπουρανίοις ἐν Χριστῷ πρὸ καταβολῆς κόσμου, εἶναι ἡμᾶς ἁγίους καὶ ἀμώμους κατενώπιον αὐτοῦ, ἐν ἀγάπῃ προορίσας ἡμᾶς εἰς υἱοθεσίαν, διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ εἰς αὐτόν. » Ἡμῖν οὖν ἄρα τοῖς νηπίοις τὸ κεκρυμμένον καὶ σεσιγημένον ἐκ τῶν αἰώνων μυστήριον ἀπεκάλυψεν ὁ Πατήρ.

A apud se silentioque pressum jam inde a constitutione mundi mysterium, id est incarnationem Unigeniti; quæ quidem prævisa fuit ante mundi primordia, sed terræ incolis demum manifestata fuit postremis sæculi temporibus. Scribit ergo beatus Paulus : « Mihi omnium sanctorum minimo data est gratia hæc, in gentibus evangelizare investigabiles divitias Christi : et illuminare omnes, quæ sit dispensatio sacramenti abscondili a sæculis in Deo qui omnia creavit [6]. » Ergo in Patris mente celebatur, **249** etiam ante mundi constitutionem, venerandum magnumque Servatoris nostri mysterium. Sic et nos prævisi fuimus et prædestinati ad adoptionem in filios. Quod rursus nos sapientissimus Paulus docet scribens : « Benedictus Deus et Pater B Domini nostri Jesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spirituali in cœlestibus in Christo ; sicut elegit nos in Christo ante mundi constitutionem, ut essemus sancti et immaculati in conspectu ejus in charitate; qui prædestinavit nos in adoptionem filiorum per Jesum Christum in ipsum [7]. » Nobis itaque parvulis absconditum tacitumque a sæculis mysterium revelavit Pater (1).

Καί τοι πρὸ ἡμῶν πλεῖστοί τε ὅσοι καὶ ἀριθμοῦ κρείττονες ἦσαν κατὰ τόνδε τὸν βίον ἄνδρες τό γε ἧκον ἐν λόγοις σοφοί· ἀλλ' ὡς ὁ Παῦλός φησιν, « Ἐματαιώθησαν ἐν διαλογισμοῖς αὐτῶν, καὶ ἐσκοτίσθη ἡ ἀσύνετος αὐτῶν καρδία· φάσκοντες εἶναι C σοφοὶ, ἐμωράνθησαν, καὶ ἤλλαξαν τὴν δόξαν τοῦ ἀφθάρτου Θεοῦ, ἐν ὁμοιώματι εἰκόνος φθαρτοῦ ἀνθρώπου, καὶ πετεινῶν, καὶ τετραπόδων, καὶ ἑρπετῶν· ταύτης ἕνεκα τῆς αἰτίας, παρεδόθησαν εἰς ἀδόκιμον νοῦν, καὶ οὐκ ἐγνώρισεν αὐτοῖς τὸ μυστήριον. » Γέγραπται δὲ καὶ ἡμῖν· « Εἴ τις δοκεῖ ἐν τῷ κόσμῳ σοφὸς εἶναι, μωρὸς γενέσθω, ἵνα γένηται σοφός· ἡ γὰρ τοῦ κόσμου τούτου σοφία, μωρία παρὰ τῷ Θεῷ ἐστιν. » Οὐκοῦν ἀληθὲς εἰπεῖν, ὅτι ὁ ψιλὴν καὶ μόνην ἔχων τὴν τοῦ κόσμου σοφίαν, μωρός ἐστι καὶ ἀσύνετος παρὰ Θεῷ· ὁ δὲ μωρὸς εἶναι δυκῶν παρὰ τοῖς τοῦ κόσμου σοφοῖς, ἔχων δὲ εἰς νοῦν καὶ καρδίαν τῆς ἀληθοῦς θεοπτίας τὸ φῶς, οὗτος σοφός ἐστιν παρὰ τῷ Θεῷ. Οὐκοῦν τοῖς δοκοῦσιν εἶναι μωροῖς, ἤγουν ἄκακον καὶ νηπιάζουσαν ἐπὶ κακίᾳ τὴν διανοιαν ἔχουσιν, ἀπεκάλυψεν ὁ Πατὴρ τὸν Υἱὸν, ἅτε δὴ καὶ προεγνωσμένοις καὶ προωρισμένοις εἰς υἱοθεσίαν.

Οὐκ ἀπίθανον δὲ, ὡς γε οἶμαι, κἀκεῖνο τούτοις ἐπενεγκεῖν. Οἱ Γραμματεῖς τε καὶ οἱ Φαρισαῖοι, καὶ

Quanquam vero ante nos plurimi, imo innumerabiles magnique hoc in mundo viri fuere, ad doctrinam quod attinet, plane sapientes; hi tamen, ut Paulus ait, « evanu erunt in cogitationibus suis, et C obscuratum est insipiens cor eorum : dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt, et mutaverunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, et volucrum et quadrupedum et serpentium. Quam ob causam traditi sunt improbæ menti, neque iis mysterium manifestavit [8]. » Quamobrem nobis quoque scriptum est : « Si quis videtur in mundo sapiens esse, stultus fiat, ut sit sapiens. Sapientia enim hujus mundi stultitia est apud Deum [9]. » Ergo vere dici potest, eum qui nudam solamque habet mundi sapientiam, stultum esse atque insipientem coram Deo. Qui autem stultus esse videtur mundi sapientibus, is si mente et corde gerat veræ Dei contemplationis lumen, sapiens est coram Deo. Iis itaque qui videntur stulti, D id est **250** innocuum et pueri instar ad malitiam ineptum ingenium habent, revelavit Filium Pater, ceu jam præcognitis et adoptioni destinatis.

Porro non est, ut opinor, absurdum prædictis hoc quoque addere. Scribæ ac Pharisæi, et qui

[6] Ephes. III, 8. [7] Ephes. I, 3-5. [8] Rom. I, 21-24. [9] I Cor. III, 18.

(1) Ad v. 17. Adhuc in catena D. Thomæ. « Cyrillus. Supra dictum est, quod Dominus misit discipulos gratia Spiritus sancti insignitos; et quod hi facti prædicationis ministri potestatem super immundos spiritus acceperunt. Nunc autem reversi confitentur honorantis eos potentiam; unde dicitur : *Reversi sunt*, etc. Videbantur itaque gaudere magis quod facti fuissent miraculorum auctores, quam quod prædicationis ministri. Erat autem melius eos gaudere in illis, quos ceperant; sicut vocatis per ipsum dicit Paulus (*Philipp.* IV) : *Gaudium meum et corona mea.* »

Ad v. 20. In D. Thomæ catena sic. « Cyrillus. Sed cur, Domine, non simis lætari in honoribus a te collatis, cum scriptum sit (*Ps.* LXXXVIII, 17) : *In nomine tuo exsultabunt tota die?* Sed Dominus eos ad majus gaudium erigit; unde subdit : *Gaudete autem quia nomina vestra*, etc. »

Digitized by Google

Judaico populo præerant, cum legis periti viderentur, loco sapientum habebantur. Quod tamen tales haud vere essent, factis coarguebantur. Quamobrem Jeremias propheta sic eos alloquebatur: « Quomodo dicitis : Sapientes nos sumus, et sermo Domini nobiscum est? Vanus evasit funiculus mendax scribis. Confusi sunt sapientes, perterriti et capti. Quænam illis sapientia est, quandoquidem sermonem Domini improbaverunt [10]? » Postquam ipsi Servatoris sermonem repulerunt, id est Evangelii salutarem prædicationem, scilicet Dei Patris Verbum, pro nobis hominem factum, ipsi reprobi facti sunt. Unde ait de illis Jeremias : « Reprobatum argentum hos vocate, quia Deus ipsos reprobavit [11]. » His quoque absconditum est Christi mysterium. Quare de iisdem aiebat aliquando discipulis suis Dominus : « Vobis datum est nosse mysteria regni cœlorum; non item illis [12]. » Quibusnam vobis? nempe qui credidistis, qui adventum ejus cognovistis, qui legem spiritaliter intelligitis. Illis, inquam, revelare Filium suum placuit Patri.

A οἱ τῶν Ἰουδαϊκῶν κρατοῦντες ταγμάτων, νομομαθείας δόκησιν ἔχοντες, ἐνομίζοντό τινες εἶναι σοφοί· ἀλλ' οὐκ ὄντες τοιοῦτοι κατὰ τὸ ἀληθὲς, δι' αὐτῶν ἠλέγχοντο τῶν πραγμάτων. Καὶ γοῦν ὁ προφήτης Ἱερεμίας οὕτω πού φησι πρὸς αὐτούς· « Πῶς ἐρεῖτε ὡς Σοφοὶ ἐσμεν ἡμεῖς, καὶ λόγος Κυρίου μεθ' ἡμῶν ἐστιν; Εἰς μάτην ἐγενήθη σχοῖνος ψευδὴς γραμματεῦσιν· ᾐσχύνθησαν σοφοὶ, ἐπτοήθησαν, καὶ ἑάλωσαν· σοφία τίς ἐστιν ἐν αὐτοῖς, ὅτι τὸν λόγον Κυρίου ἀπεδοκίμασαν; » Ἐπειδὴ δὲ ἀπεδοκίμασαν αὐτοὶ τοῦ Σωτῆρος τὸν λόγον, τουτέστι τὸ εὐαγγελικὸν καὶ σωτήριον κήρυγμα, ἦγουν τὸν τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς Λόγον, τὸν δι' ἡμᾶς γενόμενον ἄνθρωπον, αὐτοὶ γεγόνασιν ἀδόκιμοι· ἔφη οὖν Ἱερεμίας περὶ αὐτῶν· « Ἀργύριον ἀποδεδοκιμασμένον καλέσατε αὐτοὺς, B ὅτι ἀπεδοκίμασεν αὐτοὺς Κύριος· » Κέκρυπται καὶ ἀπὸ τούτων τὸ Χριστοῦ μυστήριον· καὶ γοῦν ἔφη που τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς ὁ Κύριος περὶ αὐτῶν· « Ὑμῖν δέδοται γνῶναι τὰ μυστήρια τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν· ἐκείνοις δὲ οὐ δέδοται. » Ὑμῖν δὲ τίσι; Τοῖς πιστεύσασι δηλονότι, τοῖς ἐπεγνωκόσι τὴν ἐπιφάνειαν αὐτοῦ, τοῖς τὸν νόμον νοοῦσι πνευματικῶς, τούτοις εὐδόκησεν ὁ Πατὴρ ἀποκαλύψαι τὸν ἴδιον Υἱόν.

V. 22. *Omnia mihi tradita sunt a Patre meo.*

Manifestat iterum nobis gloriam suam, et congruæ Deo celsitudinis dignitatem, nec non humanationis solertem rationem, Dominus noster Jesus Christus; et quanta hinc evenerit terræ incolis utilitas, palam facit. « Omnia, inquit, tradita sunt mihi a Patre meo. » Erat enim, et adhuc est cœli C ac terræ Dominus, Patri assidens, et cum ipso rerum omnium Dominator. Postquam vero semet demittens homo inter nos exstitit, loquitur item haud alieno a carnis dispensatione modo, et convenientia exinanitionis modulo verba non recusat, ut **251** credatur factus unus de nobis, nostramque gerere pauperiatem. Itaque cœli et terræ, et omnino rerum omnium Dominus, cuncta sibi tradita dicit a Patre. Nam totius orbis terrarum Dominus est. Cæteroquin his dictis, statim transilit ad majestatem suam ac sublimitatem, seque demonstrat nullatenus Parenti proprio inferiorem. Quid enim Patri dicit? Et nemo scit, sine magisterio, Patris naturam, inquit, nisi Filius. Neque consubstantialem ei Filium quispiam agnovit, nisi Pater. Quotquot autem per revelationem noverunt Deum, hi non quid sit sciunt, sed eum exsistere sciunt. —Qui ergo priora verba, « Omnia mihi tradita sunt a Patre, » ad Filii depressionem trahunt, discant e posterioribus, Filii in re omni æqualitatem Patri. Cur enim, nemine sciente, ut ait, Filium præter solum Patrem, vos audetis cogitare ac dicere, Patre minorem esse Filium, quasi hunc apprime cognoscatis? Nam qui a solo cognoscitur Patre, is supra omnem mentem sermonemque est; sicuti et ipse Pater, qui a solo cognoscitur proprio Filio. Sola enim se ipsam novit sancta consubstantialis Trini-

*Πάντα παρεδόθη μοι ὑπὸ τοῦ Πατρός μου.*

(A f. 139, B f. 104) Ἐμφανίζει γοῦν πάλιν ἡμῖν τὴν ἑαυτοῦ δόξαν, καὶ τῆς θεοπρεποῦς ὑπεροχῆς τὸ ἀξίωμα, καὶ τῆς μετὰ σαρκὸς οἰκονομίας τὸ εὐτεχνὲς, ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός· ὅση τε γέγονεν ἐντεῦθεν ἡ ὄνησις, τοῖς ἐπὶ τῆς γῆς καθίστησιν C ἐναργές· « Πάντα μοι, φησὶ, παρεδόθη ὑπὸ τοῦ Πατρός μου. » Ἦν μὲν γὰρ καὶ ἔστιν οὐρανοῦ τε καὶ γῆς Κύριος, καὶ σύνθρονος τῷ Πατρὶ, καὶ συγκατάρχων αὐτῷ τῶν ὅλων. Ἐπειδὴ καὶ καθεὶς ἑαυτὸν ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς κεχρημάτικεν ἄνθρωπος, διαλέγεται πάλιν οὐκ ἀπεικότως τῇ μετὰ σαρκὸς οἰκονομίᾳ, καὶ τὰς πρεπούσας τοῖς τῆς κενώσεως μέτροις οὐ παραιτεῖται φωνὰς, ἵνα πιστεύηται γεγονὼς καθ' ἡμᾶς, καὶ τὴν ἡμῶν φορέσας πτωχείαν. Ὁ τοίνυν οὐρανοῦ τε καὶ γῆς, καὶ συλλήβδην τῶν ὅλων Κύριος, ἑαυτῷ πάντα παραδεδόσθαι φησὶν ὑπὸ τοῦ Πατρός· κεκυρίευκε γὰρ τῆς ὑπ' οὐρανόν. Ἀλλὰ τοῦτο εἰπὼν, ἄνεισιν εὐθὺς εἰς τὴν ἑαυτοῦ δόξαν καὶ ὑπεροχήν· καὶ διαδείκνυσι κατ' οὐδένα τρόπον, τοῦ ἰδίου Πατρὸς ἑαυτὸν ἡττώμενον· τί γὰρ ἔφη πρὸς ἐκεῖνον; D Καὶ οὐδεὶς γινώσκει τὴν τοῦ Πατρὸς φύσιν ἀδιδάκτως, φησὶν, εἰ μὴ ὁ Υἱός· οὐδὲ τὸν ὁμοούσιον αὐτῷ Υἱὸν εἶδέ τις, εἰ μὴ ὁ Πατήρ· ὅσοι δι' ἀποκαλύψεως ἔγνωσαν τὸν Θεὸν, οὗτοι οὐ τί ἐστιν ἔγνωσαν, ἀλλ' ὅτι ἔστιν. —(A f. 139 b, B f. 104 b) Οἱ τοίνυν τὰς πρώτας λέξεις, τὰς λεγούσας, « Πάντα μοι παρεδόθη ὑπὸ τοῦ Πατρὸς, εἰς ὕφεσιν ἐκλαμβάνοντες τοῦ Υἱοῦ, μανθανέτωσαν διὰ τῶν ἑφεξῆς τὴν κατὰ πᾶν ὁτιοῦν τοῦ Υἱοῦ πρὸς τὸν Πατέρα ἀπαραλλαξίαν. Πῶς γὰρ οὐδενὸς εἰδότος, καθά φησι, τὸν Υἱὸν, εἰ μὴ μόνου τοῦ Πατρὸς, αὐτοὶ τετολμήκατε φρονεῖν καὶ λέγειν, ὅτι ἐλάττων ἐστὶν αὐτοῦ, ὡς ἀκριβῶς εἰδότες αὐτόν; Ὃν γὰρ μόνος εἶδεν ὁ Πατὴρ, ὑπὲρ

[10] Jerem. VIII, 8, 9. [11] Jerem. VI, 30. [12] Luc. VIII, 10.

Digitized by Google

πάντα νοῦν ἐστι καὶ λόγον, καθὰ καὶ αὐτὸς ὁ Πατὴρ ὁ ὑπὸ μόνου γινωσκόμενος τοῦ ἰδίου γεννήματος· μόνη γὰρ οἶδεν ἑαυτὴν ἡ ἁγία καὶ ὁμοούσιος Τριάς, ἡ παντὸς ἐπέκεινα καὶ νοῦ καὶ λόγου· ἀποκαλύπτει δὲ ἡμῖν ὁ Υἱὸς διὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ὡς φησι Παῦλος· « Ἡμῖν γὰρ ἀπεκάλυψεν ὁ Θεὸς διὰ τοῦ Πνεύματος αὐτοῦ. »

A tas, quæ omnem superat intellectum atque orationem. Revelat autem nobis Filius per sanctum Spiritum, ut ait Paulus : « Nobis autem revelavit Deus per Spiritum suum [13]. »

*Καὶ στραφεὶς πρὸς τοὺς μαθητὰς, κατ' ἰδίαν εἶπε· Μακάριοι οἱ ὀφθαλμοὶ οἱ βλέποντες ἃ βλέπετε.*

V. 23. *Et conversus ad discipulos suos seorsum dixit : Beati oculi qui vident quæ vos videtis !*

(A f. 140) Τὰ τῶν πραγμάτων ἀπορρητότερα, τοῖς ἀναγκαίοις μάλιστα τῶν ἐπιτηδείων, ἀνακοινοῦσθαι χρὴ, καὶ οὐχὶ τοῖς τυχοῦσιν ἁπλῶς. Φίλοι δὲ αὐτοῦ μαθητείας ἠξιωμένοι, καὶ πεφωτισμένον ἔχοντες τῆς καρδίας τὸν ὀφθαλμὸν, καὶ τὸ οὗς ἕτοιμον εἰς ὑπακοήν. Καὶ γοῦν ἔφη ποτὲ πρὸς τοὺς ἁγίους ἀποστόλους· « Οὐκέτι λέγω ὑμᾶς δούλους, ὑμεῖς φίλοι μού ἐστε· ὁ δοῦλος οὐκ οἶδε τί ποιεῖ αὐτοῦ ὁ Κύριος· ὑμᾶς δὲ εἴρηκα φίλους, ὅτι πάντα ἃ ἤκουσα παρὰ τοῦ Πατρός μου, ἐγνώρισα ὑμῖν. » Τούτοις καὶ τὰ προγεγραμμένα φησὶν οἰκονομικώτατα στραφεὶς πρὸς αὐτοὺς, τουτέστιν ἐν ἀποστροφῇ ποιησάμενος τοὺς μήτε ὁρᾷν μήτε ἀκούειν ἐθέλοντας, ἀνηκόους δὲ ὄντας, καὶ τυφλὸν ἔχοντας ἐν ἑαυτοῖς τὸν νοῦν, ὅλον ἑαυτὸν ἐχαρίζετο τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν· καὶ εἰς αὐτοὺς ἀφορῶν, μακαρίους ἔφη τοὺς ὀφθαλμοὺς τοὺς ὁρῶντας ἥγουν ὀψομένους ἃ πρὸ τῶν ἄλλων αὐτοὶ καὶ πρῶτοι τεθέανται. Πεποίηται μὲν οὖν ὁ ἐπὶ τούτοις λόγος, ὡς ἀπό γε τῆς παρὰ πᾶσι καὶ κοινῆς συνηθείας· πλὴν ἐκεῖνο ἡμᾶς ἐξεπίστασθαι χρή· τὸ γὰρ βλέπειν ἐν τούτοις, οὐκ ἐνεργείας τῆς δι' ὀμμάτων σωματικῶν εἰσκομίζει δήλωσιν, ἀπολαύσεως δὲ μᾶλλον τῶν δι' αὐτοῦ τοῖς εὐσεβέσι δεδωρημένων· οἷον, ὡς εἴ τις λέγοι· Ὁ δεῖνα τυχὸν καιροὺς εἶδε καλοὺς, ἀντὶ τοῦ, Ἐν ἀπολαύσει γέγονε καιρῶν ἀγαθῶν. Καὶ τό· « Ἴδοις δὲ τὰ ἀγαθὰ Ἰερουσαλὴμ, » ἐν ψαλμοῖς εἰρημένον, οὕτω νοήσεις, ἀντὶ τοῦ, Γένοιτό σοι μετασχεῖν τῶν ἀγαθῶν τῆς Ἰερουσαλὴμ, τῆς ἄνω δηλονότι καὶ ἐν οὐρανοῖς. Ὅτι γὰρ οὐχ' οἱ γεγονότες θεωροὶ τῆς διὰ Χριστοῦ θεοσημείας, εἶεν ἂν μακάριοι πάντη τε καὶ πάντως, πῶς ἔστιν ἀμφιβάλλειν; Πλεῖστοι μὲν γὰρ Ἰουδαῖοι τεθέανται θεοπρεπῶς ἐνεργοῦντα Χριστόν· ἀλλ' οὐχ ἅπασιν ἂν πρέποι τὸ μακαρίζεσθαι· πεπιστεύκασι γὰρ οὐδαμῶς, ἀλλ' οὐδὲ τεθέανται τὴν δόξαν αὐτοῦ τοῖς τῆς διανοίας ὄμμασιν.

Secretiora negotia necessariis potissimum familiarium communicanda sunt, non autem indifferenter quibuslibet. Amici vero Domini sunt ii omnes, qui discipulatu illius digni fuerunt, cordisque oculum illuminatum habent, et aurem obtemperando paratam. Quamobrem aiebat aliquando sanctis apostolis : « Jam non dico vos servos; vos enim amici mei estis : servus nescit quid faciat Dominus suus; vos autem dixi amicos, quia omnia quæ audivi a Patre meo, nota feci vobis [14]. » Illis ea etiam quæ supradicta sunt ait, prudentissime ad eos **252** conversus; id est ab illis avertens se, qui neque videre neque audire volebant, contumacibus videlicet, cæcamque mentem gerentibus, totum se præbebat amatoribus suis; in eosque intuens, beatos dixit oculos videntes vel potius visuros, quæ præ cæteris ipsi primi spectabant. Hic ergo ita locutus est, ut in communi consuetudine fit. Verumtamen hoc nos sedulo cognoscere debemus; nempe hic videre, haud corporeorum oculorum actionem significare, sed oblectationem potius quam pii homines ex Christi donis percipiunt. Veluti si quis dicat : Ille bona tempora vidit, pro bonis temporibus fruitus est. » Et illud, « Videas utinam tempora bona Jerusalem ! » quod in Psalmis dicitur [15], pro eo intelliges : utinam tibi contingat potiri bonis Jerusalem, supernæ illius scilicet et cœlestis ! Nam quod ii qui Christi miraculorum fuere spectatores, haud per se omnino absoluteque beati fuerint, quis dubitare queat? Plurimi enim Judæi Christum Deo digna operantem viderunt : neque tamen omnes appellare beatos merito possumus : nam neque crediderunt, neque gloriam ejus mentis oculis viderunt.

Ἀλλὰ γὰρ τίνα τρόπον ἐμακαρίσθησαν ἡμῶν οἱ ὀφθαλμοί; Τί δὲ ἄρα τεθεαμένοι; Εἴδομεν τὸν ἐν μορφῇ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς Θεὸν Λόγον, δι' ἡμᾶς γενόμενον ἄνθρωπον· τὸν ὁμόθρονον τῷ Πατρὶ, μεθ' ἡμῶν, ἤγουν ἐν εἴδει τῷ καθ' ἡμᾶς, ἵν' ἡμᾶς ἑαυτῷ συμμόρφους ἀποτελέσῃ, δι' ἁγιασμοῦ καὶ δικαιοσύνης, ἐγχαράττων ἡμῖν τὸ τῆς ἑαυτοῦ θεότητος κάλλος, νοητῶς δηλονότι καὶ πνευματικῶς. Καὶ τούτου μάρτυς ὁ Παῦλος, οὕτω γεγραφώς· « Ὥσπερ γὰρ ἐφορέσαμεν τὴν εἰκόνα τοῦ χοϊκοῦ, οὕτω φορέσομεν καὶ τὴν εἰκόνα τοῦ ἐπουρανίου· » χοϊκὸν κενὸν ἄνθρωπον εἶναι λέγων, τὸν πρωτόπλαστον Ἀδάμ· ἐπουράνιον δὲ, τὸν ἄνωθεν καὶ ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς

D Sed age quomodo beati dicti sunt oculi nostri? Vel quid demum hi viderunt? Vidimus in forma Dei Patris Deum Verbum, propter nos hominem factum : Patris assessorem, inter nos versantem, id est, forma nostra vestitum; ut nos sibi conformes faceret, per sanctificationem atque justitiam, nobis imprimens divinitatis suæ pulchritudinem, intellectualiter nimirum ac spiritaliter. Rei hujus testis Paulus, ita scribens : « Sicut enim terreni imaginem gessimus, ita cœlestis quoque imaginem geremus [16] ; » terrenum vanumque hominem esse dicens, primum illum creatum Adamum ; cœlestem autem, illud quod desuper ex substantia Patris effu-

[13] I Cor. II, 10. [14] Joan. XV, 15. [15] Psal. CXXVII, 5. [16] I Cor. XV, 49.

Digitized by Google

sit Verbum. Deinde factus, ut dixi, in similitudinem nostram naturalis ille Filius formam servi assumpsit [17], ut nos servitutis jugo alligatos, naturaliter **253** enim serva est creatura quælibet, liberos efficeret, bona ejus participantes : etenim filii, appellati fuimus per ipsum et cum ipso. Pauper nobiscum effectus est, qui dives erat, ut hominis naturam ad suas opes extolleret. Mortem in crucis ligno gustavit, ut de medio auferret quæ propter lignum evenerat transgressionem, ut contractam culpam elueret, mortisque a nobis tyrannidem procul pelleret. Vidimus cadentem Satanam; humiliatum, qui superbiebat; sine honore eum, qui antea adorabatur; eum qui Deus videbatur, sanctorum pedibus conculcatum. His enim potestas fuit attributa impuros spiritus increpandi.

Maxima est hæc dignitas hominisque naturam excedens, imo uni congruens qui est super omnia Deo. Hujus vero rei initium nobis fuit, manifestatum humana forma Verbum; increpabat enim impuros spiritus. Attamen miseri Judæi aiebant : « Hic non ejicit dæmonia nisi ope Beelzebul principis illorum [18]. » Quarum vocum impietati occurrebat Dominus dicens : Si ego ope Beelzebul ejicio dæmonia, filii vestri quo juvante ejiciunt? « Quod si ego cum Dei Spiritu ejicio dæmonia, profecto pervenit in vos regnum Dei [19]. » Nam si ego, inquit, homo æque ac vos factus, nihilominus habeo congruæ Deo potestatis efficaciam, utique ad vos tam grande tamque eximium bonum devenit. In me enim gloriatur hominis natura posse Satanam se calcare. Itaque ad nos pervenit regnum Dei, dum versans nobiscum Verbum, in carne ipsa operatur quæ Deum decent. In hac nos conditione esse cognoscimus; beatique oculi nostri sunt, ineffabilem doctrinam ejus audivimus, notitiam Patris sui nos docuit, eum nobis propria in natura manifestavit, Mosaicarum figurarum veritatem fecit conspicuam. Hæc multi prophetarum cernere optarunt, plurimi quoque reges. Itaque **254** comperiemus modo quidem dicentes : « Ostende nobis, Domine, misericordiam tuam, et salutare tuum da nobis [20]. » Salutaris quippe misericordiæ nomine Filium designant. Rursus aliquando : « Memento, Domine, in beneplacito populi tui; visita nos in salutari tuo; ad videndum in bonitate electorum tuorum, ad lætandum in lætitia cum gente tua [21]. » Quænam autem sit gens electa in Christo a Deo Patre, edisseret sapientissimus Petrus homines fide præstantes alloquens : « Vos autem genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis, ut virtutes annuntietis ejus, qui de tenebris vos vocavit in admirabile lumen suum [22]. »

A ἐλλάμψαντα Λόγον. Εἶτα γενόμενος ὡς ἔφην, ἐν ὁμοιώσει τῇ πρὸς ἡμᾶς ὁ κατὰ φύσιν Υἱὸς ἔλαβε δούλου μορφὴν, ἵν' ἡμᾶς τοὺς ἐν ζυγῷ δουλείας κατεσφιγμένους, φύσει γὰρ δοῦλόν ἐστι τὸ ποιηθὲν, ἐλευθέρους ἀποφήνῃ. τὰ αὐτοῦ κερδαίνοντας· ὠνομάσμεθα γὰρ υἱοὶ δι' αὐτόν τε καὶ σὺν αὐτῷ· συνεπτύχευσεν ἡμῖν πλούσιος ὤν, ἵνα τὴν ἀνθρώπου φύσιν εἰς τὸν ἴδιον ἀγάγῃ πλοῦτον· ἐγεύσατο θανάτου διὰ ξύλου καὶ σταυροῦ, ἵν' ἐκ μέσου ποιήσῃ τὴν διὰ ξύλου παράβασιν, καὶ τὰ ἐπ' αὐτοῖς δὴ τούτοις αἰτιάματα καταλύσῃ, καὶ τῆς καθ' ἡμῶν τυραννίδος ἀποστήσῃ τὸν θάνατον· εἴδομεν πεσόντα τὸν Σατανᾶν· ἐν ταπεινώσει, τὸν ἀλαζόνα· ἄτιμον, τὸν ποτὲ προσκυνούμενον· τὸν ἐν ὑπολήψει θεότητος, ὑπὸ πόδας ἁγίων· ἔλαβον γὰρ ἐξουσίαν πνεύμασιν ἀκαθάρτοις

B ἐπιτιμᾶν (1).

Ἀξίωμα δὲ τοῦτο πάμμεγα καὶ ὑπὲρ ἀνθρώπου φύσιν καὶ μόνῳ πρέπον τῷ πάντων ἐπέκεινα Θεῷ· ἀρχὴ δὲ τούτου γέγονεν ἡμῖν, ἐν ἀνθρωπείᾳ μορφῇ πεφηνὼς ὁ Λόγος· καὶ γοῦν ἐπέπληττε μὲν τοῖς ἀκαθάρτοις πνεύμασιν. Ἔφασκον δὲ οἱ τάλανες Ἰουδαῖοι, ὅτι « Οὗτος οὐκ ἐκβάλλει τὰ δαιμόνια, εἰ μὴ ἐν Βεελζεβοὺλ ἄρχοντι τῶν δαιμονίων. » Πρὸς ταύτας αὐτῶν τὰς ἀνοσίους φωνὰς ὑπήντα λέγων ὁ Κύριος· « Εἰ ἐγὼ ἐν Βεελζεβοὺλ ἐκβάλλω τὰ δαιμόνια, οἱ υἱοὶ ὑμῶν ἐν τίνι ἐκβάλλουσιν; Εἰ δ' ἐγὼ ἐν Πνεύματι Θεοῦ ἐκβάλλω τὰ δαιμόνια, ἄρα ἔφθασεν ἐφ' ὑμᾶς ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ. » Εἰ γὰρ ἐγὼ, φησὶν, ἄνθρωπος καθ' ὑμᾶς γεγονὼς, ἔχω οὕτως τῆς θεο-

C πρεποῦς ἐξουσίας τὴν ἐνέργειαν, ἐφ' ὑμᾶς κατέβη τὸ οὕτω μέγα καὶ ἐξαίρετον ἀγαθόν· εὐδοκιμεῖ γὰρ, φησὶ, ἡ ἀνθρώπου φύσις ἐν ἐμοὶ πατοῦσα τὸν Σατανᾶν· οὐκοῦν ἐφ' ἡμᾶς ἔφθασεν ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ, τοῦ καθ' ἡμᾶς γεγονότος Λόγου καὶ μετὰ σαρκὸς ἐνεργοῦντος τὰ θεοπρεπῆ· ἐν τούτοις ὄντας ἑαυτοὺς τεθεάμεθα· καὶ μακάριοι γεγόνασιν ἡμῶν οἱ ὀφθαλμοί· ἠκούσαμεν αὐτοῦ τῆς ἀῤῥήτου μυσταγωγίας· ἐδίδαξεν ἡμᾶς τὰ περὶ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρός· ἔδειξεν ἡμῖν αὐτὸν ἐν ἰδίᾳ φύσει· ἐμφανῆ κατέστησε τῶν διὰ Μωϋσέως τύπων τὴν ἀλήθειαν. Ταῦτα πολλοὶ τῶν προφητῶν ἐπεθύμησαν ἰδεῖν, πλεῖστοι δὲ καὶ βασιλεῖς· καὶ γοῦν εὑρήσομεν ποτὲ μὲν λέγοντας· « Δεῖξον ἡμῖν, Κύριε, τὸ ἔλεός σου, καὶ τὸ σωτήριόν σου δῴης ἡμῖν· » ἔλεος γὰρ σωτήριον ὀνομά-

D ζουσι τὸν Υἱόν· ποτὲ δὲ πάλιν· « Μνήσθητι ἡμῶν, Κύριε, ἐπὶ εὐδοκίᾳ τοῦ λαοῦ σου, ἐπίσκεψαι ἡμᾶς ἐν τῷ σωτηρίῳ σου· τοῦ ἰδεῖν ἐν τῇ χρηστότητι τῶν ἐκλεκτῶν σου, τοῦ εὐφρανθῆναι ἐν εὐφροσύνῃ, μετὰ τοῦ ἔθνους σου. » Ἔθνος δὲ ποῖόν ἐστι τὸ ἐξειλεγμένον ἐν Χριστῷ παρὰ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, ἐξηγήσεται λέγων ὁ σοφώτατος Πέτρος πρὸς τοὺς διὰ πίστεως εὐδοκιμηκότας· « Ὑμεῖς δὲ γένος ἐκλεκτὸν, βασίλειον ἱεράτευμα, ἔθνος ἅγιον, λαὸς εἰς περιποίησιν, ἵνα τὰς ἀρετὰς ἐξαγγείλητε τοῦ ἐκ σκότους ὑμᾶς καλέσαντος εἰς τὸ θαυμαστὸν αὐτοῦ φῶς. »

[17] Philipp. II, 7. [18] Matth. XII, 24. [19] Ibid. 27, 28. [20] Psal. LXXXIV, 8. [21] Psal. CV, 4, 5. [22] I Petr. II, 9.

(1) Agitur de potestate exorcismorum quam Ecclesiæ suæ Christus contulit.

Digitized by Google

Ἰδοὺ νομικός τις ἀνέστη ἐκπειράζων αὐτὸν, κ. τ. λ.

(E f. 170) Καιρὸν μὲν ἐκεῖνόν φησι καθ' ὃν ὁ Σωτὴρ τὰς διατριβὰς ἐπὶ τῆς γῆς ἐποιεῖτο, ὁ πανταχοῦ παρὼν, καὶ τῶν πατρικῶν μὴ ἐξιστάμενος. — (A f. 141) Νομικὸν (1) δὲ ἐν τούτοις φησὶν ὁ εὐαγγελιστὴς, τὸν νομοῖστορα, κατά γε τὴν παρὰ Ἰουδαίων συνήθειαν, ἤγουν τὸν οἰόμενον εἰδέναι τὸν νόμον, οὐ μὴν ἔτι καὶ εἰδότα κατὰ ἀλήθειαν. Οὗτος ἐνόμισε συναρπάσαι Χριστόν· καὶ ἐπί τισιν, ἐρῶ. Λογοποιοί τινες ἀθυροστομεῖν εἰωθότες, ἅπασαν περιεφοίτων τὴν τῶν Ἰουδαίων χώραν, καὶ αὐτὴν δὲ τὴν Ἱερουσαλὴμ, κατηγοροῦντες Χριστοῦ, καὶ φάσκοντες, ὅτι τὴν μὲν διὰ τοῦ Μωϋσέως ἐντολὴν ἀνόνητον εἶναί φησι, καινὰ δὲ αὐτὸς εἰσφέρει διδάγματα· ἦσαν δὲ τῶν πιστευσάντων ἤδη τινὲς, οἳ τοῖς παρ' ἐκείνων ἐντέπραττον λόγοις, ἀποδεχόμενοι πανταχοῦ τὸ εὐαγγελικὸν σωτήριον κήρυγμα. Ἐθελήσας τοίνυν ὁ νομικὸς, ἤγουν οἰηθεὶς δύνασθαι παγιδεῦσαι Χριστὸν εἰς τὸ λαλῆσαί τι κατὰ Μωϋσέως, ἤγουν τῆς δι' αὐτοῦ λαληθείσης ἐντολῆς, κρείττονα τὴν παρ' ἑαυτοῦ διδασκαλίαν εἰπεῖν, πρόσεισι πειράζων αὐτὸν καὶ λέγων· « Τί ποιήσας, ζωὴν αἰώνιον κληρονομήσω. » Μεθ' ὑποκρίσεως πρόσεισι, καὶ γνώμης ἐπιπλάστου καὶ τιμᾷν ὑποκρινόμενος, διδάσκαλον ὀνομάζει, ὡς ἂν διὰ τῆς χρηστολογίας ἡ ἐν αὐτῷ κεκρυμμένη διαλάθῃ πεῖρα· ἀλλ' εἶπεν ἄν τις αὐτῷ τῶν εὖ εἰδότων τῆς μετὰ σαρκὸς οἰκονομίας· τὸ μυστήριον· Εἰ νόμον ἠπίστασο, καὶ τῆς ἐν αὐτῷ κεκρυμμένης θεωρίας τὴν δύναμιν, οὐκ ἂν ἠγνόησας ὃν πειράζειν ἐπιχείρεις, εἰδότα τὰ κεκρυμμένα, καὶ καθορᾷν ἰσχύοντα τὰς τῶν προσιόντων αὐτῷ καρδίας. Διδάσκαλον ἀποκαλεῖς, μανθάνειν οὐκ ἀνεχόμενος· ὑποκρίνῃ τιμᾷν, συναρπάσαι προσδοκῶν. Ἄθρει δέ μοι πάλιν τὸ κακόηθες εἰς λόγους τοῦ νομικοῦ (2)· ἐξὴν μὲν γὰρ εἰπεῖν· Τί ποιήσας, σωθήσομαι, ἤγουν ἀρέσω Θεῷ, καὶ τὸν παρ' αὐτοῦ λήψομαι μισθόν; Ἀλλ' ἐκεῖνα μὲν ἀφίησι· κέχρηται δὲ μᾶλλον ταῖς τοῦ Σωτῆρος φωναῖς, τῆς ἑαυτοῦ κεφαλῆς καταχέων τὸν γέλωτα (3). Ἐπειδὴ γὰρ ἔθος ἦν τῷ πάντων Σωτῆρι Χριστῷ περὶ ζωῆς αἰωνίου διαλέγεσθαι συχνῶς τοῖς προσιοῦσιν αὐτῷ, διαλεγόμενος ὡς ἔφην ὁ περίαυτος νομικὸς, ταῖς αὐτοῦ κέχρηται φωναῖς. Ἀλλ' εἴπερ ἦσθα φιλομαθὴς ἀληθῶς, ὦ νομικὲ, ἤκουσας ἂν παρ' αὐτοῦ τὰ εἰς ζωὴν ἀποφέροντα τὴν αἰώνιον· ἐπεὶ δὲ πειράζεις κακούργως, οὐδὲν ἕτερον ἀκούσῃ, πλὴν ὅτι μόνον τὰ διὰ Μωϋσέως τοῖς πάλαι τεθεσπισμένα· ἅπερ προδήλως οὐδὲ τὴν αἰώνιον εἶχε ζωὴν ἀντιμισθίαν, ἀλλὰ τὴν ἐνταῦθα δεδομένην, τῶν τε κακῶν ἀπαλλαγὴν, καὶ τῶν χρηστοτέρων ἀντίδοσιν. « Ἐὰν γὰρ θέλητε καὶ εἰσακούσητέ μου, φησὶ, τὰ ἀγαθὰ τῆς γῆς φάγεσθε· ἐὰν δὲ μὴ θέλητε, μηδὲ εἰσακούσητέ μου, μάχαιρα ὑμᾶς κατέδεται. »

A

B

C

D

V. 25. *Ecce quidam nomicus surrexit tentans illum*, etc.

Tempus quidem dicit illud quo Servator versabatur in terra, ille ubique præsens et a paterno sinu nunquam absens. Nomicum autem hic evangelista legisperitum appellat secundum Judæorum consuetudinem, nempe hominem qui credebatur legem cognoscere, etsi aliter res se habebat. Hic putavit posse a se Christum decipi. Quanam autem in re, jam dicam. Garruli quidam homines, effreni lingua uti soliti, universam Judæorum regionem concursabant, ipsamque Jerusalem, Christum criminantes, cum dicerent ab illo Moysis legem inutilem pronuntiari, novasque doctrinas invehi. Erant tamen jam nonnulli credentes, qui illorum sermonibus contradicebant et evangelicam Servatoris prædicationem prono animo admittebant. Volens itaque nomicus, vel potius sperans, posse a se Christum irretiri, ut aliquid contra Moysen, id est contra legem per eum latam diceret, melioremque esse affirmaret doctrinam suam, accedit tentans eum dicensque : « Quid agam, ut vitam æternam consequar ? » Nimirum cum hypocrisi procedit fictaque mente ; et honorare simulans, magistrum appellat, ut sub blandi sermonis velamine tentatio ejus lateret. Atqui aliquis incarnationis mysterium minime ignorans fortasse huic diceret : Si legem **255** scires, reconditæque illic doctrinæ vim, profecto etiam scires, ab eo quem tentas, res occultas non ignorari eique corda accedentium patescere. Magistrum dicis, quem audire non sustines ; honorare simulas, quem decipere speras. Et videsis adhuc nomici improbam loquendi rationem. Nam cum dicere posset : Quid agam ut salver, sive Deo placeam, ab eoque mercedem recipiam ; his omissis, Servatoris vocabulis utitur, ridiculum plane se exhibens. Nam quia solebat universalis Servator Christus de vita æterna ad sibi accedentes perpetuo loqui, nomicus hic de se magnifica sentiens, utitur illius vocibus. Sed enim si vere esses, o nomice, discendi cupidus, utique ab eo quæ ad vitam æternam conferunt audivisses ; nunc quia maligne tentas, nihil aliud audies quam quæ a Moyse priscis hominibus præscripta fuerunt ; quæ quidem constat ne æternam quidem vitam, sed præsentem tantummodo mercedis loco contulisse, malaque avertisse, et paulo meliora bona retribuisse. Nam « Si volueritis, inquit, mihi auscultare, terræ bona manducabitis ; sin vero obtemperare mihi recusabitis, gladio consumemini [23]. »

Εἶπε δὲ αὐτῷ· Ὀρθῶς ἀπεκρίθης, κ. τ. λ.

(A f. 143, B f. 106, E f. 177) Πλὴν ἀπαγγείλαντος τοῦ νομικοῦ τὰ ἐγκείμενα τῷ νόμῳ, κολάζων αὐτοῦ

V. 28. *Dixitque illi : Recte respondisti*, etc.

Nomico referente quid esset in lege, ut malitiam ejus puniat, mentemque improbam Christus, qui

[23] Lev. xxvi, 3 seqq.

(1) De nomico videsis copiose disserentem Arsenium apud nos *Class. 4A.*, t. X, p. 553-557.

(2) Corderius in sua Lat. catena a loci sensu prorsus aberrans scribit, *verum incitat me rursus cacosthes in sermonem legisperiti*.

(3) Perverso rursus sensu Corderius, *ut eum risui haberet*.

Digitized by Google

omnia novit, coarguat, « Recte respondisti, ait; hoc fac, et vives. » Atque ita speratam prædam amisit nomicus, ruptum est fraudis rete. Ergo nos illi inclamemus Jeremiæ voce : « Præda fuisti, captus es [24]. » — Præda amissa, ad jactantiam devolvitur, a dolo ad superbiam; nam vitia eum alternatim circumveniunt. Interrogaverat enim non quia discere vellet, sed, ut ait evangelista, quia **256** semet justum ostendere studebat. Et videsis quomodo et sui nimis amans et simul tumidus impudenter respondet : « Et quis est meus proximus? » Quis est hic, inquit, ut eum tanquam me ipsum amem? Ego enim cunctis emineo, legis doctor sum, sententiam dico in omnes, nemo in me; judico, et non judicor, excedo dignitate omnes, cunctis præsto, cunctis impero. Quis est, inquam, proximus meus, ut hunc ceu me ipsum diligam? Nemo igitur, o legis doctor, tibi est comparandus? Cunctis superiorem te facis? Demitte supercilium, memento quid dicat Proverbiorum auctor : « Sui ipsius cognitores, sapientes sunt [25]. » Revera in his tota vitæ virtus consistit, in Deo scilicet amando ac proximo : quæ quidem a nobis præcepta non immutantur, sed ultra Judaicam mensuram extenduntur : cujus extensionis virtus, prædictorum præceptorum utrumque complectitur. Namque ex toto corde et anima et viribus Deum amare, expellit amorem divitiarum, voluptatum, vanæque gloriæ; abstrahit a mundi affectu, a mundo separat, Christo copulat; atque ut summatim dicam, Christianum ex Judæo facit. Item proximi amor recte intellectus, nempe si erga non unam gentem fuerit, sed erga omne nobis connaturale genus, charitatem erga Deum subsequitur; adjiciens etiam, per Christi imitationem, ut ne tantummodo sicuti nosmet ipsos proximum diligamus, verum etiam supra nos; in tantum, ut animam quoque pro dilectis hominibus ponamus, quod fecit Dominus. Porro laudatus a Servatore nomicus quod pulchrum responsum fecisset, in superbiam erupit, neminem sibi proximum esse statuens; quasi nemo justitiæ merito secum certare posset. Ita apud se existimans ceu Pharisæus ille qui aiebat : « Non sum sicut cæteri hominum [26]. » Nempe ignorans, justitiam corrumpi, nisi quod fit, charitate fiat. Et hic itaque charitate carere convincitur; neque illa tantummodo erga Deum, sed sine dubio etiam **257** illa quæ tendit in proximum, quandoquidem is neminem sibi proximum judicat. Exploratum quippe est, eum qui fratrem quem videt non diligit, non posse Deum quem non videt diligere.

V. 30. *Homo quidam descendebat*, etc.

Animadverte quomodo proximum designat Salvator, non ex genere illum definiens, non virtute pro-

A τὴν πονηρίαν, καὶ τὸ δύστροπον ἐλέγχων φρόνημα Χριστὸς ὁ πάντα εἰδώς· « Ὀρθῶς ἀπεκρίθης, φησί· τοῦτο ποίει καὶ ζήσῃ. » Ἐκπέπτωκε τῆς θήρας (1) ὁ νομικὸς, ἐῤῥάγη τῆς ἀπάτης τὸ λίνον· οὐκοῦν ἐπιφωνῶμεν αὐτῷ τὸ διὰ τῆς Ἱερεμίου φωνῆς· « Ἥρευθης καὶ ἐλήφθης. » — (A f. 143 b, E f. 178) Ἀποτυχὼν τῆς θήρας, ἐκκεκύλισται πρὸς φιλοδοξίαν· ἐξ ἀπάτης εἰς ὑπεροψίαν· ἀλλήλαις ὥσπερ αὐτὸν αἱ κακίαι κιχρῶσιν. Ἠρώτησε γὰρ οὐ μαθεῖν θέλων, ἀλλ' ἧ, φησὶν ὁ εὐαγγελιστὴς, θέλων ἑαυτὸν δικαιῶσαι. Ἄθρει δὲ ὅπως ἐκ φιλαυτίας τε ὁμοῦ καὶ ὑπεροψίας, ἀναίδην ἀνεφώνει· « Καὶ τίς ἐστί μου πλησίον; » Τίς ἐστιν οὗτος, φησὶν, ἵνα τοῦτον ὡς ἐμαυτὸν ἀγαπήσω; Ὑπερέχω πάντων· εἰμὶ νομικός· κρίνω πάντας, οὐ κρίνομαι παρά τινος· δικάζω, καὶ οὐ

B δικάζομαι· πάντων διαφέρω· πάντων κρείττων τυγχάνω· πᾶσιν ἐπιτάττω· πάντες μου χρῄζουσιν, ἐγὼ δὲ χρῄζω οὐδενός· τίς μου ἄρα ἐστὶ πλησίον, ἵνα τοῦτον ὡς ἐμαυτὸν ἀγαπήσω; Οὐδεὶς αὖ, νομικὲ, κατὰ σέ; Πάντων ἐπέκεινα σαυτὸν ἀποφέρεις; Κατένεγκε τὴν ὀφρύν· μέμνησο τοῦ λέγοντος παροιμιαστοῦ· « Οἱ δὲ ἑαυτοῖς ἐπιγνώμονες, σοφοί. » Ὄντως ἐν τούτοις ἡ τῆς ζωῆς δύναμις ἐν τῷ ἀγαπᾷν τὸν Θεὸν καὶ πλησίον, οὐκ ἀλλαττομένοις ὑφ' ἡμῶν, ἀλλ' ἐπιτεινομένοις ὑπὲρ τὰ μέτρα τὰ Ἰουδαϊκὰ, καὶ τῆς ἐπιτάσεως ἐμπεριεχομένης δυνάμει τοῖς εἰρημένοις ἐπιτάγμασι. Τὸ γὰρ ἐξ ὅλης καρδίας, καὶ ψυχῆς, καὶ ἰσχύος τὸν Θεὸν ἀγαπᾷν, ὑπεξαίρει τὴν πρὸς χρήματα, τὴν πρὸς ἡδονὴν, τὴν πρὸς κενὴν δόξαν

C ἀγάπην· ἐξάγει κοσμικῆς διαθέσεως, ἐκλεκτὸν ἀπὸ κόσμου καθίστησι, συνάπτει Χριστῷ, καὶ τὸ ὅλον εἰπεῖν, Χριστιανὸν ἐξ Ἰουδαίου ποιεῖ. Ἥ τε πρὸς τὸν πλησίον ἀγάπη καλῶς νοουμένη, ὅταν μὴ πρὸς τὸ ὁμοεθνὲς ᾖ μόνον, ἀλλὰ πρὸς πᾶν τὸ ὁμογενὲς, ἀκόλουθος τῇ πρὸς Θεὸν ἀγάπῃ καθίσταται· προσλαμβάνουσα καὶ τὸ κατὰ μίμησιν Χριστοῦ, τὸ μὴ μόνον ὡς ἑαυτὸν, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ ἑαυτόν· ὥστε θεῖναι τὴν ψυχὴν ὑπὲρ τῶν φίλων· ὅπερ ὁ Κύριος πεποίηκεν. Ἐπαινεθεὶς μέν τοι ὑπὸ τοῦ Σωτῆρος ὁ νομικὸς, ὡς καλὴν τὴν ἀπόκρισιν ἐποιήσατο, τὴν ἀλαζονείαν ἐξέῤῥηξεν· οὐδένα εἶναι πλησίον ἑαυτοῦ τιθέμενος, ὡς οὐδενὸς ὄντος αὐτῷ κατὰ τὴν δικαιοσύνην ἐφαμίλλου. Τοιαῦτα δὴ φρονῶν οἷα ἐκεῖνος ὁ Φαρισαῖος,

D ὁ λέγων· « Οὐκ εἰμὶ ὡς οἱ λοιποὶ τῶν ἀνθρώπων· » οὐκ εἰδὼς ὡς τοῦτο διαφθείρει τὴν δικαιοσύνην, τὸ μὴ ἐξ ἀγάπης ὃ πράττει ποιεῖν. Ἐνδεὴς οὖν καὶ οὗτος τῆς ἀγάπης ἁλίσκεται· πάντως μὲν καὶ τῆς πρὸς Θεὸν, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τῆς γε πρὸς τὸν πλησίον, ἐμφανῶς, ὅπου οὐδὲ εἶναί τινα πλησίον ἑαυτοῦ λογίζεται· δῆλον δὲ ὅτι τὸν ἀδελφὸν οὐκ ἀγαπῶν ὃν ἑώρακεν, οὐ δύναται Θεὸν ἀγαπᾷν ὃν οὐκ ἑώρακεν.

Ἄνθρωπός τις κατέβαινεν, κ. τ. λ.

(E f. 179) Ὅρα δὲ πῶς δείκνυσιν τὸν πλησίον ὁ Σωτὴρ τίς ἐστιν, οὐ γένει διορίζων, οὐκ ἀρετῇ δο-

[24] Jerem. II, 14. [25] Prov. XIII, 10, juxta LXX. [26] Luc. XVIII, 11.

(1) Corderius, mendose legens θύρας, ait, *jurisperitus a janua*. Item voc. ἡγρεύθης vertit *venabatur*, pro *præda fuisti*. Sed omnia hujusmodi animadvertere jam desinam; est enim id prope inutile vel certe odiosum, præsertim quia scriptores omnes multifariam labimur.

Digitized by Google

κιμάζων ἀλλὰ τῇ φύσει συνάπτων, διηγούμενος περὶ τοῦ δεινὰ πεπονθότος ὑπὸ λῃστῶν, ᾧ φιλανθρωπία παρὰ παντὸς ἀνθρώπου προσήκει, τοῦτο τῆς φύσεως αὐτῆς ἀπαιτούσης. Συνεπιδείκνυται δὲ ἐν τῇ παραβολῇ καὶ τοῦτο, ὅτι μᾶλλον εὑρίσκει τὸν κατὰ φύσιν πλησίον ὁ μὴ τετυφωμένος, ἢπερ ὁ τετυφωμένος· Σαμαρείτης γὰρ ὑπὲρ ἱερέα καὶ Λευίτην· ὅτι οἱ μὲν κείμενον ἡμιθνῆτα καὶ ἐν ἐσχάτοις ὄντα κακοῖς, ἀντιπαρῆλθον, οὐδὲν ἐπ' αὐτῷ πεπονθότες ἀνθρώπινον, οὐ τὸ ἐξ ἀγάπης ἔλαιον ἐπιστάξαντες, ἀσυμπαθεῖς δὲ μᾶλλον καὶ ἀπηνὲς ἐσχηκότες τὸ φρόνημα. Ὁ γε μὴν ἀλλογενὴς καὶ τελῶν ἐν Σαμαρείταις πεπλήρωκε τῆς ἀγάπης τὸν νόμον. Ἄκουε γοῦν καὶ τῆς παραβολῆς. Ὑπολαβὼν δὲ ὁ Ἰησοῦς, κ. τ. λ.

A bans, sed ex sola natura denotans, narratione quam facit de quodam a latronibus male mulcato, cui misericordiam abs quovis homine deberi ait, ita ipsa natura exigente. Insuper in ea parabola docet facilius proximum connaturalem a non superbo inveniri, quam a superbo : Samaritanus enim sacerdote et Levita melior apparet : hi enim semivivum jacentem, et suprema calamitate correptum præterierunt, nulla humanitate commoti, neque charitatis oleum ei affundentes, sed inclementem potius crudelemque indolem retinentes. Contra vero alienigena et Samaritanus implevit charitatis legem. Audi ergo etiam parabolam. Suscipiens autem Jesus, etc.

*Ἐπιβιβάσας δὲ αὐτὸν ἐπὶ τὸ ἴδιον κτῆνος*, κ. τ. λ.

B V. 34. *Et imponens illum in jumentum suum*, etc.

(A f. 144, B f. 106 b, E f. 180 b) Ἄλλως δὲ, ἐπειδὴ, κατὰ τὸ γεγραμμένον, « Ἄνθρωπος ἐν τιμῇ ὢν οὐ συνῆκεν, ἀλλὰ παρασυνεβλήθη τοῖς κτήνεσι τοῖς ἀνοήτοις καὶ ὡμοιώθη αὐτοῖς, » καὶ πᾶσαν μὲν ἐπιθυμίαν βοσκηματώδη καὶ ἀκόλαστον κατηρρώστησεν· ἀπαρχὴ γενόμενος τοῦ γένους ἡμῶν ὁ Χριστὸς, ὁ μὴ εἰδὼς ἁμαρτίαν, ἐν ἑαυτῷ πρῶτον ἔδειξε τούτων τῶν κτηνωδῶν παθῶν ὑπεραναβάντας ἡμᾶς· αὐτὸς γὰρ τὰς ἀσθενείας ἡμῶν ἔλαβε, καὶ τὰς νόσους ἐβάστασε. Διὰ τοῦτο εἶπεν, ὅτι τὸν τυχόντα τῆς θεραπείας ἐπὶ τὸ ἴδιον ὑποζύγιον ἀνεβίβασεν· ἐν ἑαυτῷ γὰρ ἡμᾶς ἔφερεν, ὅτι ἐσμὲν μέλη τοῦ σώματος αὐτοῦ. Ἀλλὰ μὴν καὶ εἰς πανδοχεῖον ἀπήγαγε· πανδοχεῖον δὲ τὴν Ἐκκλησίαν καλεῖ, τὴν πάντων γενομένην δεκτικὴν καὶ χωρητικήν. Οὐκέτι γὰρ κατὰ τὸ στενὸν τῆς νομικῆς σκιᾶς καὶ τῆς ἐν τύποις λατρείας ἀκούσομεν· « Οὐκ εἰσελεύσεται Ἀμμανίτης καὶ Μωαβίτης εἰς ἐκκλησίαν Θεοῦ· » ἀλλά· « Πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη. » Καί· « Ἐν παντὶ ἔθνει ὁ φοβούμενος τὸν Κύριον καὶ ἐργαζόμενος δικαιοσύνην, δεκτὸς αὐτῷ ἐστι. » Καὶ ἀπαγαγὼν, μείζονος ἐπιμελείας ἠξίωσε. Καὶ γὰρ τῆς Ἐκκλησίας συλλεγείσης ἐκ τῶν τῇ πολυθεΐᾳ νενεκρωμένων ἐθνῶν, αὐτὸς ἦν ὁ Χριστὸς ἐν αὐτῇ, κατὰ τὸ γεγραμμένον, οἰκῶν καὶ ἐμπεριπατῶν, καὶ πᾶσαν πνευματικὴν δωρούμενος χάριν. Ὅθεν καὶ τῷ προεστῶτι τοῦ πανδοχείου (νοηθείη δ' ἂν οὗτος τύπον ἐπέχειν τῶν ἀποστόλων καὶ τῶν μετ' αὐτοὺς ποιμένων καὶ διδασκάλων) εἰς οὐρανοὺς ἀνιὼν ἔδωκε δύο δηνάρια, προνοεῖν ἐπιμελῶς τοῦ ἠρρωστηκότος. Καὶ προσθεὶς, ὡς Ἐάν τι προσδαπανήσῃς, ἐγὼ ἐν τῷ ἐπανέρχεσθαί με ἀποδώσω σοι. Δύο δηνάρια, τὰς δύο Διαθήκας φησὶ, τήν τε διὰ τοῦ νόμου Μωϋσέως καὶ τῶν προφητῶν, τήν τε διὰ τῶν Εὐαγγελίων δοθεῖσαν καὶ τῶν ἀποστολικῶν διατάξεων· καὶ ἀμφοτέρας ἑνὸς οὔσας Θεοῦ, καὶ μίαν εἰκόνα τοῦ ἄνω καὶ ἑνὸς βασιλέως φερούσας, ὡς τὰ δηνάρια, καὶ τὸν αὐτὸν μὲν χαρακτῆρα ταῖς καρδίαις ἡμῶν διὰ τῶν ἱερῶν λογίων ἐνσφραγιζομένας καὶ ἐντυπούσας, ἐπείπερ καὶ ἓν αὐτὰς καὶ τὸ αὐτὸ Πνεῦμα λελάληκεν. Ἐρ-

Alioqui vero, quia, uti scriptum est : « Homo cum in honore esset, non intellexit, sed comparatus est jumentis insipientibus, et similis factus est illis [37], » atque omni belluina ac effreni cupiditate laborare cœpit ; factus generis nostri inchoatio Christus, qui peccatum nescivit, in seipso primo nos ostendit belluinarum harum cupiditatum victores. Ipse enim infirmitates nostras suscepit, morbosque gestavit. Propterea dixit, quod illum cui medebatur in jumentum suum imposuerit ; in se enim nosmet ferebat, quia membra sumus corporis ejus. Sed et in publicum hospitium duxit ; hospitium Ecclesiam vocans, quæ cunctos excipit continetque. Neque enim jam secundum legalis umbræ typicique cultus angustias audiemus : « Non intrabit Ammanita ac Moabita in ecclesiam Dei [38] ; » sed : « Euntes, docete omnes gentes [39]. » Itemque : 258 « In omni gente, qui timet Dominum et operatur justitiam, acceptus est illi [40]. » Et sic deductum ægrum majore adhuc cura prosecutus est. Nimirum in Ecclesia, quæ ex gentibus polytheismo mortuis constat, Christus ipse versatur, uti scriptum est, habitans et inambulans, et spiritualem omnem suppeditans gratiam. Unde et hospitii præfecto (hic autem figuram gerere credendus est apostolorum et reliquorum post ipsos pastorum ac magistrorum), cum in cœlum abiit, duos dedit denarios ut diligentem ægroto curam impenderent. Addens etiam : Et si quid supererogaveris, ego cum rediero reddam tibi. Duos denarios dicit Testamenta duo, nempe illud a Moysis lege prophetisque, et hoc ab Evangelio atque apostolicis constitutionibus datum ; quæ ambo a Deo sunt, unamque imaginem superni uniusque regis præ se ferunt, ut denarii solent ; eumdemque cordibus nostris characterem per sacras doctrinas imprimunt ac repræsentant ; quoniam utrumque unus et idem Spiritus dictavit Testamentum. Facessat enim Manes, et ante eum Marcion, irreligiosissimi homines, qui diversis diis ea attribuerunt. Unius profecto regis ambo denarii sunt, eodemque actu ac valore dati præfecto

[37] Psal. XLVIII, 21. [38] Deut. XXIII, 3. [39] Matth. XXVIII, 19. [40] Act. X, 35.



Digitized by Google

hospitii a Christo. Quos quidem acceptos sanctissimarum ecclesiarum pastores, nec sine labore ac sudoribus ampliantes, et de propria etiam crumena aliquid proferentes, et usu potius augentes (hoc enim spirituale argentum impensis non minuitur, sed augetur, cujusmodi reapse est doctrinæ magisterium) revertenti postrema die Domino dicent unusquisque : Domine, duos denarios dedisti mihi : ecce insuper mea industria expendens, duos alios lucratus sum, quibus gregem amplificavi. Ille vero respondens dicet : « Euge, serve bone et fidelis ; quia in paucis fuisti fidelis, super multa te constituam; intra in gaudium Domini tui [31]. »

ῥέτω γὰρ Μάνης, καὶ πρὸ αὐτοῦ Μαρκίων, οἱ ἀθεώτατοι, διαφόροις θεοῖς ταύτας μερίζοντες (1)· ἑνὸς γὰρ βασιλέως ἐστὶ τὰ δύο δηνάρια, καὶ κατὰ ταὐτὸν καὶ ὁμοτίμως δοθέντα τῷ προεστῶτι τοῦ πανδοχείου παρὰ Χριστοῦ· ἃ δὴ καὶ λαβόντες οἱ τῶν ἀγιωτάτων ἐκκλησιῶν ποιμένες, καὶ μετὰ πόνων καὶ ἱδρώτων ταῖς διδασκαλίαις πλατύναντες, καὶ οἴκοθεν προσδαπανήσαντες, καὶ διὰ τῆς δαπάνης μᾶλλον αὐξήσαντες (τοιοῦτον γὰρ τὸ νοητὸν ἀργύριον ἐξ ὧν δαπανᾶται, μὴ μειούμενον ἀλλ' αὐξόμενον, ὅπερ ὁ τῆς διδασκαλίας λόγος ἐστὶν), ἐπανερχομένῳ τῷ Δεσπότῃ κατὰ τὴν τελευταίαν ἡμέραν, ἐροῦσιν ἕκαστος· Κύριε, δύο δηνάρια δέδωκάς μοι· ἰδοὺ προσποίμνιον ἠύξησα. Καὶ ἀποκριθεὶς ἐρεῖ· « Εὖ, δοῦλε σε καταστήσω· εἴσελθε εἰς τὴν χαρὰν τοῦ Κυρίου σου. »

**259** V. 36. *Quis horum trium videtur tibi proximus fuisse illi, qui incidit in latrones?*

Merito Dominus interrogavit, quemnam e tribus proximiorem se demonstrasse patienti existimaret? Hic autem : Illum puto, inquit, qui misericors fuit. Non enim sive sacerdos sive Levita proximus fuit patienti, sed qui misertus est ejus. Tunc ait Christus : « Vade, et tu fac similiter. » Est enim inutilis sacerdotii dignitas his qui eam sortiti sunt; item iis qui videntur legis periti, hoc nomine appellari non prodest, nisi factis ipsis justam famam obtineant. Eu charitatis corona texitur ei qui proximum adamavit. Erat hic Samaritanus, non tamen idcirco abjectus. Propterea testatus est discipulorum princeps, beatus nimirum Petrus, his verbis utens : « Vere comperimus, non esse personarum acceptorem Deum, sed in omni gente quisquis eum timet, et operatur justitiam, acceptum illi esse [32]. » Recipit enim omnes bonorum operum studiosos virtutis amans Deus, eosque diligit, et amicorum loco habet, ac futuris bonis dignatur.

*Τίς οὖν τούτων τῶν τριῶν δοκεῖ σοι πλησίον γεγονέναι τοῦ ἐμπεσόντος εἰς τοὺς λῃστάς;*

(A f. 146, E f 189 b) Εἰκότως ὁ Κύριος ἤρετο, τίνα τῶν τριῶν πλησίον γενέσθαι νενόμικε τοῦ πεπονθότος; Ὁ δέ· Ὁ ποιήσας, φησὶ, τὸ ἔλεος μετ' αὐτοῦ. Οὔτε γὰρ ὁ ἱερεὺς, οὔτε ὁ Λευΐτης πλησίον γέγονε τοῦ πεπονθότος, ἀλλ' ὁ οἰκτισάμενος. Καὶ πρὸς ταῦτα Χριστός· « Πορεύου, καὶ σὺ ποίει ὁμοίως. » Ἀνόητον γὰρ τὸ τῆς ἱερωσύνης ἀξίωμα, τοῖς λαχοῦσιν αὐτὸ, καὶ τοῖς δοκοῦσιν εἶναι νομομαθέσι, τὸ ὠνομάσθαι νομομαθεῖς, εἰ μὴ δι' αὐτῶν εὐδοκιμοῦσι τῶν ἔργων. Ἰδοὺ γὰρ πέπλεκται τῆς ἀγάπης ὁ στέφανος τῷ τὸν πλησίον ἠγαπηκότι· Σαμαρείτης οὗτος ἦν, ἀλλ' οὐκ ἀπόβλητος. Διὰ τοῦτο μεμαρτύρηκεν ὁ πρῶτος ἐν μαθηταῖς, τουτέστιν ὁ μακάριος Πέτρος, ὧδέ πως φήσας· « Ἐπ' ἀληθείας καταλαμβάνομεν ὅτι οὐκέτι προσωπολήπτης ὁ Θεὸς, ἀλλ' ἐν παντὶ ἔθνει ὁ φοβούμενος αὐτὸν καὶ ποιῶν δικαιοσύνην, δεκτὸς αὐτῷ ἐστι. » Προσίεται γὰρ ἅπαντας τοὺς τῶν ἀγαθῶν ἐπιτηδευμάτων ἐραστὰς ὁ φιλάρετος Κύριος, καὶ ἀσπάζεται, καὶ γνησίους τίθησι, καὶ τῶν μελλόντων ἀξιοῖ ἀγαθῶν.

V. 38. *Mulier quædam Martha nomine excepit illum in domum suam.*

Verumtamen, ut hæc historia demonstrat, magnum quid est et pretiosum hospitalitatis officium. Testabitur et sapientissimus Paulus dicens : « Hospitalitatis nolite oblivisci [33]. » Talis erat Martha quæ Dominum hospitio excepit, quam imitari præclarum est : sicuti etiam sororem ejus cupidissimam discendi Mariam, quæ Domini pedibus assidens, doctrinis ejus mentem suam complebat. Erudit item hoc facto discipulos suos Servator, ut cognoscant qualiter quove modo in hospitum suorum domibus diversari debeant. Oportet enim ingressos non tam supinari ad oblectationes, ne harum causa videantur apud aliquos hospitari, sed ut potius hospites suos sacris divinisque doctrinis impleant.

*Γυνὴ δέ τις ὀνόματι Μάρθα ὑπεδέξατο αὐτὸν εἰς τὸν οἶκον αὐτῆς.*

(A f. 146 b) Πλὴν, κατὰ τὴν ἱστορίαν, μέγα τι χρῆμα καὶ ἀξιόκτητον ὁ τῆς φιλοξενίας τρόπος· καὶ μαρτυρήσει λέγων ὁ σοφώτατος Παῦλος· « Τῆς φιλοξενίας μὴ ἐπιλανθάνεσθε. » Τοιαύτη τις ἡ Μάρθα ὑποδεχομένη τὸν Κύριον, ἣν καλὸν καὶ μιμήσασθαι· ὥσπερ καὶ τὴν φιλομαθεστάτην αὐτῆς ἀδελφὴν Μαρίαν, ἣ τοῖς τοῦ Σωτῆρος ποσὶ προσιζήσασα, τῶν παρ' αὐτοῦ διδαγμάτων τὴν ἑαυτῆς ἐμπίπλησι φρένα. Ὀνίνησι δὲ πάλιν καὶ διὰ τούτων ὁ Σωτὴρ τοὺς ἑαυτοῦ μαθητὰς, ἵν' εἰδεῖεν, ὅπως τε καὶ τίνα τρόπον ταῖς τῶν ἐπιδεχομένων αὐτοὺς οἰκίαις ἐνδιαιτᾶσθαι χρή. Δεῖ γὰρ εἰσβάλλοντας οὐχ ὑπτιοῦσθαι μᾶλλον εἰς ἀνέσεις, οὔτε μὴν ὅλως δοκεῖν ταύτης ἕνεκα τῆς αἰτίας καταλύειν παρά τισιν, ἀλλ' ἵνα

[31] Matth. xxv, 16-21. [32] Act. x, 34, 35. [33] Hebr. xiii, 2.

(1) Hanc Marcionis cum Manete impiam consensionem narrat etiam sanctus Epiphanius hæres. 42, cap. 4.

Digitized by Google

μᾶλλον αὐτοὺς ἐπιμεστώσειαν μαθημάτων θείων καὶ ἱερῶν. Οἱ δὲ τὴν ἑστίαν αὐτοῖς ἀνευρύνοντες, ὑπαντάτωσαν ἱλαροὶ καὶ πρόθυμοι· οὐχ ὡς διδόντες τι μᾶλλον, ἀλλ' ὡς αὐτοὶ ληψόμενοι, κατὰ διττὸν τρόπον· πρῶτον μὲν γὰρ ταῖς παρὰ τῶν ξενιζομένων ἐντρυφήσουσι μυσταγωγίαις· εἶτα πρὸς τούτῳ καὶ τὸν τῆς φιλοξενίας κερδανοῦσι μισθόν. Ἐπιδεχόμενοι δὲ εἰς ἑστίαν τοὺς ἀδελφοὺς, μὴ περισπάσθωσαν περὶ πολλὴν διακονίαν, μὴ ζητείτωσαν τὰ ὑπὲρ χεῖρα καὶ χρείαν· λυπεῖ γὰρ πανταχοῦ ἐν παντὶ πράγματι τὸ περιττόν· ἐνεργάζεται μὲν γὰρ τοῖς φιλοξενεῖν ἐθέλουσιν ὄχνον· καμάτου δὲ τοῖς ἑστιωμένοις εὑρίσκεται πρόξενον.

A Verumtamen ii qui victum iis largiuntur, occurrant hilares alacresque, non tam ut dantes quam **260** ut accepturi; idque duplici ex causa : primum quidem quia hospitum suorum fruentur doctrinis, deinde etiam quia hospitalitatis mercedem consequentur. Dum autem convivio excipiunt fratres, ne multo ministerio distrahantur, nec præter id quod ad manum usumque fuerit, quidquam requirant : molestum enim est ubique et in omni re quidquid est nimium : nam et eos qui exhibere hospitalitatem volunt, remoratur, et iis qui recipiuntur hospitio grave est.

## ΚΕΦΑΛ. ΙΑ'.

## CAP. XI.

*Ἐν τῷ εἶναι αὐτὸν ἐν τόπῳ τινὶ προσευχόμενον.*

B V. 1. *Cum esset in quodam loco orans.*

(A f. 147) Καί τοι Θεός ἐστιν ἀληθινὸς, καὶ Υἱὸς τοῦ ἐπὶ πάντας Θεοῦ, καὶ διανέμει μὲν αὐτὸς τῇ κτίσει τὰ πάντα, δι' ὧν ἂν εὖ ἔχοι καὶ σώζηται· δεῖται δὲ ὅλως αὐτὸς οὐδενός· πλήρης γάρ ἐστι, φησὶν, αὐτός· τίνος οὖν ἐν χρείᾳ καθεστάναι φαίη τις ἂν αὐτὸν, πάντα ἔχοντα φυσικῶς τὰ τοῦ Πατρός; Ἔφη γὰρ ἐναργῶς, ὅτι « Πάντα ὅσα ἔχει ὁ Πατὴρ, ἐμά ἐστιν. » Ἔχει δὲ ὁ Πατὴρ τὸ εἶναι πλήρης ἀγαθοῦ παντὸς καὶ θεοπρεπῶν ἀξιωμάτων. Ἔστι δὲ τοῦτο καὶ τοῦ Υἱοῦ· καὶ τοῦτο εἰδότες οἱ ἅγιοι λέγουσιν, ὅτι « Ἐκ τοῦ πληρώματος αὐτοῦ πάντες ἡμεῖς ἐλάβομεν. » Τί δῆτα οὖν προσεύχεται, φησὶν, εἰ πλήρης ἐστὶ, καὶ οὐδενὸς ὅλως δεῖται τῶν τοῦ Πατρός; Πρὸς τοῦτό φαμεν ὅτι δίδωσι μὲν αὐτῷ τῆς μετὰ σαρκὸς οἰκονομίας C ὁ τρόπος τὸ εἴπερ ἔλοιτο πληροῦν τὰ ἀνθρώπινα, καιροῦ καλοῦντος εἰς τοῦτο. Εἰ γὰρ ἔφαγε καὶ πέπωκεν, ὕπνου τε μετεσχηκὼς εὑρίσκεται, τί τὸ ἄτοπον κἂν εἰ τοῖς καθ' ἡμᾶς συγκαθιστάμενος μέτροις, καὶ ἀνθρωπίνην δικαιοσύνην ἀποπληρῶν, οὐκ ἀνεπιτήδευτον ἐποιεῖτο τὴν προσευχήν; ἵνα ἡμᾶς διδάξῃ μὴ ῥᾳθύμους εἶναι πρὸς τοῦτο· συντείνεσθαι δὲ μᾶλλον λιτὰς, οὐκ ἐν πλατείαις ἑστῶτας μέσαις (ἔδρων γὰρ τοῦτο τῶν Ἰουδαίων τινὲς, Γραμματεῖς δέ εἰσιν οὗτοι καὶ Φαρισαῖοι, φιλοδοξίας ἀφορμὴν τὸ χρῆμα ποιούμενοι), καταμόνας δὲ μᾶλλον, ἡσυχῇ τε καὶ ἀνακεχωρημένως, καὶ οἷον μόνους μόνῳ λαλοῦντας Θεῷ, καθαρῷ καὶ ἀπερισπάστῳ νῷ. Ἔδει γὰρ ἀγαθοῦ παντὸς καὶ ἐπωφελεστάτου πράγματος ἀρχὴν καὶ διδάσκαλον οὐχ ἕτερόν τινα ἡμῖν γενέσθαι μᾶλλον, ἀλλ' D αὐτὸν τὸν ἐν πᾶσι πρωτεύοντα καὶ τὰς παρὰ πάντων δεχόμενον λιτάς.

Cum verus sit Deus, Filiusque supremi Dei, et ipse creaturis omnia distribuat per quæ bene habeant et conserventur; cumque nulla re prorsus indigeat, quia plenus, ut ait [34], est : cujusnam rei usum optari ab eo quisquam dicat, qui omnia naturaliter habet quæ Patris sui sunt? Dixit enim manifeste : « Omnia quæ Pater habet, mea sunt [35]. » Est Patris proprietas, ut omni re bona sit plenus Deoque dignis muneribus. Id vero proprium quoque Filii est : cujus rei sancti homines gnari aiunt : « De plenitudine ejus nos omnes accepimus [36]. » Cur ergo jam orat, inquit aliquis, si plenus est, et nulla re caret quam habet Pater? Ad hæc dicimus, dispensationis in carne modum concedere ei facultatem humana officia, si velit, implendi, cum occasio id tulerit. Nam si comedit et bibit, et somno indulsisse comperitur; quomodo sit absurdum, dum in nostræ naturæ finibus versaretur, et humanæ justitiæ daret operam, eum non incongruas preces frequentasse? ut nos doceret ne ad id genus officii torperemus, sed orationi animum intenderemus haud in mediis plateis stantes (id quod factitabant Judæi nonnulli, Scribæ nimirum ac Pharisæi, jactantiæ occasionem inde capientes), sed solitarii potius, tacite atque seorsum, soli cum solo Deo colloquentes, pura minimeque distracta **261** mente. Oportebat enim bonæ omnis atque utilissimæ rei cujuslibet initium nobis fieri atque magistrum haud alium magis, quam ipsum qui in cunctis princeps est, atque omnium preces excipit.

*Εἶπε δὲ αὐτοῖς· Ὅταν προσεύχησθε, λέγετε· Πάτερ ἡμῶν*, κ. τ. λ.

V. 2. *Ait autem illis : Cum oratis, dicite : Pater noster*, etc.

(A f. 149) Ὦ πολλῆς ἀφθονίας! ὦ γαληνότητος ἀσυγκρίτου καὶ μόνῳ πρεπούσης αὐτῷ! Τὴν ἰδίαν ἡμῖν χαρίζεται δόξαν, ἀναβιβάζει τὸ δοῦλον εἰς ἐλεύθερον ἀξίωμα, Πατέρα καλεῖν ἐφίησι τὸν Θεὸν, ὡς ἐν υἱῶν τάξει γεγενημένους. Παρ' αὐτοῦ δὲ καὶ τοῦτο μετὰ τῶν ἄλλων ἐσχήκαμεν· καὶ μαρτυρήσει λέγων ὁ σοφὸς Ἰωάννης περὶ αὐτοῦ· « Ὅσοι δὲ ἔλαβον αὐτὸν, ἔδωκεν αὐτοῖς ἐξουσίαν τέκνα Θεοῦ γενέσθαι. »

O magna liberalitas! o incomparabilis uniquo ipsi conveniens clementia! Suam nobis largitur gloriam, servum ad liberi dignitatem subvehit, Patrem appellare concedit nobis Deum, ceu in filiorum ordine constitutis. Ab ipso autem hoc quoque munus accepimus; quam rem testabitur sapiens Joannes dicens : « Quotquot autem eum receperunt, dedit eis potestatem filios Dei fieri [37]. »

[34] Isa. I, 11. [35] Joan. XVI, 15. [36] Joan. I, 16. [37] ibid. 12.

Digitized by Google

Filii enim efficimur per genituram spiritalem, quæ nobis accidit haud a corruptibili semine, sed a verbo Dei viventis permanentisque, sicuti scriptum est : « Voluntarie enim genuit nos verbo veritatis, ut simus initium aliquod creaturarum ejus. » Namque ita sanctorum apostolorum quidam locutus est [58]. Quin adeo et ipse Christus rei viam evidentem ostendit dicens : « Nisi quis genitus fuerit ex aqua et Spiritu, non potest introire in regnum Dei [59]. » Imo vero, oportet enim quædam etiam penitiora vobis dicere, ipse nobis factus est tam splendidæ pretiosæque gratiæ via, janua, occasioque, cum sibi nostram similitudinem induit. Sumpsit enim servi formam; quanquam, prout intelligitur et est reapse Deus, liber est, ut sua nobis communicaret. Solus enim suapte natura ipse liber est, qui solus Filius est illius qui omnia excedit et universalis est Dominus, Patris, inquam, natura sua vereque liberi. Nam quod ad nativitatem perducitur, subditam habet creanti se cervicem. Canit itaque Melodus, aitque ad eum : « Quoniam omnia serviunt tibi [60]. » Quod autem nostra ad se transferens, sapiente ratione sua nobis communicaverit, testis aderit mysteriorum ejus **262** sacerdos sapientissimus Paulus scribens : « Qui cum dives esset, egenus est factus, ut nos inopia ejus divites essemus [61]. » Etenim inopiæ instar Deo Verbo fuit, res humani generis participare; opum autem instar est hominis naturæ, dum quæ sunt Christi accipit; quas inter libertatis dignitas est, eos potissime decens qui ad adoptionem in filios sunt vocati. Jam et hoc ipsum, ut dixi, donum ipsius est. Dixit enim nobis : « Nolite patrem vobis vocare super terram : unus enim est Pater vester cœlestis : vos autem cuncti fratres estis [62]. » Nam quia unus ipse de nobis factus est, idcirco fraternitatem cum illo nacti sumus. Jubet itaque nos audere, et Patrem in precibus invocare. Sapientissime autem illud quoque orantes vult cogitare : nam si Patrem appellamus Deum, tamque splendido affecti honore fuimus, cur indignam honorante vitam degimus? Hoc quidam sanctorum apostolorum ait : « Si Patrem invocatis eum qui sine personarum acceptione, secundum uniuscujusque opus judicat, cum timore incolatus vestri tempore conversamini [63].

A Μεμορφώμεθα γὰρ εἰς υἱότητα, διὰ γεννήσεως τῆς πνευματικῆς, τελουμένης ἐν ἡμῖν οὐκ ἐκ σπορᾶς φθαρτῆς μᾶλλον, ἀλλὰ διὰ λόγου ζῶντος Θεοῦ καὶ μένοντος, καθὰ γέγραπται · « Βουληθεὶς γὰρ ἀπεκύησεν ἡμᾶς λόγῳ ἀληθείας, εἰς τὸ εἶναι ἡμᾶς ἀπαρχήν τινα τῶν ἑαυτοῦ κτισμάτων. » Ἔφη γὰρ οὕτω τις τῶν ἁγίων ἀποστόλων. Καὶ αὐτὸς δέ που Χριστὸς, τὴν τοῦ πράγματος ὁδὸν ἐναργῆ καθίστη, λέγων · « Ἐὰν μή τις γεννηθῇ ἐξ ὕδατος καὶ Πνεύματος, οὐ δύναται εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ. » Μᾶλλον δὲ, δεῖ γὰρ πρὸς ὑμᾶς (1) καί τι τῶν ἀπορρήτων εἰπεῖν, αὐτὸς ἡμῖν γέγονε τῆς οὕτω λαμπρᾶς καὶ ἀξιοκτήτου χάριτος ὁδὸς, καὶ θύρα, καὶ ἀφορμὴ, τὴν πρὸς ἡμᾶς ὁμοίωσιν ὑπελθών · ἔλαβε γὰρ δούλου μορφὴν, καίτοι καθ' ὃ νοεῖται καὶ ἔστιν Θεὸς, ἐλεύθερος ὤν, B ἵν' ἡμῖν τὰ ἑαυτοῦ χαρίσηται. Μόνος γὰρ κατὰ φύσιν ἐλεύθερος αὐτὸς, ὅτι καὶ μόνος ἐστὶν Υἱὸς τοῦ τὰ πάντα ὑπερκειμένου καὶ κατεξουσιάζοντος τῶν ὅλων, φύσει τε καὶ ἀληθῶς ἐλευθέρου Πατρός · πᾶν γὰρ τὸ παρενεχθὲν εἰς γένεσιν, δοῦλον ὑπέχει τῷ κτίσαντι τὸν αὐχένα. Ψάλλει γοῦν ὁ Μελῳδὸς, καί φησι πρὸς αὐτόν · « Ὅτι τὰ σύμπαντα δοῦλά σου. » Ὅτι δὲ τὰ ἡμῶν εἰς ἑαυτὸν μεταθεὶς, οἰκονομικῶς δέδωκεν ἡμῖν τὰ ἑαυτοῦ, πιστώσεται γράφων ὁ τῶν αὐτοῦ μυστηρίων ἱερουργὸς, ὁ πάνσοφος Παῦλος · « Ὅτι πλούσιος ὢν, ἐπτώχευσεν, ἵν' ἡμεῖς τῇ αὐτοῦ πτωχείᾳ πλουτήσωμεν. » Πτωχεία μὲν γὰρ τῷ Θεῷ Λόγῳ, τὰ καθ' ἡμᾶς, ἤτοι τὰ ἀνθρώπινα · πλοῦτος δὲ τῇ ἀνθρώπου φύσει, τὸ λαβεῖν τὰ αὐτοῦ · ὧν ἓν ἐστι τὸ ἐλεύθερον ἀξίωμα, πρέπον ὡς μάλιστα τοῖς εἰς υἱότητα κεκλημένοις. Αὐτοῦ δὲ καὶ τοῦτο, ὡς ἔφην, τὸ δῶρον· ἔφη γὰρ πρὸς ἡμᾶς · « Καὶ πατέρα μὴ καλέσητε ἐπὶ τῆς γῆς · εἷς γάρ ἐστιν ὁ Πατὴρ ὑμῶν, ὁ οὐράνιος· πάντες δὲ ὑμεῖς ἀδελφοί ἐστε. » Ἐπειδὴ γὰρ γέγονε καθ' ἡμᾶς, διὰ τοῦτο πεπλουτήκαμεν ἡμεῖς τὴν πρὸς αὐτὸν ἀδελφότητα. Κελεύει τοίνυν παῤῥησιάζεσθαί τε καὶ λέγειν ἐν προσευχαῖς Πατέρα. Οἰκονομικώτατα δὲ λίαν δίδωσι κἀκεῖνο τοῖς προσευχομένοις ἐννοεῖν· εἰ γὰρ Πατέρα καλοῦμεν τὸν Θεὸν, καὶ τῆς οὕτω λαμπρᾶς ἠξιώθημεν τιμῆς, πῶς οὐκ ἀξίως τοῦ τετιμηκότος πολιτευσόμεθα; Τοῦτό τις ἔφη τῶν ἁγίων ἀποστόλων · « Εἰ Πατέρα ἐπικαλεῖσθε τὸν ἀπροσωπολήπτως κρίνοντα κατὰ τὸ ἑκάστου ἔργον, ἐν φόβῳ τὸν τῆς παροικίας ὑμῶν χρόνον ἀναστράφητε. » C D

**V. 2.** *Sanctificetur nomen tuum.*

Num sanctitatis additamentum fieri petimus Deo sanctissimo? Hoc quidem prorsus est improbabile. Plenus est enim, ut ipse ait [64], se ipso, atque in se perfectissimus; imo ipse sanctitatem creatis rebus suppeditat de plenitudine sua. Stultum insuper et ridiculum est existimare, eos qui orant non magis pro se, quam pro illo, preces effundere. Quid

Ἁγιασθήτω τὸ ὄνομά σου.

(A f. 149 b) Ἆρα ἁγιασμοῦ προσθήκην ἐγγενέσθαι παρακαλοῦμεν τῷ παναγίῳ Θεῷ; Καὶ μὴν τοῦτό ἐστιν οὐκ ἄμεμπτον παντελῶς. Πλήρης γάρ ἐστι, καθά φησιν αὐτὸς, ἐξ ἑαυτοῦ τε καὶ ἐν ἑαυτῷ παντέλειος, καὶ αὐτός ἐστιν ὁ χορηγῶν τῇ κτίσει τὸν ἁγιασμὸν ἐξ ἰδίου πληρώματος. Πρὸς δὲ αὖ τούτοις, εὐηθες καὶ καταγέλαστον τὸ νομίζεσθαι τοὺς

[58] Jac. I, 18. [59] Joan. III, 5. [60] Psal. CXVIII, 91. [61] II Cor. VIII, 9. [62] Matth. XXIII, 9. [63] I Petr. I, 17. [64] Isa. I, 2.

(1) Nota indicium, recitatam ad populum fuisse homiliarum more hanc explanationem; sicut alibi vocabulum vocativum *charissime* id ipsum innuit.

Digitized by Google

προσευχομένους οὐχ ὑπέρ γε μᾶλλον ἑαυτῶν, ἀλλ' ὑπὲρ αὐτοῦ ποιεῖσθαι τὰς λιτάς. Τί οὖν ἄρα ἐστὶ τὸ, « Ἁγιασθήτω τὸ ὄνομά σου; » Φαμὲν, ὅτι οὐχ ἁγιασμοῦ προσθήκην ἐνυπάρξαι παρακαλοῦσι τῷ ἐπὶ πάντας Θεῷ. Τίς γάρ ἐστιν ὁ μείζων αὐτοῦ, καὶ προσδοῦναί τι δυνάμενος; Χωρὶς γὰρ πάσης ἀντιλογίας, τὸ ἔλαττον ὑπὸ τοῦ κρείττονος εὐλογεῖται· ἐκεῖνο δὲ μᾶλλον ἑαυτοῖς τε καὶ πᾶσιν ὑπάρξαι παρακαλοῦσιν. Ὅτε διακείμεθα καὶ πιστεύομεν ὅτι Θεὸς ὁ φύσει καὶ ἐπὶ πάντας, ἅγιος ἁγίων ἐστὶ, τότε τὸν φόβον αὐτοῦ λαβόντες εἰς νοῦν, ὀρθήν τε καὶ ἀνεπίληπτον ἐπιτηδεύομεν ζωήν· ἵνα οὕτως ἅγιοι γενόντες, ἐγγὺς εἶναι δυνηθῶμεν τοῦ ἁγίου Θεοῦ. Γέγραπται γάρ, ὅτι « Ἅγιοι ἔσεσθε, ὅτι ἐγὼ ἅγιός εἰμι. » Ἔφη δή που καὶ πρὸς τὸν ἱεροφάντην Μωϋσέα· « Ἐν τοῖς ἐγγίζουσί μοι ἁγιασθήσομαι. » Οὐκοῦν ἐν ἡμῖν, φησὶν, ἅγιον ἔστω τὸ ὄνομά σου· τοῦτο γὰρ δὴ τὸ *ἁγιασθήτω* δηλοῖ. Καὶ οὐχ ὑπὲρ ἑαυτῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ παντὸς τοῦ κόσμου, τοῦτο παρακαλοῦσιν. Ἐννόησον γὰρ ὅτι παρὰ τοῖς οὕπω τὸ τῆς ἀληθείας πλουτήσασι φῶς, μήτε μὴν τὴν πίστιν παραδεξαμένοις, ἔτι καταπεφρόνηται τὸ ὄνομα τοῦ Θεοῦ. Οὕπω γὰρ αὐτοῖς ἅγιον εἶναι δοκεῖ, καὶ σεπτὸν καὶ προσκυνητόν. Ἐπὰν δὲ τὸ τῆς ἀληθείας αὐτοῖς ἐλλάμψῃ φῶς, καὶ ὡς ἐκ νυκτὸς καὶ σκότους διαγρηγορήσωσι, μόλις τότε μαθόντες τίς τε καὶ ὅσος ἐστὶν, ἅγιον ἁγίων ὁμολογοῦσιν αὐτόν. Ὅτι δὲ τοῦθ' οὕτως ἔχει, συνήσεις ἐντεῦθεν. Ἔφη τις τῶν ἁγίων προφητῶν· « Κύριον αὐτὸν ἁγιάσατε, καὶ αὐτὸς ἔσται σοι φόβος· καὶ ἐὰν ἐπ' αὐτῷ πεποιθὼς ᾖς, ἔσται σοι εἰς ἁγιασμόν. » Ἆρα οὖν ἡμεῖς ἅγιον ἀποτελοῦμεν τὸν Θεὸν, τὸν ἐξ ἰδίου πληρώματος διανέμοντα πλουσίως τῇ κτίσει τὰ παρ' ἑαυτοῦ; Ἀλλὰ δῆλον ὡς ἐκεῖνο διδάσκειν φαμὲν αὐτὸν, ὅτι Ἅγιον εἶναι αὐτὸν πιστεύετε· τότε γὰρ αὐτὸν φοβηθήσεσθε, ἔσται δὲ οὗτος ὑμῖν καὶ εἰς ἁγιασμόν. Γέγραπται δὲ πάλιν περὶ Χριστοῦ· « Ἁγιάσατε τὸν φαυλίζοντα τὴν ψυχήν· » τουτέστι, παρ' οὐδὲν αὐτὴν ἡγήσατο· τέθεικε γὰρ αὐτὴν ὑπὲρ ἡμῶν. Πλὴν ἁγιαζέσθω, φησὶ, παρ' ὑμῶν, τουτέστιν ὁμολογείσθω ἅγιος. Καὶ γάρ ἐστι τοῦτο κατὰ φύσιν, Θεὸς ὢν ἀληθινὸς, καὶ Υἱὸς Θεοῦ. Τὸ γὰρ ἅγιον οὐσιωδῶς πρέποι ἂν οὐδενὶ μὲν τῶν ἐξ οὐκ ὄντων εἰς τὸ εἶναι παρενηνεγμένων, μόνῃ δὲ τῇ ἀνωτάτῳ καὶ ὑπὲρ πάντα φύσει. Ὅταν οὖν πιστεύωμεν ὅτι κατὰ φύσιν ἅγιός ἐστι, τοῦτο γάρ ἐστι τὸ « ἁγιάζειν αὐτὸν, » τότε προσομολογοῦμεν ὅτι καὶ Θεός ἐστιν ἀληθινὸς, ἔτι δὲ κεχωρισμένος ἀπὸ τῶν λοιπῶν, καὶ ἐν ὑπεροχῇ μεγίστῃ.

*Ἐλθέτω ἡ βασιλεία σου.*

(A f. 150) Ἀεί γε μὴν βασιλεύοντος τοῦ Θεοῦ, καὶ καταχρατοῦντος ὅλων, τί δὴ βούλεται τὸ, « Ἐλθέτω ἡ βασιλεία σου; » Ἐοίκασι τοίνυν ἐπιθυμεῖν οἱ τοῦτο λέγοντες ἐν προσευχαῖς, ἐπιλάμψαντα πάλιν ἰδεῖν ἐν κόσμῳ τὸν τῶν ὅλων Σωτῆρα Χριστόν. Ἥξει γὰρ, ἥξει, καὶ καταβήσεται κριτὴς, καὶ οὐκ ἐν ὑφέσει τότε τῇ καθ' ἡμᾶς, ἀλλ' ἐν δόξῃ θεοπρεπεῖ δορυφορούντων

ergo sibi volunt verba « Sanctificetur nomen tuum? » Dicimus homines haud precari ut summo Deo sanctitatis fiat accessio. Quis enim major est illo, atque ei quidquam superadiicere valens? Nam quod minor a majore benedicatur, extra omnem controversiam est. Sed illud potius et sibi et cunctis ut eveniat orant. Cum consideramus et credimus Deum, qui natura sua supra omnes est, sanctum sanctorum esse, tunc ejus timorem mente nostra volventes, rectam et inculpabilem vitam **263** degimus; ut sic sancti effecti, ad Deum sanctum appropinquare possimus. Scriptum est enim : « Sancti estote, quia ego sanctus sum [55]. » Dixit vero aliquando Deus hierophanti Moysi : « In appropinquantibus mihi sanctificabor [56]. » Ergo in nobis, inquit, sanctum esto nomen tuum; hoc enim hic vocabulum *sanctificetur* significat. Neque pro seipsis tantum, sed etiam pro universo mundo hoc orantes petunt. Etenim reputandum est, apud eos qui nondum veritatis lumen sunt adepti, neque fidem receperunt, contemni adhuc nomen Dei. Nondum quippe illis sanctum videtur, augustum atque adorabile. Cum autem ipsis veritatis jubar illuxerit, ac veluti ex nocte et tenebris evigilaverint, vix tum denique cognoscentes quis quantusve sit, ipsum sanctum esse sanctorum confitebuntur. Quod vero hæc ita se habeant, inde intelliges. Ait quidam de sanctis prophetis : « Dominum ipsum sanctificate, et ipse erit tibi pavor : quod si illi confisus fueris, erit tibi in sanctificationem [57]. » Num ergo nos sanctum efficimus Deum, qui de propria plenitudine distribuit copiose creaturis quæ sua sunt? Sine dubio autem hoc dicimus ab eo doceri, nempe, Ipsum sanctum credite; tunc enim eumdem timebitis, atque ita vobis causa sanctitatis erit. De Christo item scriptum est : « Sanctificate eum, qui animam suam vilificavit [58], » id est qui eam pensi non habuit, quam scilicet pro nobis posuit. Verumtamen a vobis sanctificetur, inquit, id est, eum sanctum esse fateamini. Est enim revera suapte natura talis, cum sit Deus verus, et Filius Dei. Nam sanctitas substantialis neminis propria est, qui de non exstantibus ad exsistendum productus fuerit, sed uni summæ et super omnia naturæ. Cum ergo credimus eum natura propria sanctum, hoc enim valet dictio « sanctificare eum, » tunc simul confitemur Deum esse verum, et quidem a cæteris rebus sejunctum, et summo in culmine constitutum.

**264** V. 2. *Adveniat regnum tuum.*

Age vero cum Deus ab æterno regnet, et universale imperium teneat, quid sibi volunt verba « Adveniat regnum tuum? » Videntur itaque optare, qui hæc dicunt orantes, videre rursus apparentem mundo universalem Servatorem Christum. Veniet enim, veniet descendetque judex, neque jam in humilitate nostra, sed cum digna Deo gloria stipanti-

[55] Levit. xi, 44. [56] Levit. x, 3. [57] Isa. viii, 13. [58] Isa. xlix, 7.

Digitized by Google

bus angelis, ut mundum judicet. Defensionis erit ergo tempus illud, imo probationis ac retributionis : ignis præparatus est improbis, et diutina pœna, perpetuusque cruciatus. Cur ergo ut videant tempus illud, orant? Considera mecum rursus Servatoris solertiam, et in omni re prudentiam admirandam. Jussit enim precibus postulare illius vere formidandi temporis adventum, ut cognoscerent oportere eos vivere haud ignave aut dissolute, sed potius ut sanctos decet, atque uti Deo placet; ut præmia ipsis illud tempus conferat, non autem flammas ac pœnam. Nam impiis atque impuris nullatenus convenit dicere in precibus, « Adveniat regnum tuum. » Sciant itaque quod ita precantes, propemodum incusant Deum, quod non citius ipsis punitionis tempus oriatur et supervenial. Ilis sanctus quidam propheta inclamat : « Væ iis qui diem Domini optant! Cur? Hæc vobis dies Domini tenebræ erit, non lumen, caligo luce omni carens [49]. » Ergo petunt sancti, ut Servatoris nostri universaliter regnaturi tempus adsit, quoniam satis jam laboraverunt, et patratorum a se operum mercedem exquirunt. Confidunt enim splendidos se coram judice apparituros.

A ἀγγέλων, ἵνα κρίνῃ τὸν κόσμον. Ἀπολογίας τοίνυν ὁ τότε καιρὸς, μᾶλλον δὲ δοκιμασίας καὶ ἀνταποδόσεως· πῦρ ἡτοίμασται τοῖς ἀνόμοις, καὶ δίκη μακρὰ, διηνεκὴ κολαστήρια. Εἶτα πῶς ἰδεῖν ἐκεῖνον εὔχονται τὸν καιρόν; Ἄθρει δή μοι πάλιν τοῦ Σωτῆρος τὸ εὐτεχνὲς, καὶ τὴν ἐφ' ἑκάστῳ τῶν πραγμάτων ἀξιοθαύμαστον οἰκονομίαν. Ἐκέλευσε γὰρ διὰ προσευχῆς αἰτεῖν αὐτὸν ἐκεῖνον τὸν ὄντως φρικτὸν ἐπιστῆναι καιρὸν, ἵνα εἰδεῖεν ὅτι διαβιοῦν αὐτοὺς ἀναγκαῖον, οὐ ῥᾳθύμως ἢ παρειμένως, ἁγιοπρεπῶς δὲ μᾶλλον, καὶ κατά γε τὸ αὐτῷ δοκοῦν· ἵνα στεφάνων αὐτοῖς εὑρεθῇ πρόξενος ὁ καιρὸς, καὶ μὴ πυρὸς καὶ δίκης. Τοῖς γὰρ ἀνόμοις καὶ βεβήλοις πρέποι ἂν κατ' οὐδένα τρόπον τὸ λέγειν ἐν προσευχαῖς, « Ἐλθέτω ἡ βασιλεία σου. » Ἤγουν ἵστωσαν ὡς τοῦτο λέγοντες, μονονουχὶ καταιτιῶνται Θεὸν, ὅτι μὴ θᾶττον αὐτοῖς ὁ τοῦ κολάζεσθαι καιρὸς ἀνίσχει καὶ φαίνεται· τούτοις ἐπιφθέγγεταί τις τῶν ἁγίων προφητῶν· « Οὐαὶ οἱ ἐπιθυμοῦντες τὴν ἡμέραν Κυρίου! Ἵνα τί; ὑμῖν αὕτη ἡ ἡμέρα τοῦ Κυρίου, καὶ αὕτη ἐστὶ σκότος καὶ οὐ φῶς, καὶ γνόφος οὐκ ἔχων φέγγος. » Οὐκοῦν αἰτοῦσιν οἱ ἅγιοι τὸν τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ὁλοτελοῦς βασιλείας ἐπιστῆναι καιρὸν, ἅτε δὴ πεπονηκότων ἃ δεῖ, καὶ τῶν ἤδη προειργασμένων αὐτοῖς ζητοῦντες τὰς ἀμοιβάς. Τεθαρρήκασι γὰρ ὅτι λαμπροὶ παραστήσονται τῷ κριτῇ.

B

*Fiat voluntas tua, sicut in cœlo et in terra.*

Hoc quoque sanctos decet, et quamlibet laudem excedit. Nam velle in terra prævalere bonam Dei voluntatem, quid aliud est quam velle ut cuncti virtutem omnem exerceant eaque se imbuant? Sic excellenter se gerere sanctos angelos in **265** cœlis dicimus. Scriptum est enim de ipsis : « Benedicite Domino, omnes virtutes ejus, ministri ejus qui facitis voluntatem ipsius [50]. » Qui itaque ita dicunt, vires suppeditari postulant in terra degentibus, ut Dei voluntati obtemperent, et supernam cœlestem imitentur vitam, eam scilicet quam sancti angeli agunt : ut, quemadmodum Paulus ait [51], etsi in terra ambulantes, nihilominus in cœlo conversentur. Insuper dicimus, peccati exstinctionem cupere eos videre qui dicunt : Fiat voluntas tua, sicut in cœlo et in terra. Voluntas enim, ut dixi, summi Dei est, ut sancte in terra vivamus, atque ita primogenitorum Ecclesiæ, supernæ inquam, imitatio et imago veluti quædam in terris conspecta Christum oblectet.

*Γενηθήτω τὸ θέλημά σου, ὡς ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ τῆς γῆς.*

(A f. 150 b) Ἁγιοπρεπὲς δὲ καὶ τοῦτο, καὶ παντὸς ἐπαίνου μεστόν. Τὸ γὰρ ἐν γῇ βούλεσθαι κρατεῖν τὸ ἀγαθὸν θέλημα τοῦ Θεοῦ, τί ἂν ἕτερον εἴη, πλὴν ὅτι τὸ πάντας ἐθέλειν ἀπάσης ἀρετῆς ἀποτελεστὰς εἶναι καὶ ἐπιστήμονας; Οὕτω καὶ διαπρέπειν ἐν οὐρανοῖς τοὺς ἁγίους ἀγγέλους φαμέν. Γέγραπται γὰρ περὶ αὐτῶν· « Εὐλογεῖτε τὸν Κύριον, πᾶσαι αἱ δυνάμεις αὐτοῦ, λειτουργοὶ αὐτοῦ, ποιοῦντες τὰ θελήματα αὐτοῦ. » Ἰσχὺν τοίνυν παρακαλοῦσι δοθῆναι τοῖς ἐπὶ γῆς οἱ τοῦτο λέγοντες, ἵνα ποιῶσι τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ, καὶ τὴν ἄνω καὶ ἐν οὐρανοῖς ἀπομιμῶνται πολιτείαν, τὴν παρά γέ φημι τοῖς ἁγίοις ἀγγέλοις· ἵνα, ὡς ὁ Παῦλός φησιν, ἐπὶ γῆς περιπατοῦντες, ἔχωσιν ἐν οὐρανῷ τὸ πολίτευμα. Πρὸς δ' αὖ τούτοις φαμὲν, ὅτι τῆς ἁμαρτίας τὴν ἀναίρεσιν αἰτοῦσιν ἰδεῖν οἱ λέγοντες· « Γενηθήτω τὸ θέλημά σου, ὡς ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ τῆς γῆς. » Θέλημα γὰρ, ὡς ἔφην, τοῦ ἐπὶ πάντας Θεοῦ, τὸ ἁγίως πολιτεύεσθαι τοὺς ἐπὶ τῆς γῆς· ἵνα τῆς τῶν πρωτοτόκων Ἐκκλησίας, τῆς ἄνω φημὶ, μίμημα καὶ εἰκὼν ὥσπερ τις, ἡ ἐπὶ γῆς ὁρωμένη, κατευφραίνῃ Χριστόν.

C

D

V. 3. *Panem nostrum ob subsistendum da nobis quotidie.*

Putant fortasse nonnulli, incongruum esse, et sanctis alienum, corporalia a Deo postulare, eamque ob causam ad spiritalem sensum id dictum transferunt, panemque eos petere dicunt non ter-

*Τὸν ἄρτον ἡμῶν τὸν ἐπιούσιον* (1) *δίδου ἡμῖν τὸ καθ' ἡμέραν.*

(A f. 150 b) Οἴονται δὲ ἴσως τινὲς, ἀνάρμοστον εἶναι καὶ ἀπρεπὲς ἁγίοις τὸ αἰτεῖν παρὰ Θεοῦ τὰ σωματικὰ, καὶ ταύτης ἕνεκα τῆς αἰτίας ἀποφέρουσι τὸ εἰρημένον εἰς πνευματικὴν θεωρίαν· καὶ δὴ καὶ

[49] Amos v, 18. [50] Psal. cii, 21. [51] Philip. iii, 20.

(1) Ignotum Græcis hoc vocabulum ἐπιούσιος, et evangelicis tantum paginis traditum, testatur Origenes *De Orat.* § 27, cujus etymologicam explicationem sequitur noster Cyrillus

Digitized by Google

ἄρτον φασὶν αὐτοὺς αἰτεῖν, οὐκ ἐπίγειον, οὐ σωματικὸν, ἐκεῖνον δὲ μᾶλλον, τὸν ἄνωθεν καὶ ἐξ οὐρανοῦ καταβαίνοντα, καὶ ζωὴν τῷ κόσμῳ παρέχοντα, ἢ, ὡς φασιν, ἀληθεῖ οὐσίᾳ καὶ ἀσωμάτῳ, τουτέστι τῇ ψυχῇ· αὕτη γὰρ, διὰ τὸ μὴ ῥευστὸν, κυρίως οὐσία ἐστίν. Ἐγὼ δὲ ὅτι μὲν ἁγίοις πρέποι ἂν ὅτι μάλιστα τὸ πνευματικῶν χαρισμάτων ἐπείγεσθαι μεταλαχεῖν, φαίην ἂν ἐνδοιάσας οὐδέν· πλὴν ἐκεῖνο ὄξιον ἰδεῖν, ὅτι κἂν ἄρτον αἰτῶσι κοινὸν, καὶ τοῦτο δρᾷν αὐτοῖς προστέταχεν ὁ Σωτὴρ, μόμου παντὸς ἐλευθέραν ποιοῦνται τὴν πρόσοδον. Ἄθρει γὰρ ὁποῖος τοῖς εἰρημένοις ἐγκέκρυπται νοῦς. Δι' ὧν γὰρ προστέταχεν ἄρτον αἰτεῖν, ἤτοι τροφὴν τὴν ἐφήμερον, δῆλος ἂν εἴη δήπουθεν, μηδὲν ἔχειν αὐτοῖς ἐφιεὶς, ἁγιοπρεπῆ δὲ μᾶλλον ἐπιτηδεύειν πτωχείαν. Οὐ γὰρ τῶν ἐχόντων τὸ αἰτεῖν, ἀλλὰ τῶν ἐν σπάνει καθεστηκότων. Ἐπ' ἂν δέ τις οὐδενὸς ἐν χρείᾳ καθεστηκὼς, Θεῷ τῷ πάντα εἰδότι λέγει· Δὸς ἄρτον ἡμῖν τὸν ἐφήμερον, δόξειεν ἂν εἰρωνεύεσθαι μᾶλλον, ἢ γοῦν ἀληθῶς βούλεσθαι λαβεῖν. Ἄρτον δὲ τὸν ἐπιούσιον οἱ μὲν εἶναί φασι τὸν ἥξοντά τε καὶ δοθησόμενον κατὰ τὸν αἰῶνα τὸν μέλλοντα, ἵνα νοῆται πάλιν πνευματικῶς· οἱ δὲ καὶ εἰς ἑτέρας ἐννοίας ἀποφέρουσι τὴν φωνήν. Ἀλλ' εἴπερ ἦν ἀληθὲς ὡς ἄρτου τοῦ δοθησομένου κατὰ τὸν αἰῶνα τὸν μέλλοντα μνήμην ποιοῦνται προσευχόμενοι, διὰ τί προσεπάγουσι τὸ, « Δίδου ἡμῖν τὸ καθ' ἡμέραν; » Ἔστι γὰρ ἔτι διὰ τούτων ἰδεῖν, ὅτι τῆς ἐφημέρου τροφῆς ποιοῦνται τὴν αἴτησιν, ὡς ἀκτήμονες δηλονότι. Ἐπιούσιον δὲ τὸν αὐτάρκη νοεῖσθαι χρή· τέθεικέ που τὴν λέξιν καὶ ὁ μακάριος Ἀπόστολος, βραχὺ παραλλάξας, ἐπὶ τοῦ πάντων ἡμῶν Σωτῆρος Χριστοῦ· ἔφη γὰρ αὐτὸν ἑαυτῷ κατασκευάσαι λαὸν *περιούσιον*, ἀντὶ τοῦ *ἐπιουσίου* τὸν *περιούσιον* εἰπὼν, τουτέστι, τὸν ἀρκοῦντα, καὶ τοῦ τελείως ἔχειν οὐχ ἡττώμενον.

A restrem, non corporalem, sed illum potius cœlo desuper descendentem vitamque mundo præbentem, sive, ut aiunt, incorporeæ vereque exsistenti substantiæ, id est animæ; quæ quia non præterit, proprie substantia est. Ego vero sanctos quidem maxime decere, ut spiritalibus donis potiri studeant, nihil dubitans dixerim; et tamen illud cogitare par est, quod etiamsi panem petant vulgarem, atque id agere præceperit eis Servator, nullo probro obnoxiam faciunt supplicationem. Videsis enim quænam huic dicto sententia insit. Dum enim jussit petere eos panem, sive victum quotidianum, constat eumdem ipsis insinuasse nihil ut possideant, sed sanctam potius paupertatem sectentur. Non enim habentium mos est petere, sed in penuria constitutorum. Si quis autem nulla re indigens, Deo **266** omnia scienti dicat: Da mihi panem quotidianum, ironice potius loqui videbitur, quam aliquid vere velle accipere. Panem vero, ut ita dicam, subsistentiæ, alii dicunt venturum illum esse, id est in futuro sæculo dandum, ut denno de spiritali cogitemus: alii autem ad alios quoque sensus id vocabulum transferunt. Sed enim, si forte verum sit eos orantes de pane loqui, qui in futuro sæculo dandus est, cur addunt, da nobis quotidie? Hinc videlicet denuo patet petere eos quotidianum panem, nempe ut pauperes. Subsistentiæ autem panem intelligere oportet sufficientem. Vocabulum hoc adhibuit parum quid immutatum beatus Apostolus de omnium nostrum Servatore Christo. Ait[51] enim ipsum sibi comparasse populum περιούσιον, loco ἐπιούσιον dicens περιούσιον, id est sufficientem, statuque perfecto non inferiorem.

*Καὶ ἄφες ἡμῖν τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν*, κ. τ. λ.

(A f. 151) Βούλεται χρηστοὺς καὶ ἀμνησικάκους εἶναι τοὺς ἑαυτοῦ μαθητὰς ὁ Κύριος· ὡς ἀνεπιπλήκτως δύνασθαι λέγειν ἐν προσευχαῖς· Ἄφες ἡμῖν, ὅτι ἀφήκαμεν. « Ὦ βάθος πλούτου καὶ σοφίας καὶ γνώσεως! » Πρῶτον αἰτεῖν ἐπιτάττει τῶν αὐτοῖς ἡμαρτημένων τὴν ἄφεσιν, εἶθ' οὕτως ὁμολογεῖν ὅτι πάντη τε καὶ πάντως ἀφήσουσι καὶ αὐτοί· καὶ ἵνα οὕτως εἴπω, τῆς ἐνούσης αὐτοῖς ἀνεξικακίας μιμητὴν [cod. μιμητὰς] ἐθέλουσι γενέσθαι τὸν Θεὸν, καὶ ἣν ἂν αὐτοὶ παράσχωνται τοῖς ὁμοδούλοις χρηστότητα, ταύτην ἐν ἴσῳ μέτρῳ ζητοῦσι λαβεῖν παρὰ τοῦ τὰ δίκαια νέμοντος, καὶ κατοικτείρειν ἅπαντας εἰδότος Θεοῦ. Καὶ μή τις οἰέσθω τοῖς τυχοῦσιν ἁπλῶς ἐξεῖναι λέγειν· « Ἄφες ἡμῖν τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν. » Οὐ γὰρ τοῖς οὖσιν ἐν τῷ πλημμελεῖν ἔτι πρέποι ἂν λέγειν τὸ, « Ἄφες ἡμῖν τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν· » ἐκείνοις μᾶλλον οἵπερ ἂν εἶεν ἀποφοιτήσαντες μὲν τῶν ἤδη προεπταισμένων, ἀντεχόμενοι δὲ τοῦ διαζῆν λοιπὸν εὐθέλειν ἁγιοπρεπῶς. Δεῖ τοίνυν αἰτεῖν παρὰ Θεοῦ τῶν ἡμαρτημένων τὴν ἄφεσιν, προαφέντας ἡμᾶς τοῖς κατά τι γοῦν προσκεκρουκόσιν, ὅταν εἰς ἡμᾶς

V. 4. *Et dimitte nobis peccata nostra*, etc.

Vult benignos esse et injuriarum obliviosos discipulos suos Dominus; ut irreprehensibiliter dicere possint in suis precibus: Dimitte nobis, quia dimisimus. « O altitudo divitiarum, et sapientiæ ac scientiæ[52]! » Primum petere jubet peccatorum propriorum remissionem, deinde confiteri se quoque omnino veniam aliis daturos: atque, ut ita dicam, hærentis sibi indulgentiæ imitatorem volunt fieri Deum; et quam ipsi exhibuerint conservis benignitatem, hanc pari mensura quærunt consequi a justo rerum datore, et omnium misereri solito Deo. Nec tamen quisquam existimet cuique indifferenter licere dicere, « Dimitte nobis peccata nostra. » Non enim eos qui peccare pergunt decebit dicere, « Dimitte nobis peccata nostra; » sed eos potius, qui a priore culpa recesserint, nunc autem sancte vivere studeant. Oportet itaque a Deo postulare peccatorum veniam, postquam iis qui nos laeserint pepercerimus, si tamen ii adversus nos, non autem in divinam supremamque peccaverint majestatem. **267** Neque enim delictorum illorum,

[51] Tit. II, 14. [52] Rom. XI, 33.

Digitized by Google

sed horum tantummodo quæ in nos commissa fuerint, potestatem habemus.

*Et ne nos inducas in tentationem.*

Usque ad hunc locum orationem recitat Lucas; Matthæum vero comperimus addere : « Sed libera nos a malo [84]. » Habent autem hæc dicta plurimam connexionem : est enim consectaneum ut si in tentationem non ingredimur, malo liberemur. Imo si quis dicat, liberari idem esse ac non ingredi in tentationem, a veritate non abludet. Dum autem sic loqui nos docet, haud sane molles aut timidos nos vult esse, quin potius viriles, et ad laudabile opus quodlibet alacres : insuper etiam modestos et pauperes spiritu; neque existimare, fore nos in omni prorsus tentatione superiores. Intolerabilis enim quandoque incidit in hominis animum consternatio, et confidentissimam quamque mentem tentationis pondus perfringit. Oportet itaque haud nimis audere in tentationibus, sed reputare potius mentis nostræ infirmitatem. Ergo deprecemur quidem tentari; occasione tamen necessaria vocante, tunc demum omni exprompta strenuitate decertandum est. Duplex vero est tentationum genus : aut enim aliquis a diversæ sectæ hominibus tentatur, aut ab ignominiæ passionibus. Debemus itaque in his tam gravibus versantes malis, vel etiam antequam eveniant, orare ac dicere : « Ne nos inducas in tentationem. » Sed cum ipsa tentatio ingruet, tunc resiste fortiter, carnem increpa, frenum menti injice, opem a Deo pete. Tunc enim auxiliabitur, et victoriam concedet universalis Servator ac Dominus.

V. 5. *Et ait ad illos : Quis vestrum habebit amicum ?* etc.

Mirabilis hic est sententiarum ordo. Docuit enim Servator quemadmodum opus sit orare, sciscitantibus id sanctis apostolis. Sed oportebat eos qui hanc tam venerabilem salutaremque doctrinam acceperant, **268** facere quidem juxta datam normam, sine fastidio tamen atque socordia : nec deinde, minime exaudita prima prece aut etiam secunda, cessare a precibus, ceu nullam utilitatem habentibus. Ne ergo id nobis accidat, neque ex hac pusillanimitate detrimentum patiamur, sub parabolæ forma perspicue ostendit ignaviam nocere precibus, utilissimam autem esse perseverantiam. Age porro quod specie parabolæ ostensum fuit, in rei veritatem convertamus. Importune ora, accede ad benignum Deum persæpe; et si videris procrastinari gratiæ concessionem, ne animum despondeas, neque a suscepta spe excidas, ita fortasse

[84] Matth. VI, 13.

καὶ μὴ εἰς αὐτὴν τὴν θείαν καὶ ὑπερτάτην ἁμαρτάνωσι δόξαν· οὐ γὰρ ἐκείνων ἡμεῖς ἐσμεν κύριοι, μόνον δὲ τῶν εἰς ἡμᾶς γεγονότων.

*Καὶ μὴ εἰσενέγκῃς ἡμᾶς εἰς πειρασμόν.*

(A f. 152) Μέχρι μὲν τούτου τὴν προσευχὴν ἵστησιν ὁ Λουκᾶς· ὁ δέ γε Ματθαῖος εὑρίσκεται προσεπενεγκών· « Ἀλλὰ ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ πονηροῦ. » Ἔνεστι δὲ τοῖς λόγοις πλείστη τις ἀκολουθία· ἕψεται γὰρ πάντως τῷ μὴ εἰσελθεῖν εἰς πειρασμὸν, τὸ ἐκ τοῦ πονηροῦ ῥυσθῆναι ἡμᾶς. Ἢ τάχα που, ταὐτὸν εἶναί τις εἴπῶν τὸ ῥυσθῆναι τῷ μὴ εἰσελθεῖν εἰς πειρασμὸν, οὐκ ἂν ἁμάρτοι τἀληθοῦς. Οὐκ ἀνάνδρους δὲ ἡμᾶς οὔτε δειλοὺς εἶναι βούλεται, ταῦτα διδάσκων λέγειν, νεανικοὺς δὲ μᾶλλον, καὶ ἐφ' ἅπασιν εὐτόλμους τοῖς ἐπαινουμένοις· πρὸς δὲ αὖ τούτοις καὶ μετριόφρονας καὶ πτωχοὺς τῷ πνεύματι, καὶ μὴ νομίζειν ὅτι πάντη τε καὶ πάντως παντὸς περιεσόμεθα πειρασμοῦ. Ἀφόρητον γὰρ ἔσθ' ὅτε κατεμπίπτει δέος τῆς ἀνθρώπου ψυχῆς, καὶ εὐτολμότατον συνθραύει φρόνημα τοῦ πειρασμοῦ τὸ βάρος. Χρὴ τοίνυν μὴ καταθρασύνεσθαι πειρασμῶν, διαλογίζεσθαι δὲ μᾶλλον τῆς ἐν ἡμῖν διανοίας τὸ ἀσθενές. Οὐκοῦν παραιτώμεθα μὲν τὸ πειράζεσθαι· καιροῦ δὲ καλοῦντος ὡς ἐξ ἀνάγκης εἰς τοῦτο, τότε δὴ, τότε παντὶ σθένει χρωμένους ἀγωνίζεσθαι χρή. Διττὸν δὲ τὸ εἶδος τῶν πειρασμῶν· ἢ γάρ τις ὑπὸ τῶν ἑτεροφρόνων πειράζεται, ἢ ὑπὸ τῶν τῆς ἀτιμίας παθῶν. Δεῖ δὴ οὖν ἆρα τοῖς οὕτω δεινοῖς ἐνομιλοῦντας κακοῖς, ἤγουν οὔπω γεγονότας ἐν αὐτοῖς, προσεύχεσθαί τε καὶ λέγειν· « Μὴ εἰσαγάγῃς ἡμᾶς εἰς πειρασμόν. » Ἐπιπηδήσαντος δὲ πειρασμοῦ, τότε γενναίως ἵστασο, ἐπιτίμησον τῇ σαρκὶ, χαλινὸν ἐπίθες τῷ νῷ, αἴτησον ἐπικουρίαν τὴν παρὰ Θεοῦ. Ἐπικουρήσει γὰρ τότε καὶ παρέξει τὸ νικᾶν ὁ τῶν ὅλων Σωτὴρ καὶ Κύριος (1).

*Καὶ εἶπε πρὸς αὐτούς· Τίς ἐξ ὑμῶν ἕξει φίλον;* κ. τ. λ.

(A f. 153, B f. 112) Θαυμαστὴ τῶν ἐννοιῶν ἡ τάξις. Ἐδίδαξε μὲν γὰρ ὁ Σωτὴρ, τίνα δεῖ προσεύχεσθαι τρόπον, αἰτησάντων τοῦτο τῶν ἁγίων ἀποστόλων. Ἀλλ' εἰκὸς τοὺς τὸ σεπτὸν δὴ τοῦτο καὶ σωτήριον ἐσχηκότας μάθημα παρ' αὐτοῦ, ποιεῖσθαι μὲν τὰς λιτὰς κατὰ τὸν δοθέντα τύπον, μὴ ἀψικόρως δὲ τοῦτο δρᾶν μηδὲ ῥᾳθύμως· εἶτα μὴ ἀκουσθέντας ἐκ πρώτης εὐχῆς, ἤγουν καὶ δευτέρας, ἀνακόψαι τὰς ἱκετείας, ὡς οὐδὲν ἐχούσας τὸ τελοῦν εἰς δύησιν. Ἵνα τοίνυν μὴ τοῦτο πάθοιμεν, μήτε μὴν ἐκ τῆς τοιαύτης μικροψυχίας ὑποστῶμεν ζημίαν, ἐν τρόπῳ παραβολῆς διαδείκνυσιν ἐναργῶς, ὡς τὸ ῥᾴθυμον μὲν εἰς προσευχὰς ἐπιζήμιον, ἐπωφελεστάτη δὲ λίαν ἡ ἔν γε τούτοις ὑπομονή. Φέρε δὴ, μεταστήσωμεν τὸ ὡς ἐν τύπῳ παραβολῆς δεικνύμενον εἰς ἀλήθειαν. Ὄχλησον διὰ προσευχῆς, πρόσθι τῷ φιλαγάθῳ Θεῷ, καὶ μάλα συχνῶς· κἂν ἴδῃς μέλλουσαν τῆς χάριτος τὴν

(1) Si quis hanc Cyrilli explanationem orationis Dominicæ, cum paris nominis opusculis Origenis et Cypriani conferet, facile existimabit, utrumque auctorem a Cyrillo fuisse inspectum.

Digitized by Google

ἐπίδῃ γιν, μὴ ἀπογνῷς τῶν προσδοκωμένων, μήτε ἀπολισθήσῃς τῆς προκειμένης ἐλπίδος, ἐκεῖνο ἴσως λέγων καθ' ἑαυτὸν ἀσυνέτως· Προσῆλθον πολλάκις, ἐσθάκρυκα, ἐδεήθην, καὶ οὐ προσεδέχθην· οὐ γὰρ ἐκβέβηκέ τι πρὸς πέρας, τῶν αἰτηθέντων παρ' ἐμοῦ. Ἐκεῖνο δὲ μᾶλλον ἐννοήσεις κατὰ σαυτόν· Ὑπὲρ ἡμᾶς οἶδε τὰ καθ' ἡμᾶς ὁ τῶν ὅλων ταμίας· αἰτεῖς ἔσθ' ὅτε τὰ τῶν σῶν ἐπέκεινα μέτρων· οἶδεν αὐτὸς ὁ διδοὺς τὸν ταῖς φιλοτιμίαις πρέποντα καιρόν. Χρὴ τοιγαροῦν ἡμᾶς ἐμφρόνως τε ὁμοῦ καὶ ἐντόνως τὰς πρὸς Θεὸν ποιεῖσθαι λιτάς, κἂν εἰ γένοιτό τις τῶν αἰτημάτων ἀνάκλησις. Τὸ γὰρ ἀνιδρωτὶ πορισθὲν καὶ ἐξ ἑτοίμου ληφθὲν, καταφρονεῖσθαι φιλεῖ. A tecum ipse insipienter loquens : Accessi multoties, lacrymatus sum, oravi, neque tamen exauditus fui ; neque quidquam a me expetitum recte successit. Illud potius tecum reputa : plus quam nos ipsi, res nostras videt omnium custos : petis interdum quæ supra tuam conditionem sunt : scit ille dator idoneum benefaciendi tempus. Debemus igitur nos prudenter simul et constanter preces nostras Deo offerre, etiamsi fiat aliquando petitionum repetitio. Nam quod nobis sine nostro labore datur, quodque facile accipitur, contemni solet.

*Λέγω ὑμῖν, εἰ καὶ οὐ δώσει αὐτῷ ἀναστὰς*, κ. τ. λ. B V. 8. *Dico vobis, et si non dabit illi surgens*, etc.

(A f. 154, B f. 112) Ἐνταῦθα τὸ, *λέγω ὑμῖν*, ὅρκου δύναμιν ἀποπληροῖ. Οὐ ψεύδεται δὲ Θεὸς, κἂν ὅρκου δίχα γένηται τὸ ἐπηγγελμένον· ἀπροφάσιστον δὲ ἀποφαίνων τὴν ἡμῶν ὀλιγοπιστίαν, ἔσθ' ὅτε ὅρκῳ βεβαιοῖ τοὺς ἀκροωμένους. Τὸ δὲ *ζητεῖτε* λέγων, τὸ πονεῖν ἐπιτάττει· πόνῳ γὰρ ἀεί πως εὑρίσκεται τὸ ζητούμενον. Ὁ κρούων τῇ χειρὶ *προσαράττει* τὴν θύραν, ἵνα τὴν τῶν κρουσμάτων ὄχλησιν οὐκ ἐνεγκὼν ὁ τῆς ἑστίας δεσπότης ἀνοίξῃ, καὶ οὐχ ἑκών. Μάθε τοίνυν ἐκ τῶν καθ' ἡμᾶς πραγμάτων τοῦ χρησίμου τὴν θήραν· κροῦσον, ὄχλησον, αἴτησον· τοιούτους εἶναι χρὴ τοὺς αἰτοῦντά τι παρὰ Θεοῦ. Ἐμφρόνως οὖν καὶ εὐτόνως εὔχεσθαι χρή. Κἂν ἀναβολή τις τῶν αἰτημάτων γένηται, μὴ ναρκᾷν μηδὲ ἀφίστασθαι. Γράφει γοῦν ὁ σοφώτατος Παῦλος· « Ἀδιαλείπτως προσεύχεσθε. » Θορυβεῖ μὲν γὰρ ὁ διάβολος οὐ μετρίως, ἀδοκήτοις ἔσθ' ὅτε περιστάσεσιν ἐνιείς, καὶ καταφέρων εἰς πολύτροπον ἁμαρτίαν. Εἶτα πρὸς τούτῳ, τῆς ἐμφύτου φιληδονίας ὁ νόμος, ἐμφωλεύει τοῖς μέλεσι τῆς σαρκὸς, ἀντιστρατευόμενος τῷ νόμῳ τοῦ νοὸς ἡμῶν, κατὰ τὸ γεγραμμένον. Ναὶ μὴν, καὶ οἱ τοῖς τῆς ἀληθείας πολεμοῦντες δόγμασιν αἱρετικοί. Χρεία τοίνυν συχνῆς καὶ ἀλλεπαλλήλου προσευχῆς. Τὰ γὰρ ὅπλα ἡμῶν οὐ σαρκικὰ, κατὰ τὸ γεγραμμένον, ἀλλὰ δυνατὰ τῷ Θεῷ. Hic verba *dico vobis* jurisjurandi vice funguntur. Neque ideirco fallit Deus, si forte absque jurejurando aliquid spondeat ; sed ut nulla nostræ fidei exiguitati excusatio sit, jurejurando interdum audientes confirmat. Verbo autem *quærite*, laborem imperat ; nam labore plerumque res quæsita invenitur. Qui pulsat, manu januam concutit, ut ictuum molestiam non ferens ædium dominus, vel invitus aperiat. Disce igitur ex his quæ apud homines accidunt, rei utilis conquisitionem : pulsa, molestus esto, ora ; tales esse oportet qui aliquid a Deo postulant. Prudenter itaque et enixe orandum est. Et si forte dilatio aliqua exaudiendis precibus fiat, **269** non est torpendum neque desinendum. Scribit itaque sapientissimus Paulus : « Sine intermissione orate [55]. » Non mediocriter enim turbat diabolus, subitis interdum irretiens discriminibus, et ad varia peccata impellens. Tum præterea congenita voluptarii affectus lex carnis membris inhæret, repugnans legi mentis nostræ, sicuti scriptum est [56]. Denique etiam adversarii verorum dogmatum hæretici. Quamobrem opus est precibus mutuis. Arma enim nostra haud carnalia sunt, ut ait Scriptura [57], sed potentia Deo. C

*Τίνα δὲ ὑμῶν τὸν πατέρα αἰτήσει ὁ υἱὸς ἄρτον, μὴ λίθον ἐπιδώσει αὐτῷ ;* V. 11. *Quis autem ex vobis patrem poscet filius panem, nunquid lapidem dabit illi ?*

(A f. 155) Διδάσκει πάλιν ἡμᾶς ὁ Σωτὴρ ἕτερόν τι τῶν ἀναγκαίων εἰς ὄνησιν. Πρόσιμεν γὰρ ἔσθ' ὅτε τῷ φιλαγάθῳ Θεῷ, τὰς λιτὰς ποιούμενοι, τὰς ἐφ' ἑκάστῳ πράγματι κατὰ τὸ ἑκάστῳ δοκοῦν· ἀλλ' οὐ διακρίνοντες ἔσθ' ὅτε, ἢ βασανίζοντες, τί μέν ἐστι τὸ ἀληθῶς συμφέρον, καὶ ὅπερ ὀνίνησι δοθὲν παρὰ Θεοῦ· τί δὲ καὶ τὸ ἀδικοῦν, εἰ λάβοιμεν· ἀκατασκέπτοις δὲ μᾶλλον θελημάτων ὁρμαῖς, ἐμπίπτομεν εἰς ἐπιθυμίας ὀλέθρου μεστάς. Ὅταν οὖν τι τοιοῦτον αἰτῶμεν παρὰ Θεοῦ, λῃψόμεθα μὲν οὐδαμῶς, γέλωτος δὲ μᾶλλον ἀξίαν ποιούμεθα τὴν λιτήν· καὶ ποία τίς ἐστιν ἡ τούτου πρόφασις, παρ' αὐτοῦ μάθωμεν. Τίς ἔσται ἐξ ὑμῶν ἄνθρωπος, ὃν αἰτήσει ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἄρτον, μὴ λίθον ἐπιδώσει αὐτῷ ; Ὡς ἐξ εἰκόνος, φησὶ, ἤτοι παραδείγματος ἐναργοῦς, ἐκ τῶν καθ' ὑμᾶς αὐτοὺς, τὴν τῶν παρ' D Rursus nos docet Servator aliud quiddam utilitate præcipuum. Aliquando enim ad benignum Deum accedimus preces oblaturi de re qualibet, prout cuique videtur : neque tamen discernentes interdum aut explorantes, quid vere sit conveniens, quidve a Deo datum profuturum sit ; quidque secus nociturum, si acceperimus a Deo : sed inconsiderato voluntatis impetu in cupiditates ferimur pernicie plenas. Cum ergo hujusmodi aliquid a Deo poscemus, nihil impetrabimus, risuque potius dignas facimus preces. Quænam vero rei hujus sit causa, ab ipso discamus. Num quis ex vobis homo, quem filius suus panem poposcerit, lapidem huic porriget? Tanquam in imagine, inquit, perspicuoque exemplo, ex iis quæ apud vos fiunt, dictorum meo-

[55] I Thess. v, 17. [56] Rom. VII, 23. [57] II Cor. x, 4.

Digitized by Google

rum vim cognoscite. Pater filiorum effectus, omni prorsus ope, ob multam erga eos charitatem, vis iis prodesse. Cum ergo filius panem postulat, sine mora alacerque porrigis, probe sciens ab eo utile alimentum affectari. Sin vero mentis adhuc impos parvulus, resque visas discernere nondum sciens, lapidem petierit ut comedat: num ei, inquit, porrigis, et non potius eum a noxia illa cupiditate retrahis? Idem porro sermo valet de serpente et pisce, de ovo et scorpione. Si ergo, inquit, vos mali cum sitis, id est, capacem malitiæ mentem habeatis, **270** neque in bono constantem, prout est omnium Deus, nostis bona filiis dare, quanto magis Pater vester cœlestis spiritum bonum dabit poscentibus se? id est spiritalem gratiam planeque bonam; quam qui receperit, beatissimus erit. Si ergo hujus generis aliquid vis accipere, accede alacer; annuet enim libenter virtutis amator cœlestis Pater.

ἐμοῦ λεγομένων δύναμιν ἐννοήσατε. Πατὴρ γέγονας τέκνων, διὰ τρόπου παντὸς ἐκ πολλῆς ἄγαν φιλοστοργίας ὠφελεῖν ἐθέλεις αὐτά. Ὅταν τοίνυν ἄρτον αἰτήσῃ, ἀμελητὶ καὶ χαίρων προσάγεις, εὖ εἰδὼς ὅτι τροφῆς μεταποιεῖται τῆς ἐπωφελοῦς. Ὅταν δὲ διὰ φρενῶν ἔνδειαν τὸ βραχὺ παιδίον, οὔπω διακρίνειν εἰδὸς τὰ ὁρώμενα, αἰτήσῃ λίθον ἵνα φάγῃ, δίδως ἄρα, φησὶν, ἢ μᾶλλον ἀποφέρεις αὐτὸ τῆς εἰς τοῦτο βλαβερᾶς ἐπιθυμίας; Ὁ δὲ αὐτὸς ἔστω λόγος ἐπί τε ὄφεως καὶ ἰχθύος, ὠοῦ καὶ σκορπίου. Ὅτε τοίνυν, φησὶν, ὑμεῖς ὄντες πονηροὶ, τουτέστι, κακίας δεκτικὴν ἔχοντες τὴν διάνοιαν, καὶ οὐ μονότροπον εἰς τὸ ἀγαθὸν, καθὰ καὶ ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, οἴδατε διδόναι δόματα ἀγαθὰ τοῖς τέκνοις, πόσῳ μᾶλλον ὁ Πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος δώσει πνεῦμα ἀγαθὸν τοῖς αἰτοῦσιν αὐτόν; τουτέστι χάριν πνευματικὴν, ἀγαθὴν δὲ πάντως· ἣν εἴπερ τις λάβοι, τρισμακάριος ἔσται. Οὐκοῦν εἴ τι τῶν τοιούτων ἐθέλοις λαβεῖν, πρόσιθι χαίρων· κατανεύσει γὰρ ἑτοίμως, φιλάρετος ὢν ὁ ἐν οὐρανοῖς Πατήρ.

V. 14. *Et erat ejiciens dæmonium, et illud erat mutum.*

Mutum hic appellatum dicimus hominem qui non loquebatur; neque hic erat naturæ morbus, sed fraus dæmonis qui linguam ei vinxerat. Quamobrem etiam indiguit, ut ab aliis Christo offerretur; neque enim ipse per se postulare poterat voce carens. Hinc ne fidem quidem ab eo exigit Dominus, sed illico morbum curat. « Et admiratæ sunt turbæ. » Homine hoc liberato, consummatoque miraculo, plaudebat Christo cum præconiis populus, gloriaque Deo congrua exornare satagebat prodigii auctorem. Quidam tamen ex eis, inquit, hi vero Scribæ ac Pharisæi erant, invidia vesaniaque refertum cor gerentes, morbi quasi additamentum miraculum id esse voluerunt. Etenim Christo quæ divinitus fiebant detrahentes, diabolo attribuebant nihil agere non valenti: nam per hunc a Christo expelli dæmonia dictitabant. — Ergo demersis quasi abysso malis dæmonibus Christus, quos invitos ab obsessis pellebat, cum ob id dignus admiratione esset, maledicorum tamen obtrectationes non vitavit. Ausi sunt enim dicere, crimini vertentes prodigium: « Hic non expellit dæmonia nisi in Beelzebul. — Et alii tentantes, » etc. Alii vero paribus invidiæ stimulati aculeis, quærebant videre signum de cœlo ab eo fieri, propemodum dicentes: Quanquam improbum ex homine pepulisti dæmonem, nondum tamen id grande portentum est, neque divinam potentiam res hæc demonstrat. Nondum quid **271** simile antiquis prodigiis vidimus. Ostende aliquid quod absque ulla dubitatione cœlitus factum videatur. Transmisit Moyses populum, gradibile ei faciens medium mare. Petram virga percutit, et fluentorum matrem effecit, fontes de duro lapide scaturierunt. Similiter post eum Josue solem contra Gabaon stitit, et lunam

*Καὶ ἦν ἐκβάλλων δαιμόνιον, καὶ αὐτὸ ἦν κωφόν.*

(A f. 155, C f. 131 b) Κωφὸν (1) ἐν τούτοις τὸν ἄφωνον ὠνομάσθαι φαμέν· οὐ τῆς φύσεως δὲ ἦν τὸ πάθος, ἀλλὰ τοῦ δαίμονος ἐπιβουλὴ δήσαντος τὴν γλῶσσαν. Διὸ καὶ ἑτέρων δεῖται τῶν προσαγόντων· οὐδὲ γὰρ δι' ἑαυτοῦ παρακαλέσαι ἠδύνατο, ἄφωνος ὤν. Ὅθεν οὐδὲ ἀπαιτεῖ πίστιν αὐτὸν ὁ Κύριος, ἀλλ' εὐθέως διορθοῦται τὸ νόσημα. « Καὶ ἐθαύμασαν οἱ ὄχλοι. » Τούτου καθαρισθέντος καὶ τελεσθέντος τοῦ θαύματος, κατεκρότει μὲν ἡ πληθὺς ταῖς εὐφημίαις αὐτὸν, καὶ δόξῃ θεοπρεπεῖ στεφανοῦν ἠπείγετο τὸν θαυματουργόν. Τινὲς δὲ, φησὶν, ἐξ αὐτῶν, οὗτοι δὲ ἦσαν Γραμματεῖς τε καὶ Φαρισαῖοι, ἀπονοίᾳ καὶ φθόνῳ μεθύουσαν ἔχοντες τὴν καρδίαν, προσθήκην τῇ νόσῳ τὸ θαῦμα πεποίηνται. Ἀφιστάντες γὰρ αὐτοῦ τὰ θεοπρεπῶς εἰργασμένα, τῷ διαβόλῳ προσνενεμήκασι τὸ πάντα δύνασθαι κατορθοῦν· δι' αὐτοῦ γὰρ αὐτὸν ἐκβάλλειν ἔφασαν τὰ δαιμόνια. — (A f. 155 b) Καταχωννύων γοῦν ὥσπερ εἰς ἄβυσσον ὁ Χριστὸς τὰ πονηρὰ δαιμόνια, καὶ οὐχ ἑκόντα μεθιστὰς, διὰ τοῦ τῶν ἐχόντων ἐκπέμπειν αὐτὰ, καίτοι δέον ἐπὶ τούτῳ θαυμάζεσθαι, τοὺς τῶν εἰωθότων φιλοψογεῖν οὐ διέδρα λόγους. Τετολμήκασι γὰρ εἰπεῖν, ἔγκλημα ποιούμενοι τὴν τερατουργίαν· « Οὗτος οὐκ ἐκβάλλει τὰ δαιμόνια, εἰ μὴ ἐν Βελζεβούλ.—Ἕτεροι δὲ πειράζοντες, » κ. τ. λ. Ἕτεροι δὲ τοῖς ἴσοις τοῦ φθόνου διανυττόμενοι κέντροις, ἐζήτουν ἐξ οὐρανοῦ σημεῖον ἰδεῖν παρ' αὐτοῦ· μονονουχὶ βοῶντες· Κἂν ἐξ ἀνθρώπου κακόηθες ἐλάσῃς δαιμόνιον, ἀλλ' οὔπω μέγα τὸ χρῆμά ἐστιν, οὐδὲ θείας ἐνεργείας ἀπόδειξιν ἔχει τὸ δρώμενον. Οὔπω τι τεθεάμεθα τοῖς ἀρχαίοις θαύμασιν ὅμοιον. Δεῖξόν τι τῶν ἄνωθεν ἀνενδοιάστως ἐνεργουμένων. Διεβίβασε Μωϋσῆς τὸν λαὸν, βάσιμον αὐτοῖς ἀποφήνας τὴν διὰ μέσου θάλατταν· ἐτύπτησε τῇ ῥάβδῳ τὴν πέτραν, καὶ ποταμῶν αὐτὴν ἔδειξε μητέρα· ἐξεδόθησαν ἐκ τῆς ἀκροτόμου πηγαὶ

(1) Fragmentum hoc, usque ad *νόσημα*, in codice dicitur Cyrilli simul et Chrysostomi.

Digitized by Google

Ὁμοίως ὁ μετ' αὐτὸν Ἰησοῦς ἔστησε τὸν ἥλιον κατὰ Γαβαὼ, καὶ τὴν σελήνην κατὰ φάραγγα Ἀρνών. Ἔστησε τὸν Ἰορδάνην, καὶ τοῖς ἐκείνου νάμασιν ἐνῆκε δεσμόν. Σὺ δὲ τούτων ἔδειξας οὐδέν. Τὸ γὰρ ἐξ οὐρανοῦ βούλεσθαι σημεῖον αἰτεῖν, οὐδὲν ἕτερον ὑπεμφήνειεν ἂν, πλὴν ὅτι τοιούτους ἐσχήκασιν ἐπ' αὐτῷ τότε διαλογισμούς. Καὶ τί πρὸς ταῦτα Χριστός;

A contra vallem Arnon [88]. Jussit Jordanem subsistere, ejusque fluentis vinculum indidit. Tu vero nihil hujusmodi ostendisti. Nam de cœlo signum petere, nihil aliud fere innuit, nisi inter homines illos talia fuisse de eo colloquia. Quid vero ad hæc Christus?

*Αὐτὸς δὲ εἰδὼς αὐτῶν τὰ διανοήματα*, κ. τ. λ.

(A f. 155 b) Πρῶτον μὲν ὄντα Θεὸν ἑαυτὸν ἀποφαίνει, διὰ τοῦ καὶ τὸ λάθρα ψιθυρισθὲν παρ' αὐτοῖς εἰδέναι· ἔγνω γὰρ τοὺς διαλογισμοὺς αὐτῶν. Ἔπειτα (1) τῆς οὕτω δεινῆς ἀφιστὰς αὐτοὺς ἀσεβείας, οὐδὲν ἀπὸ τῶν Γραφῶν φησιν, οὐδὲ γὰρ προσεῖχον, ἀλλὰ καὶ παρερμηνεύειν ἔμελλον, ἀλλ' ἀπὸ τῶν κοινῇ συμβαινόντων. Καὶ πόλις γάρ, φησὶν, καὶ οἰκία, ἂν σχισθῇ, ταχέως διαλύεται· καὶ βασιλεία, ἧς οὐδὲν δυνατώτερον. Εἰ οὖν καὶ ἐγὼ δαίμονα ἔχων, δι' ἐκείνου ἐκβάλλω τοὺς δαίμονας, στάσις μεταξὺ δαιμόνων ἐστὶ· καὶ εἰ κατ' ἀλλήλων ἵστανται, ἀπόλωλεν αὐτῶν ἡ ἰσχύς. Ἵστησι μὲν γὰρ βασιλείας τῶν ὑπὸ χεῖρα τὸ γνήσιον. Ἵστησι δὲ οἴκους τὸ κατὰ μηδένα τρόπον ἀντιφέρεσθαί τινας ἀλλήλοις τῶν ἐν αὐτοῖς. Ἔστησε δ' ἂν καὶ τὴν τοῦ Βεελζεβοὺλ βασιλείαν, τὸ μὴ αὐτὸν ἑαυτῷ δρᾷν ἐθέλειν τὰ ἐναντία. Πῶς οὖν ἐκβάλλει Σατανᾶς τὸν Σατανᾶν; Οὐκοῦν οὐχ ἑκόντα τῶν ἀνθρώπων ἐκπέμπεται τὰ δαιμόνια. Οὐ γὰρ μάχεται, φησὶν, ὁ Σατανᾶς ἑαυτῷ· οὐκ ἐπιπλήττει τοῖς ἑαυτοῦ δορυφόροις, συγχρωτεῖ δὲ μᾶλλον τὴν ἑαυτοῦ βασιλείαν. Λείπεται τοίνυν ἐννοεῖν ὅτι δυνάμει θείᾳ συντρίβω τὸν Σατανᾶν. — (A f. 156) Τῶν ἀνοσίων Φαρισαίων ἡ δυστροπωτάτη πληθὺς διαβεβλήκασι τὸν Ἐμμανουὴλ, καὶ συκοφαντεῖν ἀπετόλμων τὴν δόξαν αὐτοῦ, ταῖς τοῦ Βεελζεβοὺλ συνεργίαις ἐπικουρούμενον, εἰς τὸ δύνασθαι τὰ πονηρὰ τῶν ῥῥωστηκότων ἐξελαύνειν πνεύματα, δυσσεβῶς ὀνομάζοντες. Τοιγάρτοι καὶ διὰ Ὡσηὲ προφήτου τῆς τῶν Ἰουδαίων ἀθυροστομίας κατεκεκράγει λέγων αὐτὸς ὁ Ἐμμανουήλ· « Οὐαὶ αὐτοῖς, ὅτι ἀπεπήδησαν ἀπ' ἐμοῦ! δείλαιοί εἰσιν, ὅτι ἠσέβησαν εἰς ἐμέ. Ἐγὼ δὲ ἐλυτρωσάμην αὐτοὺς, αὐτοὶ δὲ κατελάλησαν κατ' ἐμοῦ ψευδῆ. »

B

V. 17. *Ipse autem ut vidit cogitationes eorum*, etc.

Primo quidem se Deum ostendit, eo quod tacite ab iis murmurata scivit; etenim cogitationes illorum cognoverat. (2) Deinde ut tam gravi eos impietate averteret, nihil e Scripturis profert, quibus non attendissent, imo et falsos sensus assumsissent; sed ex vulgo accidentibus argumentatur. Nam civitas, inquit, imo et domus, si dissidio laboret, celeriter dissolvetur; pariterque regnum, quo nihil validius esse solet. Si ergo et ego dæmonem habens, ope hujus dæmonas ejicio, seditio inter dæmones fit; qui si invicem adversentur, potentia ipsorum peribit. Nam regnum firmat subditorum germanitas. Firmatur quoque domus, si domestici nullatenus inter se contendant. Regnum denique etiam Beelzebuli firmum manet, nisi ipse contraria sibi operari voluerit. Quomodo ergo Satanam expellit Satanas? Igitur haud spontanei ejiciuntur ex hominibus dæmones. Non enim secum pugnat Satanas, in proprios non invehitur stipatores, sed suo potius fert suppetias regno. Superest igitur ut existimetis a me divina virtute Satanam conteri. — Impiorum Pharisæorum nequissima multitudo **272** criminabantur Emmanuelem, ejusque gloriam calumniari audebant; et quasi is Beelzebuli adjutorio fultus malos ab ægrotis dæmones posset expellere, impie dictitabant. Quamobrem per Oseam quoque prophetam, Judæorum os procax increpabat his verbis Emmanuel: « Væ eis, quoniam recesserunt a me! miseri sunt, quia impie egerunt adversus me. Ego quidem redemi eos, sed ipsi adversus me falsa locuti sunt [89]. »

C

*Οἱ υἱοὶ ὑμῶν ἐν τίνι ἐκβάλλουσι*,

(A f. 156) Ἰουδαῖοι γὰρ καὶ ἐξ Ἰουδαίων κατὰ σάρκα γεγόνασιν οἱ μακάριοι μαθηταί. Οὗτοι τὴν κατὰ πνευμάτων ἀκαθάρτων ἐξουσίαν ἐσχήκασι παρὰ Θεοῦ, καὶ δὴ καὶ ἀπήλλαττον τοὺς ἐνισχημένους, ἐπιφωνοῦντες αὐτοῖς τὸ, «ἐν ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ.» Ὅτε τοίνυν, φησὶν, οἱ ἐξ ὑμῶν γεγονότες υἱοὶ, ἐν ὀνόματί μου τὸν Βεελζεβοὺλ συντρίβουσιν, ἐπιπλήττοντες αὐτοῦ τοῖς δορυφόροις, καὶ ἀμελητὶ τῶν ἐχόντων αὐτοὺς ἐκπέμποντες, πῶς οὐκ ἐναργὴς δυσφημία, πολὺ τὸ ἀμαθὲς δὲ ἔχουσα συμπεπλεγμένον, τὸ

V. 19. *Filii vestri in quo ejiciunt?*

Judæi enim ex Judæis secundum carnem orti erant beati discipuli. Hi adversus impuros spiritus potestate a Deo instructi fuerant, idèoque etiam obsessos liberabant inclamantes eis verba, « in nomine Jesu Christi. » Si ergo, inquit, filii vestri in nomine meo Beelzebulum conterunt, stipatores ejus objurgando, atque illico ex obsessis pellendo, quidni sit manifestum convicium, multam quoque habens admistam inscitiam, si quis ait me potentiam a Beelzebulo mutuari? Convincemini igitur vestro-

D

[88] Josue x, 12 seqq. [89] Osee VII, 13.

(1) Qui hic prosequitur tractus, usque ad τὸν Σατανᾶν, inscribitur in codice Cyrillo simul et Chrysostomo.

(2) Hic prosequitur in Corderii Lat. Catena CYRILLUS. « Quia autem impudens erat talis illorum suspicio, ideo etiam multorum timore perterriti, non præsumpserunt criminationes suas in publicum proferre, sed mente secum assidue versabant. »

Digitized by Google

rum filiorum testimonio, quoniam ipsi quidem post A acceptam a me potestatem ac vim, Satanam debellant, invitumque ex obsessis ab eo trudunt; dum vos interim me dicitis illius viribus utentem miracula operari (1).

λέγειν ἐμὲ δύναμιν δανεῖσθαι τὴν παρὰ τοῦ Βεελζεβούλ; Κατακριθήσεσθε τοίνυν ὑπὸ τῆς πίστεως ἐξ ὑμῶν γεγονότων υἱῶν, εἴπερ αὐτοὶ μὲν τὴν παρ' ἐμοῦ λαβόντες ἐξουσίαν καὶ δύναμιν παραλύουσι τὸν Σατανᾶν, καὶ οὐχ ἑκόντα τῶν ἐχόντων αὐτὸν ἐκπέμποντες· ὑμεῖς δὲ λέγετε ταῖς ἐκείνου δυνάμεσι κεχρημένον ἐνεργεῖν ἐμὲ τὰς θεοσημείας.

V. 20. *Porro si in digito Dei ejicio dæmonia*, etc.

*Εἰ δὲ ἐν δακτύλῳ Θεοῦ ἐκβάλλω τὰ δαιμόνια*, κ. τ. λ.

Quoniam dicta a vobis veritate carent, et futilia falsaque sunt, imo et calumniosa dici queunt, constat me digito Dei dæmones ejicere. *Digitum* porro *Dei* Spiritum sanctum dicit. Manus enim et brachium ipse Christus Patris Dei nominatur, qui omnia per ipsum operatur. Filius item operatur similiter in Spiritu. Sicut ergo digitus pendet a manu, B ab ipsa non alienus, sed in eadem naturaliter exsistens, sic etiam Spiritus sanctus consubstantialitatis ratione Filio unitus est, quanquam a Deo Patre **273** procedit. Nam cuncta, ut dixi, Filius operatur per consubstantialem Spiritum. Verumtamen digito Dei, inquit, dæmones ejicio, nunc etiam dispensatoria ratione ut homo. Neque enim sustinuissent Judæi, corrupta fatuaque mente præditi, dicentem ipsum Spiritu se proprio dæmones ejicere. —Et animadverte, quæso, diligenter, quod operante Patre per Filium miracula, Spiritus ipse hæc operatur: namque ipse in illo suo templo agebat. Quorum autem una est operatio, horum quoque eadem natura est. Undique igitur ad veritatem compulsi C Spiritus sancti adversarii, oderint demum deceptorum suorum vomitus, resipiscant ad Deum, petant ab eo veritatis lumen, quod benignus Servator non denegabit. — Si ergo, inquit, ego homo æque ac vos factus, Spiritu Dei ejicio dæmonia, sequitur ut humana natura in me primo consecuta sit congruum Deo regnum. Gloriatur enim se conterere Satanam, et impuros spiritus increpare. Hoc significant verba: « Pervenit in vos regnum Dei. »

(A f. 156, B f. 115 b) Ἐπειδή, φησί, τὸ παρ' ὑμῶν λεγόμενον οὐκ ἀληθὲς, ἕωλον δὲ μᾶλλόν ἐστι καὶ κατεψευσμένον, καὶ συκοφαντίας ἔχον γραφήν, πρόδηλον ὅτι ἐν δακτύλῳ Θεοῦ ἐκβάλλω τὰ δαιμόνια. *Δάκτυλον* δὲ *Θεοῦ* τὸ ἅγιον Πνεῦμά φησι. Χεὶρ μὲν γὰρ αὐτὸς καὶ βραχίων ὠνόμασται τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, ἐνεργεῖ γὰρ τὰ πάντα δι' αὐτοῦ. Ἐνεργεῖ δὲ ὁμοίως καὶ Υἱὸς ἐν Πνεύματι. Ὥσπερ οὖν ὁ δάκτυλος ἀπήρτηται τῆς χειρὸς, οὐκ ἀλλότριος ὢν αὐτῆς, ἀλλ' ἐν αὐτῇ φυσικῶς, οὕτω καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον τῷ τῆς ὁμοουσιότητος λόγῳ συνῆπται πρὸς ἕνωσιν τῷ Υἱῷ, κἂν ἐκ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς ἐκπορεύηται (2). Πάντα γὰρ, ὡς ἔφην, ὁ Υἱὸς ἐργάζεται, διὰ τοῦ ὁμοουσίου Πνεύματος. Πλὴν ἐν δακτύλῳ Θεοῦ, φησί, ἐκβάλλω τὰ δαιμόνια, καὶ νῦν οἰκονομικῶς ὡς ἄνθρωπος. Οὐ γὰρ ἂν ἤνεγκαν Ἰουδαῖοι, σαθρὸν καὶ ἀσύνετον ἔχοντες νοῦν, λέγοντος αὐτοῦ, ὅτι Ἐν Πνεύματί μου ἐκβάλλω τὰ δαιμόνια. — (A f. 156) Καί μοι πρόσχες ἀκριβῶς, ὅτι ἐνεργοῦντος τοῦ Πατρὸς δι' Υἱοῦ τὰ παράδοξα, τὸ Πνεῦμά ἐστι τὸ ἐνεργοῦν αὐτά. Καὶ γὰρ αὐτὸ ἐνῆργει ἐν ἐκείνῳ τῷ ναῷ· ὧν δὲ μία ἐνέργεια, τούτων καὶ φύσις ἡ αὐτή. Παντοχοῦ τοίνυν συνελαυνόμενοι πρὸς τὸ ἀληθὲς οἱ πνευματομάχοι, μισείτωσαν τοὺς τῶν πλάνων ἐμέτους, ἀνανηφέτωσαν πρὸς Θεὸν, αἰτείτωσαν παρ' αὐτοῦ τῆς ἀληθείας τὸ φῶς· χαρίσεται γὰρ, φιλάνθρωπος ὢν, ὁ Σωτήρ. — (A f. 156 b) Εἰ τοίνυν, φησὶν, ἐγὼ, ἄνθρωπος ὢν καὶ γενόμενος καθ' ὑμᾶς, ἐν Πνεύματι Θεοῦ ἐκβάλλω τὰ δαιμόνια, πεπλούτηκεν ἡ ἀνθρώπου φύσις ἐν ἐμοὶ καὶ πρώτῳ τὴν θεοπρεπῆ βασιλείαν· δεδόξασται γὰρ συντρίβουσα τὸν Σατανᾶν, καὶ ἀκαθάρτοις ἐπιτιμῶσα πνεύμασι. Τοῦτό ἐστι τό· « Ἔφθασεν ἐφ' ὑμᾶς ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ. »

V. 21. *Cum fortis armatus custodit atrium suum*, etc.

*Ὅταν ὁ ἰσχυρὸς καθωπλισμένος φυλάσσῃ τὴν ἑαυτοῦ αὐλὴν*, κ. τ. λ.

Quoniam ad multos sensus sermonem hujusmodi pertrahi necesse erat, utitur claro ac limpidissimo exemplo, cujus ope possint quicunque velint cognoscere, quod ipse principem hujus sæculi vicerit, et quasi enervaverit, et hærente illi fortitudine spoliatum, prædam amicis suis tradiderit. Quandiu enim, inquit, fortis robur suum retinet, et rem suam custodit, violentiam nullam pertimescit. Verumtamen si quis eo fortior superveniens ipsum domuerit, tunc diripitur. Hæc quidem de hominibus dicta est similitudo; attamen par calamitas virtutis osori

(A f. 156 b) Ἐπειδὴ διὰ πολλῶν ἐννοιῶν τὸν ἐπὶ τούτοις ἰέναι λόγον ἀναγκαῖον ἦν, κέχρηται παραδείγματι σαφεῖ καὶ ἐναργεστάτῳ, δι' οὗ πάρεστι τοῖς ἐθέλουσιν ἰδεῖν, ὅτι νενίκηκε τὸν ἄρχοντα τοῦ αἰῶνος τούτου, καὶ οἷον ἀπονευρώσας αὐτὸν, καὶ γυμνὸν ἀποφήνας τῆς ἐνούσης ἰσχύος αὐτῷ, δέδωκεν εἰς διαρπαγὴν τοῖς ἑαυτοῦ γνωρίμοις. Ἕως μὲν γὰρ, φησὶν, ὁ ἰσχυρὸς ἔχει τὸ δύνασθαι, καὶ φυλάττει τὰ ἑαυτοῦ, οὐδεμίαν ὑφορᾶται πλεονεξίαν. Ἐπ' ἂν δέ τις ἰσχυρότερος αὐτοῦ ἐπελθὼν χειρώσηται αὐτὸν, τότε διαρπάζεται. Τοῦτο ὡς ἐπ' ἀνθρώπων εἴρηται τὸ

(1) Dæmones pro morbis, et dæmoniacos pro ægrotis, dici in Evangeliis, sæpe importuneque scripserunt heterodoxi critici. Qua tamen fide id affirmare queunt, sacro textu ejusque explanatoribus Patribus omnino refragantibus?

(2) Hactenus hoc fragmentum ad v. 20 citat Allatius *De syn. Ephes.*, p. 64, ex Cyrillo in Lucam, cap. 39. (Nimirum ex aliquo codice ms.) Confer etiam Cyrilli *Thesaurum* ed. Aubert. t. V, part. 4, p. 359.

Digitized by Google

παράδειγμα· πέπονθε δὲ αὐτὸ καὶ ὁ μισόκαλος διάβολος· ἦν μὲν γὰρ πρὸ τῆς Σωτῆρος ἐπιδημίας ἐν ἰσχύϊ πολλῇ, τὰς ἀλλοτρίας ἀγέλας, δῆλον δὲ ὅτι τὰς τοῦ ἐπὶ πάντων Θεοῦ, συνελάσας ὥσπερ καὶ συνέχων εἰς ἰδίαν αὐλήν. Ἐπειδὴ δὲ ὁ πάντων ἐπέκεινα τοῦ Θεοῦ Λόγος, ὁ πάσης ἰσχύος δοτὴρ, καὶ τῶν δυνάμεων Κύριος, ἐπεπήδησεν αὐτῷ γενόμενος ἄνθρωπος, διηρπάσθη πάντα αὐτοῦ τὰ σκεύη, καὶ διεδόθη τὰ σκῦλα. Οἱ γὰρ πάλαι παρ' αὐτοῦ συνεχόμενοι πρὸς ἀθεΐαν καὶ πλάνην, κέκληνται διὰ τῶν ἁγίων ἀποστόλων εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας, καὶ προσεκομίσθησαν τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ διὰ τῆς πίστεως τῆς εἰς τὸν Υἱόν.

A diabolo accidit: qui ante quidem Servatoris adventum magnis viribus pollebat, alienos greges, nempe illos qui supremi Dei erant, concludens veluti ac retineus in caula sua. Sed **274** postquam summum illud Dei Verbum, omnis fortitudinis dator, et virtutum Dominus, humana assumpta natura diabolum adortus est, cuncta hujus vasa direpta fuerunt, et spolia sunt distributa. Nam qui olim in atheismo atque errore ab eo detinebantur, per sanctos apostolos ad veritatis agnitionem vocati fuerunt, et ad Deum Patrem, per fidem in Filium, adducti.

*Ὁ μὴ ὢν μετ' ἐμοῦ, κατ' ἐμοῦ ἐστι.*

(A f. 157, C f. 132) Ἐγὼ μὲν γὰρ ἐπεδήμησα, φησὶν, ἵνα πάντας ἐξέλωμαι τῶν τοῦ διαβόλου χειρῶν, ἵνα αἰχμαλώτους ὄντας ἐλευθερώσω, καὶ φωτίσω ἐσκοτισμένους, καὶ πεσόντας ἀναστήσω, καὶ συντεθραυσμένους ἰάσωμαι, ἵνα τὰ τέκνα τοῦ Θεοῦ, τὰ διεσκορπισμένα παρ' ἐκείνου δηλονότι, συναγάγω εἰς ἕν. Ὁ δέ γε Σατανᾶς μὴ ὢν μετ' ἐμοῦ, ἐπιχειρεῖ σκορπίζειν ἃ συνῆξα καὶ ἔσωσα. Πῶς οὖν ὁ μαχόμενος ταῖς ἐμαῖς οἰκονομίαις δίδωσί μοι δύναμιν καθ' ἑαυτοῦ; Ἆρ' οὐκ εὔηθες τὸ οἴεσθαι τοιοῦτόν τι γεγενῆσθαι; Πόθεν οὖν ἄρα συμβέβηκε τοῖς Ἰουδαίων δήμοις, τὸ κατολισθεῖν εἰς τοιαύτας ἐννοίας περὶ Χριστοῦ, αὐτὸς διεσάφησεν εἰπών·

V. 23. *Qui non est mecum, contra me est.*

Equidem veni, inquit, ut omnes diaboli manu eripiam, ut captivos liberem, obtenebratos illuminem, lapsos relevem, confractos sanem; ut Dei filios a diabolo dispersos congregem. Secus vero Satanas, qui mecum non est, spargere nititur quæ collegi atque salvavi. Qui ergo fieri potest, ut qui meis actibus adversatur, vires mihi contra seipsum suppeditet? Nonne stulte creditur hujusmodi aliquid evenisse? Quomodo autem Judæorum populo contigerit in hujusmodi de Christo opiniones delabi, ipse declaravit dicens:

*Ὅταν τὸ ἀκάθαρτον πνεῦμα ἐξέλθῃ ἀπὸ τοῦ ἀνθρώπου, διέρχεται δι' ἀνύδρων τόπων*, κ. τ. λ.

(A f. 157 b) Ὅτι δὲ εἰς Ἰουδαίους ἐστὶ τὸ σύμπαν τοῦτο παράδειγμα, δεδήλωκεν ὁ Ματθαῖος, ἐπιφωνήσας· « Οὕτως ἔσται καὶ τῇ γενεᾷ τῇ πονηρᾷ ταύτῃ. » Ἕως μὲν γὰρ ἦσαν ἐν Αἰγύπτῳ θητεύοντες, καὶ τοῖς Αἰγυπτίων διαζῶντες ἔθεσί τε καὶ νόμοις, μεστοὶ πάσης ὑπῆρχον ἀκαθαρσίας, ἔνοικον ἦν αὐτοῖς τὸ πνεῦμα τὸ πονηρόν. Ἐπειδὴ δὲ λελύτρωνται διὰ Μωϋσέως, κατοικτείροντος Θεοῦ, καὶ νόμον ἐσχήκασι παιδαγωγὸν, πρὸς τὸ τῆς ἀληθοῦς θεογνωσίας καλοῦντα φῶς, ἀπελήλατο τὸ βέβηλον καὶ ἀκάθαρτον πνεῦμα· ὅτε δὴ καὶ τεθύκασι τὸν ἀμνὸν εἰς τύπον Χριστοῦ, κατεχρίσθησάν τε τῷ αἵματι, καὶ διέδρασαν τὸν ὀλοθρευτήν. Ἐπειδὴ δὲ οὐ πεπιστεύκασιν εἰς Χριστὸν, ἀλλὰ παρώσαντο τὸν Λυτρωτὴν, ἰδοὺ δὴ πάλιν εἰσπέπτωκε τὸ ἀκάθαρτον πνεῦμα, καὶ πολὺ χειρόνως ἢ πάλαι· εὗρε γὰρ αὐτῶν τὴν καρδίαν γυμνὴν, καὶ σχολάζουσαν ἀπὸ πάσης εὐσεβείας, καὶ οἷον τεσαρωμένην, καὶ κατῴκησεν ἐν αὐτοῖς. Ὥσπερ γὰρτὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὅταν ἴδῃ καρδίαν ἀνθρώπου σχολάζουσαν ἀπὸ πάσης ἀκαθαρσίας, ἐναυλίζεται καὶ κατοικεῖ καὶ ἐπαναπαύεται αὐτῇ οὕτω καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἀκάθαρτον ψυχαῖς ἀνόμων ἐνδιαιτᾶσθαι φιλεῖ. Σχολάζουσι γὰρ, ὡς ἔφην, ἀπὸ πάσης ἀρετῆς. Γέγονε τοίνυν τὰ ἔσχατα τῶν ἐξ Ἰσραὴλ χείρονα τῶν πρώτων. Ὧ; γὰρ ὁ τοῦ Σωτῆρος ἔφη μαθητής· « Κρεῖττον ἦν αὐτοῖς μὴ ἐπεγνωκέναι τὴν ὁδὸν τῆς ἀληθείας, ἢ ἐπιγνοῦσιν, εἰς τὰ ὀπίσω ἀνακάμψαι ἀπὸ τῆς παραδοθείσης αὐτοῖς ἁγίας ἐντολῆς. Συμβέβηκε γὰρ αὐτοῖς τὸ τῆς ἀληθοῦς παροιμίας· Κύων ἐπι-

V. 24. *Cum immundus spiritus exierit de homine, ambulat per loca inaquosa*, etc.

Sane quod adversus Judæos universa hæc similitudo tendat, certiores nos facit Matthæus insuper exclamans: « Sic huic pravæ generationi eveniet [60]. » Nam quandiu in Ægypto serviebant, et Ægyptiorum vivebant moribus legibusque, omni scatebant impuritate, incolamque perpetiebantur improbum spiritum. Postquam vero miserante Deo per Moysen liberati fuerunt, legemque habuerunt veluti quemdam pædagogum, a quo ad veram Dei notitiam deducebantur, profanus impurusque spiritus ejectus fuit. Tunc etiam Christi typum sacrificantes agnum, ejusque sanguine tincti, exitiosum angelum effugerunt. Sed enim quia deinde noluerunt Christo credere, Redemptoremque repudiarunt, en rursus in eos irruit, imo et gravius quam olim, impurus spiritus: reperit enim cor illorum vacuum, et omni recta pietate carens, scopis **275** veluti mundatum, ideoque in his habitavit. Sicut enim sanctus Spiritus, si quando hominis cor impuritate qualibet liberum viderit, ibi habitat ac diversatur et requiescit; sic etiam immundus spiritus in improborum animabus degere solet. Hi enim omni, ut dixi, virtute vacant. Sic ergo contigit, ut postrema Israelis prioribus pejora fuerint. Namque, ut ait Servatoris discipulus: « Melius erat illis non cognoscere viam veritatis, quam post agnitionem retrorsum converti ab eo, quod illis traditum est sancto mandato. Contigit enim eis illud veri proverbii: Canis reversus ad suum vomitum, et sus lota in volutabro

[60] Matth. XII, 45. [61] II Petr. II, 21.

Digitized by Google

luti [61]. » Revera ex illorum ausibus cognoscere licet, proprios vomitus resorbuisse, et antiquo in luto sese iterum volutasse, atque in Ægypti errorem relapsos. Nimirum in eos denuo insiluit immundus spiritus; fueruntque, ut ait Servator, postrema ipsorum pejora prioribus.

A στρέψας ἐπὶ τὸ ἴδιον ἐξέρασμα, καὶ ὗς λουσαμένη εἰς κύλισμα βορβόρου. » Ἐξ αὐτῶν δὲ τῶν τετολμημένων καταθρήσαιτό τις ἄν, ὅτι τῶν ἰδίων ἐμέτων ἥπτοντο πάλιν, καὶ τοῖς ἄνωθεν ἐγκαλινδεῖσθαι βορβόροις ἐξ ὑποστροφῆς ἐμελέτων, καὶ πεπτώκασιν εἰς τὴν ἐν Αἰγύπτῳ πλάνησιν. Εἰσέφρησε γὰρ πάλιν τὸ ἀκάθαρτον πνεῦμα, καὶ γέγονεν αὐτοῖς, κατὰ τὴν τοῦ Σωτῆρος φωνήν, χείρονα τῶν πρώτων τὰ ἔσχατα.

V. 29. *Signum quæret, et signum non dabitur ei.*

*Σημεῖον ἐπιζητεῖ, καὶ σημεῖον οὐ δοθήσεται αὐτῇ.*

Malitiosa hæc postulatio; ideo nihil consequuntur, juxta illud: « Exquirent me impii, et non invenient [62]. » Quod si fieri potuisset, ut nollet Jesus pati in carne necem crucis, ne hoc quidem Judæis signum dandum erat. Quia vero inevitabilis erat ob mundi salutem passio, datum est illis hoc signum B ad condemnationem. Quod autem maximum signum sit Deo dignæ virtutis, potentiæque incarnati Verbi, mortis destructio per ipsius a mortuis resurrectionem, satis erit, ut reor, piis hominibus ad rem sibi persuadendam, quod nempe Pilati milites pecunia multa seducti fuerint, qui Dominicum custodiebant sepulcrum, ut dicerent, dormientibus ipsis corpus furto sublatum. Ne huic igitur quidem crediderunt signo Judæi. Ideo juste admodum de ipsis ait: « Regina austri consurget, » etc.

(B f. 116 b) Ἐκ πονηρίας ἡ αἴτησις· διὸ οὐδὲ ἐπιτυγχάνουσι, κατὰ τό· « Ζητήσουσί με κακοί, καὶ οὐχ εὑρήσουσιν. » Εἴπερ δὲ ἦν ἐφικτὸν μὴ ἂν ἐθελῆσαι τὸν Ἰησοῦν παθεῖν κατὰ σάρκα τὸν ἐπὶ σταυροῦ θάνατον, οὐδ' ἂν τοῦτο τοῖς Ἰουδαίοις τὸ σημεῖον ἐδόθη. Ἐπεὶ δὲ ἀπαραίτητον ἦν τὸ ἐπὶ σωτηρίᾳ τὸ ὑπ' οὐρανὸν πάθος, δέδοται αὐτοῖς εἰς κατάκριμα. Ὅτι δὲ πάμμεγα σημεῖόν ἐστι τῆς θεοπρεποῦς δυνάμεώς τε καὶ ἐξουσίας τοῦ ἐνανθρωπήσαντος Λόγου τὸ καταργῆσαι τὸν θάνατον διὰ τῆς ἐκ νεκρῶν αὐτοῦ ἀναστάσεως, ἀρκέσει, οἶμαι, τοῖς ἐπιεικέσιν εἰς πληροφορίαν τὸ πολλοῖς ἀναπεισθῆναι χρήμασιν τοὺς Πιλάτου στρατιώτας, οἳ τὸν Δεσποτικὸν τάφον ἐτήρουν, ἵν' εἴπωσιν, ὅτι Ἡμῶν κοιμωμένων ἐκλάπη νυκτός. Οὐδὲ τούτῳ οὖν τῷ σημείῳ πεπιστεύκασιν Ἰουδαῖοι. Διὸ καὶ μάλα εἰκότως ἔφη περὶ αὐτῶν, ὅτι « Βασίλισσα νότου ἐγερθήσεται, » κ. τ. λ.

V. 31. *Regina austri consurget in judicio*, etc.

*Βασίλισσα νότου ἐγερθήσεται ἐν τῇ κρίσει*, κ. τ. λ.

Festinavit ad Salomonem audiendum mulier barbara, tantumque viæ ob hanc causam emensa est, ut doctrinam de visibilibus **276** rebus, animalibus, herbarumque natura auditu cognosceret. Vos autem præsentes audientesque de invisibilibus cœlestibusque rebus loquentem ipsam, quæ ad vos venit sapientiam, suaque verba operibus prodigiisque confirmantem, sermones ejus aversamini, et oraculorum ejus mirabilitatem incuriose præteritis? Quidni igitur plus quam Salomon hic sit, id est in me? Et rursus animadverte dicti solertiam: cur enim dicit *hic*, nec potius *in me?* Ut nos doceat humiliter sapere, etiamsi forte spiritalibus donis cumulati simus. Præterquam quod non erat inverisimile, Judæos si audissent « Plus est quam Salomon in me » more solito de eo locuturos: Ecce hic regibus quoque apud nos inclytis meliorem se D ait. Modeste igitur ac dispensatoria ratione Servator dicit *hic* potius quam *in me*. — A Ninivitis quoque damnatum iri Judæos dicit judicii tempore. Ili porro erant crudeles barbarique homines, verum natu-

(A f. 159) Ἐσπούδασε περὶ τὴν Σολομῶντος ἀκρόασιν βάρβαρος γυνὴ, καὶ τοσαύτην ὁδὸν διὰ τοῦτο ἐστείλατο, σοφίαν τὴν περὶ τῶν ὁρατῶν καὶ ζώων καὶ βοτανῶν φύσεως ἀκουσομένη (1). Ὑμεῖς δὲ παρόντες καὶ ἀκούοντες, περὶ ἀοράτων καὶ οὐρανίων πραγμάτων, αὐτῆς τῆς σοφίας ἠκούσης πρὸς ὑμᾶς, καὶ τὸν λόγον ἔργοις καὶ τεραστίοις βεβαιούσης, ἀλλοτριοῦσθε πρὸς τὸν λόγον, καὶ τὸ θαῦμα τῶν λογίων ἀναισθήτως παραπέμπεσθε; Πῶς οὖν οὐ πλεῖον Σολομῶντος ὧδε, τουτέστι παρ' ἐμοί; Καὶ ὅρα μοι πάλιν τοῦ λόγου τὸ εὐτεχνές· διὰ τί γὰρ τὸ *ὧδέ* φησι, καὶ οὐχὶ δὴ μᾶλλον *παρ' ἐμοί;* Ἵν' ἡμᾶς ἀναπείσῃ ταπεινοφρονεῖν, κἂν χαρισμάτων ὦμεν ἀνάμεστοι πνευματικῶν. Ἄλλως τε δὲ τὸ ἀπεικὸς ἦν οὐδὲν, Ἰουδαίους ἀκούσαντας ὅτι « Πλεῖον Σολομῶντός ἐστι παρ' ἐμοί, » τὰ συνήθη πάλιν περὶ αὐτοῦ πειραθῆναι λαλεῖν· Ἰδοὺ καὶ τῶν παρ' ἡμῖν ἐπισήμως βεβασιλευκότων ἑαυτὸν εἶναί φησιν ἐν ἀμείνοσι. Μετριάζει τοίνυν οἰκονομικῶς ὁ Σωτὴρ, τὸ *ὧδε* λέγων, ἀντὶ τοῦ *παρ' ἐμοί.* — (A f. 159) Καὶ Νινευῖται δὲ εἰς κατάκρισιν αὐτῶν ἔσεσθαί φησιν ἐν τῷ τῆς κρίσεως καιρῷ. Ἀν-

[61] Osee v, 6.

(1) Ex codice Veneto, ubi præstans Græcorum Patrum in libros Regum catena est, exscripsi ante hos annos manu mea, edidique post Cyrilli explanationem in Psalmos, p. 441, breve fragmentum, quod hujus quod in manibus habemus partim compendium est, partim incrementum. Κυρίλλου, ἐκ τοῦ εἰς τὸ κατὰ Λουκᾶν. Γυνὴ βάρβαρος, μακρῶν αὐτὴν εἰργόντων διαστημάτων, ὄκνου γέγονε κρείττων, οὐχ ἵνα χρημάτων ποιήσηται συλλογὴν, ἀλλ' ἵνα ἀκούσῃ τὴν σοφίαν Σολομῶντος παραβολὰς λαλοῦντος καὶ αἰνίγματα, καὶ ἀνθρωπίνων ὑπογράφοντος κάλλη τε καὶ ψόγους. *Cyrilli, ex commentario in Lucæ Evangelium. Mulier barbara, magno locorum intervallo distans, socordiam omisit, non ut opes conquireret, sed ut Salomonis sapientiam audiret, parabolas et ænigmata loquentis, et humanorum morum laudes vituperationesque describentis.*

Digitized by Google

δρες γὰρ ἦσαν ὡμοί τε καὶ βάρβαροι, Θεὸν οὐκ εἰδότες τὸν φύσει καὶ ἀληθῶς, τῶν διὰ Μωϋσέως τεθεσπισμένων ἀνήκοοι παντελῶς, προφητικῆς εὐστομίας ἀνεπιστήμονες. Ἀλλὰ καὶ οὕτω γνώμης ἔχοντες, μετενόησαν, φησὶν, εἰς τὸ κήρυγμα Ἰωνᾶ· μακρῷ τοιγαροῦν ἀμείνους τῶν ἐξ Ἰσραὴλ, καὶ κατακρινοῦσιν αὐτούς. Ἀλλ' ἄκουε καὶ τῶν ῥημάτων· « Ἄνδρες Νινευῖ ἀναστήσονται ἐν τῇ κρίσει κατὰ τῆς γενεᾶς ταύτης, καὶ κατακρινοῦσιν αὐτήν, ὅτι μετενόησαν εἰς τὸ κήρυγμα Ἰωνᾶ· καὶ ἰδοὺ πλέον Ἰωνᾶ ὧδε. »

*Οὐδεὶς δὲ λύχνον ἅψας, εἰς κρυπτὴν τίθησι,* κ. τ. λ.

(A f. 161, B f. 116 h) Καὶ ποία τις ἦν τῶν τοιούτων λόγων ἡ χρεία; Ἀντιθέσει μάχεται τοῖς Ἰουδαίοις ἐξευρημένῃ διὰ τῆς ἐνούσης αὐτοῖς σκαιότητός τε καὶ ἀμαθίας. Ἔφασκον γὰρ θαυματουργεῖν αὐτὸν, οὐχ ἵνα πιστεύηται μᾶλλον, ἀλλ' ἵνα πολλοὺς ἔχῃ τοὺς ἑπομένους αὐτῷ, καὶ τοὺς παρὰ τῶν ὁρώντων τὰς θεοσημείας ἁρπάζῃ κρότους. Ἀποκρούεται τοίνυν τὴν ἐπὶ τούτῳ συκοφαντίαν, καὶ δέχεται πρὸς παράδειγμα τὴν τοῦ λύχνου χρείαν· κεῖται γὰρ ὁ λύχνος ὑψοῦ καὶ ἐπὶ λυχνίαν ἀεὶ, ἵν' εἴη τοῖς ὁρῶσι χρήσιμος. Καὶ τί τὸ ἐντεῦθεν, περινοήσωμεν. Πρὸ μὲν γὰρ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐπιδημίας κατεσκότισε τὴν ὑπ' οὐρανὸν ὁ τοῦ σκότους πατὴρ, τουτέστιν ὁ Σατανᾶς, ἀχλύϊ τε νοητῇ τὰ πάντα κατεμελαίνετο. Ἐπειδὴ δὲ ἥμεν ἐν τούτοις, λύχνον ὥσπερ τινὰ τῇ ὑπ' οὐρανὸν δέδωκεν ὁ Πατὴρ τὸν Υἱὸν, ἵνα τὸ θεῖον ἡμῖν ἐναστράψῃ φῶς, καὶ ἀχλύος ἡμᾶς ἐξέλῃται διαβολικῆς. Ἀλλ', ὦ Ἰουδαῖε, εἰ μὲν αἰτιᾷ τὸν λύχνον ὅτι μὴ κρύπτεται μᾶλλον, ἀλλ' ὑψοῦ καὶ ἐπὶ λυχνίᾳ κείμενος ἐνίησι τοῖς ὁρῶσι τὸ φῶς, ἐγκάλει Χριστῷ μὴ λαθεῖν ἐθέλοντι μᾶλλον, ἀλλ' ὁρᾶσθαι παρὰ πάντων, καὶ φωτίζοντι τοὺς ἐσκοτισμένους, καὶ τὸ τῆς ἀληθοῦς θεογνωσίας ἐνιέντι φῶς. Οὐκοῦν οὐχ ἵνα θαυμάζηται μᾶλλον ἐπλήρου τὰς θεοσημείας, καὶ δι' αὐτῶν ἠξίου γνωρίζεσθαι, ἀλλ' ἵνα πιστεύηται μᾶλλον ὅτι Θεὸς ὢν φύσει, γέγονεν ἄνθρωπος δι' ἡμᾶς, καὶ οὐκ ἀπέστη τοῦ εἶναι ὃ ἦν. Ὡς ἐπὶ λυχνίας δὲ τῆς ἁγίας Ἐκκλησίας τῷ κηρύγματι λάμπων, καταφωτίζει τὰς πάντων διανοίας, θείας πληρῶν ἐπιγνώσεως.

*Ἠρώτα αὐτὸν Φαρισαῖός τις ὅπως ἀριστήσῃ παρ' αὐτῷ.*

(A f. 162) Ἀληθεύει λέγων ὁ σοφώτατος Παῦλος, ὅτι Χριστὸς εἰσῆλθεν εἰς τὸν κόσμον ἁμαρτωλοὺς σῶσαι. Ταύτης γὰρ ἕνεκα τῆς αἰτίας, καθεὶς ἑαυτὸν εἰς κένωσιν, ἐπὶ γῆς ὤφθη μετὰ σαρκὸς, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συνανεστράφη. Τοῦτο γεγονὸς ἔστιν ἰδεῖν καὶ διά γε τῶν προκειμένων ῥητῶν. Πῶς γὰρ οὐχ ἅπασιν ἐναργὲς, ὅτι πονηρὸν καὶ βέβηλον ἀεὶ τὸ τῶν Φαρισαίων γέγονεν ἐργαστήριον, βάσκανον καὶ ἀλαζονείᾳ σύντροφον, καὶ καταθρασυνόμενον τοῦ πάντων ἡμῶν Σωτῆρος Χριστοῦ; Πῶς οὖν ἄρα κατέλυσε παρ' αὐτοῖς; Ἆρα ἠγνόησε τὴν ἐνοῦσαν αὐτοῖς σκαιότητα; Καὶ πῶς τοῦτο λέγειν ἀσφαλές; Πάντα

A ralemque Deum ignorantes, et qui Moysis constituta nunquam audiverant, propheticæque doctrinæ erant ignari. Et tamen cum ita comparati essent, resipuerunt, inquit, ad Jonæ prædicationem. Multo itaque meliores Israelitis fuerunt, ideoque horum judices erunt. Sed audi verba ipsa : « Viri Ninivitæ surgent in judicio adversus hanc generationem, et condemnabunt illam, quia ipsi pœnitentiam egerunt prædicante Jona ; et ecce plus quam Jonas hic est. »

V. 33. *Nemo qui lucernam accenderit, in abscondito ponit*, etc.

Quinam porro sermonum hujusmodi scopus erat? Contradictione utitur in Judæos, quam ex ipsorum B improbitate inscitiaque sumit. Dicebant enim eum prodigia patrare, non ut fides augeretur, sed **277** ut multos asseclas consequeretur, atque a miraculorum spectatoribus plausum eliceret. Refellit itaque hanc calumniam, et a lucernæ usu similitudinem capit. Nam lucerna, inquit, semper elato loco superque candelabro ponitur, ut spectantibus utilis sit. Jam quidnam hinc colligatur consideremus. Ante Servatoris quidem adventum, obscurabat mundum pater tenebrarum, id est, Satanas, et intellectuali caligine omnia obumbrabat. Dum ergo tali rerum statu essemus, lucernam veluti quamdam mundo Pater obtulit Filium suum, qui divino nos lumine irradiaret, et diabolica caligine eriperet. Jam vero, o Judæe, si tu quidem crimini vertis C quod lucerna non abscondatur, sed alte potius in candelabro collocata lumen spectantibus præbeat ; tunc, inquam, Christum quoque reprehende, quia latere noluerit, sed videri potius ab omnibus, et quia obtenebratos illuminat, ac veræ Dei notitiæ lumen diffundit. Igitur non ut sui admirationem concitaret, prodigia patrabat, neque ut inde inclaresceret, sed magis ut sibi crederetur, qui cum esset suapte natura Deus, factus erat homo propter nos, quin tamen a priore suo statu decederet. Is autem in sancta Ecclesia, veluti candelabro, per suam doctrinam resplendens, omnium mentes illuminat, divina replens scientia.

V. 37. *Rogabat illum quidam Pharisæus ut prandaret apud se.*

D Vere dicit sapientissimus Paulus [65], Christum ob peccatores salvandos in mundum venisse. Hanc enim ob causam se ad exinanitionem demittens [66], in terra incarnatus apparuit, et cum hominibus conversatus est [67]. Rem hanc ex supradictis etiam verbis cognoscere licet. Quidni enim omnibus constat improbam et impuram fuisse semper Pharisæorum officinam, invidia superbiaque nutritam, et universali nostro Servatori Christo adversam? Cur igitur hospes horum fit? Num insitam illis malitiam ignorabat? Sed quis hoc impune dicat, **278** cum nihil Deus non sciat? Quid ergo? Illos apprime

[65] I Tim. I, 15. [66] Philipp. II, 6. [67] Baruch III, 38.

Digitized by Google

emendare studebat, medicorum optimos imitans, qui gravius ægrotantibus curarum suarum adjutoria adhibent. Namque, ut ipse aliquando dixit, « Non egent medico sani, sed qui male habent[66]. » Pharisæus itaque scopo suo sibi proposito, ad convivium invitat; cunctorum autem Servator morem hunc, ut dixi, prudente consilio gerit, atque hanc crudiendi hominis ansam capit. Suppeditavit autem disserendi materiam morosus Pharisæus. Miratus est, inquit evangelista, Christum ante prandium non lavisse. Scandalo ei fuit, inquit, quod ille justi ac prophetæ loco apud Judæos habitus, haud tamen absurdissimas ipsorum consuetudines sequebatur. Ipsi enim ante cibum sumendum lavabant, omni so veluti inquinamento mundantes; et hoc ipsum stulte admodum. Nam aquæ lotio corporaliter quidem sordidatis utilissima est; a mentis tamen cordisque immunditia qui fieri potest ut quemquam purget? Atqui nos dicimus: O Pharisæe insipiens, valde gloriaris de sacrarum Litterarum peritia, Moysis legem calles. Dic ergo ubinam id tibi Moyses præceperit? quodnam potes recitare mandatum Dei, oportere homines ante cibum sumendum lavare? Data fuit utique per Mosaicum constitutum ad corporalium sordium purgationem lustrationis aqua, typum gerens vere sancti et purgatorii baptismi, illius nempe qui in Christo fit. Aqua item lavabantur vocati ad sacerdotium. Itaque divus Moyses Aaronem aqua lavit, unaque cum eo Levitas; lege videlicet per hunc umbratilem typicumque baptismum demonstrante, ne illorum quidem sacerdotium perfectam sanctificationem habere, sed divino potius sacroque indigere baptismo ut vera mundatio fiat: alioquin etiam nobis innuens, sacram delectamque a Deo gentem, nos videlicet, ad sanctificationem perfici atque omni inquinamento mundari ab universali Servatore, per sanctum venerandumque **279** baptismum. Apparet itaque nusquam in mandatis datum, ut ante cibum lavemus. Cur miraris ergo, vel quamobrem scandalizaris, o Pharisæe? Quid tunc Servator? Opportunam facit objurgationem. Audi enim:

A γὰρ οἶδεν ὡς Θεός. Τί οὖν ἐστιν; Αὐτοὺς μάλιστα νουθετεῖν ἠπείγετο, τοὺς ἀρίστους τῶν ἰατρῶν ἀπομιμούμενος, οἳ τοῖς ἀῤῥωστοῦσι φορτικώτερον τὰς ἐκ τῶν οἰκείων ἐπιτηδευμάτων προσάγουσιν ἐπικουρίας. Ὡς γὰρ αὐτός που φησιν, « Οὐ χρείαν ἔχουσιν οἱ ὑγιαίνοντες ἰατροῦ, ἀλλ' οἱ κακῶς ἔχοντες. » Οὐκοῦν ὁ μὲν Φαρισαῖος, τό γε ἦκον εἰς τὸν ἐνόντα αὐτῷ σκοπὸν, ἐπὶ ἑστίαν καλεῖ· ὁ δέ γε τῶν ὅλων Σωτὴρ καθίησι μὲν ἑαυτὸν εἰς τοῦτο, καθάπερ ἔφην, οἰκονομικῶς· μυσταγωγίας δὲ πρόφασιν ἐποιεῖτο τὸ χρῆμα. Ἐδίδου δὲ τῷ λόγῳ τὰς ἀφορμὰς ὁ δυσμαθὴς Φαρισαῖος. Ἐθαύμασε γὰρ, φησὶν, ὡς οὐκ ἐβαπτίσθη πρὸ ἀρίστου. Ἐσκανδαλίσθη, φησὶν, ὅτι δικαίου καὶ προφήτου δόξαν ἔχων παρ' αὐτοῖς, ταῖς ἀλογωτάταις αὐτῶν οὐ συνεπλάττετο συνηθείαις. Ἐβαπτίζοντο γὰρ B πρὸ τροφῆς, οἷον ῥύπου παντὸς ἑαυτοὺς ἀπαλλάττοντες· ἀσυνέτως δὲ σφόδρα καὶ τοῦτο. Ἡ μὲν γὰρ διὰ τῶν ὑδάτων ἀπόνιψις χρειωδεστάτη λίαν ἐστὶ τοῖς ῥυπῶσι σωματικῶς· ἀκαθαρσίας γε μὴν τῆς εἰς νοῦν καὶ καρδίαν, πῶς ἂν ἀπαλλάξειέ τινας; Πλὴν ἐκεῖνό φαμεν· Ἀσύνετε Φαρισαῖε, μέγα πεφρόνηκας ἐπὶ τῇ τῶν ἱερῶν εἰδήσει Γραμμάτων, τὸν Μωϋσέως νόμον γινώσκεις. Εἰπὲ τοιγαροῦν, ποῦ σοι τοῦτο προστέταχε Μωϋσῆς; ποίαν ἔχεις εἰπεῖν ἐντολὴν ὁρισθεῖσαν παρὰ Θεοῦ, τὴν ἐπί γε τῷ δεῖν βαπτίζεσθαι πρὸ τροφῆς; Δέδοται μὲν γὰρ διὰ τῆς Μωϋσέως ἐντολῆς εἰς ἀποκάθαρσιν ῥύπου σωματικοῦ, τὸ ὕδωρ τοῦ ἁγνισμοῦ, τύπον ἐπέχον τοῦ ἀληθῶς ἁγίου καὶ διασμηκτικοῦ βαπτίσματος, φημὶ δὴ τοῦ ἐν Χριστῷ. C Ἀπελούοντο δὲ ὕδατι καὶ οἱ καλούμενοι πρὸς ἱερουργίαν. Καὶ γοῦν ὁ θεσπέσιος Μωϋσῆς ἔλουσεν ὕδατι τὸν Ἀαρὼν, καὶ σὺν αὐτῷ τοὺς Λευίτας· καταδηλοῦντος τοῦ νόμου διὰ τοῦ τυπικοῦ καὶ ὡς ἐν σκιαῖς βαπτίσματος, ὅτι καὶ ἡ κατ' αὐτῶν ἱερουργία τὸ τέλειον εἰς ἁγιασμὸν οὐκ ἔχει, δεῖται δὲ μᾶλλον τοῦ θείου τε καὶ ἱεροῦ βαπτίσματος, εἰς ἀποκάθαρσιν ἀληθῆ· καὶ καθ' ἕτερον δὲ τρόπον ἡμῖν ὑποφαίνοντος, ὅτι τὸ ἱερὸν καὶ ἀπόλεκτον παρὰ Θεῷ γένος, τουτέστιν ἡμᾶς, τελειοῖ πρὸς ἁγιασμὸν, καὶ εἰς ἀπόθεσιν ῥύπου παντὸς ὁ τῶν ὅλων Σωτὴρ, διὰ τοῦ ἁγίου καὶ σεπτοῦ βαπτίσματος. Ὁρᾶταί γε μὴν οὐδαμοῦ προστεταχὼς βαπτίζεσθαι πρὸ τροφῆς· τί οὖν τεθαύμακας, ἢ διὰ ποίαν αἰτίαν ἐσκανδαλίσθης, ὦ Φαρισαῖε; Τί οὖν ὁ Σωτήρ; Εὐάφορμον ποιεῖται τὴν ἐπίπληξιν. Ἄκουε γάρ·

V. 39. *Nunc vos, Pharisæi, quod deforis est calicis et catini mundatis*, etc.

Poterat et alio verborum genere uti Dominus, cum vellet insipientem Pharisæum admonefacere; nihilominus præsentem occasionem captat, et ex iis quæ in manibus sunt doctrinam suam connectit. Namque ut in prandii mensæque tempore, evidentem similitudinem sumit a calice et catino, demonstratque mundos esse debere ac lautos qui sincere Deum colunt; neque corporalibus tantum carere sordibus, verum etiam intellectualibus et reconditis; haud secus quam adhibenda mensis vasa non extrinsecis tantum inquinamentis mundare convenit,

D *Νῦν ὑμεῖς, οἱ Φαρισαῖοι, τὸ ἔξωθεν τοῦ ποτηρίου καὶ τοῦ πίνακος καθαρίζετε*, κ. τ. λ.

(A f. 162 b, C f. 132 b) Ἐνῆν [al. ἐξῆν] μὲν καὶ ἑτέροις λόγοις χρήσασθαι τὸν Κύριον, νουθετεῖν ἐθέλοντα τὸν ἀσύνετον Φαρισαῖον· ἐπιδράττεται δὲ τοῦ καιροῦ, καὶ οἷον ἐκ τῶν ὄντων ἐν χερσὶν ἐξυφαίνει τὴν μυσταγωγίαν. Ὡς γὰρ, ἐν καιρῷ τροφῆς καὶ τραπέζης, ἐναργὲς ὑπόδειγμα δέχεται τὸ ποτήριον καὶ τὸν πίνακα· καὶ διαδείκνυσιν, ὡς καθαροὺς καὶ ἐκνενιμμένους εἶναι χρὴ τοὺς εἰλικρινῶς λατρεύοντας τῷ Θεῷ, καὶ οὐδήπου μόνης ἐξ ἀκαθαρσίας σωματικῆς, ἀλλὰ γὰρ καὶ εἰς νοῦν ἔσω κεκρυμμένης, καθάπερ ἀμέλει καὶ τὸ ταῖς τραπέζαις ὑπηρετοῦντα τῶν

[66] Matth. IX, 12.

Digitized by Google

σκευῶν, καὶ τῶν ἔξωθεν ἐλευθεροῦσθαι ῥύπων, εὖ ἂν ἔχοι, καὶ προσέτι τούτῳ τῶν ἔσω. Ὁ γὰρ ποιήσας, φησὶ, τὸ ἔξωθεν, καὶ τὸ ἔσωθεν ἐποίησεν· τουτέστιν, ὁ τὸ σῶμα κτίσας, καὶ ψυχὴν εἰργάσατο. Χρὴ τοιγαροῦν ἑνὸς ὄντα ποιήματα τοῦ φιλαρέτου Θεοῦ, σύνδρομον ἔχειν τὴν ἀποκάθαρσιν. Ἀλλ' ἦν ἄρα τοῦτο τοῖς Γραμματεῦσί τε καὶ Φαρισαίοις· μέχρι γὰρ μόνου τοῦ δοκεῖν εἶναι καθαροὺς αὐτοὺς, πάντα δρᾷν ἐσπούδαζον· τάφοις κεκονιαμένοις προσεοικότες, κατὰ τὴν αὐτοῦ τοῦ Σωτῆρος φωνὴν, ἔξωθεν μὲν ὡραῖοι, ἔσωθεν δὲ γέμοντες ὀστέων νεκρῶν, καὶ πάσης ἀκαθαρσίας (1). Ἀλλ' οὐ τοιούτους ἡμᾶς εἶναι βούλεται Χριστὸς, ἁγίους δὲ καὶ ἀμώμους ψυχῇ τε καὶ σώματι. Καὶ γοῦν ἔφη τις τῶν παρ' ἡμῖν· «Καθαρίσατε χεῖρας, ἁμαρτωλοὶ, καὶ ἁγνίσατε καρδίας, δίψυχοι. » Καὶ μὴν καὶ Ἡσαΐας ἐκ προσώπου τοῦ Θεοῦ· « Λούσασθε, φησὶ, καθαροὶ γένεσθε, ἀφέλετε τὰς πονηρίας ἀπὸ τῶν ψυχῶν ὑμῶν, ἀπέναντι τῶν ὀφθαλμῶν μου. » Ἐπιτήρησον δὲ τοῦ λόγου τὸ ἀκριβές· πονηροὶ γὰρ ὄντες ἔσθ' ὅτε λάθοιεν ἂν τινες τοὺς ἀνθρώπων ὀφθαλμοὺς, τοὺς δέ γε θείους οὐκ ἔνεστι λαθεῖν. Ποῖον οὖν φάρμακον αὐτοῖς μετὰ τοὺς ἐλέγχους δέδωκεν ὁ Σωτήρ;

*Πλὴν τὰ ἐνόντα δότε ἐλεημοσύνην, καὶ ἰδοὺ πάντα καθαρὰ ὑμῖν ἐστιν.*

(A f. 162 b) Καίτοι πλείστας εἶναί φαμεν τῆς εὐδοκιμήσεως τὰς ὁδοὺς, οἷον πραότητα, ταπεινοφροσύνην, καὶ τὰ τούτοις ἀδελφά· ἀνθότου δὴ οὖν, τῶν τοιούτων ἀφέμενος, φιλοικτείρμονας αὐτοὺς γενέσθαι κελεύει; Φιλάργυροι λίαν ἦσαν οἱ Φαρισαῖοι, καὶ χρημάτων πορισμοὺς ἀκορέστῳ χειρὶ συλλέγοντες. Καὶ γοῦν ἔφη που περὶ αὐτῶν ὁ τῶν ὅλων Θεός· « Πῶς ἐγένετο πόρνη, πόλις πιστὴ Σιὼν, πλήρης κρίσεως; Ἐν ᾗ δικαιοσύνη ἐκοιμήθη ἐν αὐτῇ, νῦν δὲ φονεῦται· τὸ ἀργύριον ὑμῶν ἀδόκιμον, οἱ κάπηλοί σου μίσγουσι τὸν οἶνον ὕδατι, οἱ ἄρχοντές σου ἀπειθοῦσι, κοινωνοὶ κλεπτῶν, ἀγαπῶντες δῶρα, διώκοντες ἀνταπόδομα, ὀρφανοῖς οὐ κρίνοντες, καὶ κρίσει χήρας οὐ προσέχοντες. » Κεχώρηκε τοίνυν οἰκονομικῶς κατὰ τοῦ κρατοῦντος αὐτῶν ἀῤῥωστήματος.

*Ἀποδεκατοῦτε τὸ ἡδύοσμον, καὶ τὸ πήγανον καὶ πᾶν λάχανον*, κ. τ. λ.

(A f. 163, C f. 133) Ἃ γὰρ ἔδει μάλιστα κατορθοῦν, ταῦτα παρέντες ὡς ἑωλα, τουτέστι τὴν κρίσιν καὶ τὴν ἀγάπην τοῦ Θεοῦ, μόνας ἐκείνας ἀκριβῶς ἐτήρουν τὰς ἐντολὰς, ἦγουν τηρεῖσθαι προσέταττον παρὰ τῶν ὑπὸ χεῖρα λαῶν, αἳ πλείστων αὐτοῖς λημμάτων ὁδὸς ἦσαν καὶ ἀφορμή· ὥστε μηδὲ τὰ τῶν λαχάνων λεπτὰ καὶ οὐδενὸς ἄξια λόγου παρατρέχειν

A sed etiam intrinsecis. Nam qui exteriora, inquit, fecit, idem etiam interiorum auctor est: videlicet qui corpus condidit, idem animam quoque creavit. Oportet igitur, quotquot creaturæ sunt unius diligentis virtutem Dei, consentaneam habere munditiem. Cæterum insolitum hoc erat Scribis ac Pharisæis, qui ut specie tenus mundi viderentur, omnem operam dabant; sepulcris dealbatis similes, juxta ipsius Servatoris effatum [67], exterius quidem speciosi, intus autem mortuorum ossibus et omni spurcitia pleni. Sed non tales vult esse nos Christus, verum sanctos et immaculatos anima et corpore. Quamobrem ait quidam noster: « Emundate manus, peccatores; et purificate corda, duplices animo [68]. » Imo etiam Isaias tanquam **280** ex Dei persona: B « Lavamini, inquit, mundi estote, auferte iniquitates de animabus vestris, in conspectu meo [69]. » Animadverte autem accuratum verborum tenorem. Fieri enim potest ut improbi quidam lateant hominum oculos, Dei vero nequaquam. Quodnam ergo eis remedium post reprehensionem suggessit Servator?

V. 41. *Verumtamen quæ habetis, date eleemosynam, et ecce omnia munda sunt vobis.*

Sane plurimas esse bene agendi vias dicimus, puta mansuetudinem, animi humilitatem, et his affinia. Cur ergo, his omissis, misericordes eos esse jubet? Avarissimi Pharisæi erant, et pecuniæ quæstum insatiabili manu acervabant. Quamobrem de C ipsis ait alicubi universalis Deus: « Quomodo facta est meretrix civitas fidelis Sion, plena judicii? Justitia habitavit in ea, nunc autem homicidæ. Argentum tuum adulterinum est, caupones tui vinum aquæ miscent: principes tui infideles, socii furum, munerum appetitores, mercedibus inhiantes: pupillis jus non dicunt, viduarum causis non vacant [70]. » Prudentem ergo adversus præcipuum illorum vitium fecit invectionem.

V. 42. *Decimatis mentam et rutam et omne olus*, etc.

Quæ agere apprime oporteret, hæc ut levia omittentes, id est justitiam et Dei charitatem, illa tantum observabant ad unguem præcepta, vel potius a D subjecto sibi populo observari jubebant, quæ multarum ipsis oblationum vehiculum et occasio erant: ita ut ne minuta quidem olera nulloque pretio digna negligerent. Atqui charitatis erga Deum negotium

[67] Matth. XXIII, 27. [68] Jac. IV, 8. [69] Isa. I, 16. [70] Isa. I, 21.

(1) Hoc loco in codice A. p. 163, b, inseritur Cyrilli locus adversus Julianum, qui legitur in operum Juliani editione Petaviana p. 557 seq. Sed in catena præeunt verba: Ἀλλ' ἐνταῦθα ὁ ἀποστάτης φευκτέον φησὶ τοὺς τάφους, κ. τ. λ. *Verum hic apostata fugienda dicit sepulcra*, etc. Tum etiam est in codice clausula quam Petavius desiderat: Ἀλλὰ ταῦτα μὲν παιδιὰ καὶ λῆρος· ὁ δὲ Κύριος τοὺς τῇ ὑποκρίσει τὴν ἑαυτῶν κακίαν ἐπικαλύπτοντας, τάφους ἀδήλους καλεῖ, ἀπατῶντας τοὺς ἐντυγχάνοντας· *Sed hæc deliramenta lususque sunt. Etenim Servator homines, qui suam nequitiam hypocrisi contegunt, sepulcra invisibilia appellat, quæ supra ambulantes fallunt.* Num ergo Cyrillus dicta a se contra Julianum repetit in commentario ad Lucam cum aliqua varietate?



Digitized by Google

est, nullatenus eum offendere, universæ legis transgressionem vereri, juste judicare, pari omnia præcepta cura exsequi : neque vero ad necessaria officia torpere, dum uni lucro diligenter studetur ; sed indeclinatam omni in re ferre sententiam. Nam contra jus judicare, non est illorum qui debitam fratribus charitatem servant. Neglectis itaque **281** legis necessariis capitalibusque articulis, decimas vilissimarum etiam rerum percipere satagebant.

A αὐτούς· ἔργον δὲ ἀγάπης τῆς εἰς Θεὸν, τὸ κατὰ μηδένα τρόπον προσκρούειν αὐτῷ, δεδιέναι δὲ τοῦ παντὸς νόμου τὴν παράβασιν, κρίσεως δὲ ἡ δικαιοκρισία, καὶ τὸ φροντίδος ἴσως ἀξιοῦν τὰ τεθεσπισμένα, καὶ μὴ καταῤῥᾳθυμεῖν μὲν τῶν ἀναγκαίων, μόνοις δὲ τοῖς ἐπικερδέσιν ἀκριβῶς ἐνορᾶν, ἀλλ' ἀπροσκλινῆ ποιεῖσθαι τὴν ψῆφον, τὴν ἐφ' ἑκάστῳ πράγματι· τὸ γὰρ ἄδικα κρίνειν, οὐκ ἀγάπην τὴν εἰς τοὺς ἀδελφοὺς τηρούντων ἐστί. Τὰ τοίνυν ἀναγκαῖα καὶ συνεκτικὰ μὴ τηροῦντες τοῦ νόμου, τὰς δεκάτας λαμβάνειν ἐσπούδαζον καὶ τῶν εὐτελεστάτων.

V. 43. *Diligitis primas cathedras in synagogis*, etc.

Per quæ illos objurgat, per hæc eadem nos meliores efficit. Vult enim nos minime cupidos esse B gloriæ, neque speciem virtutis potius quam ejusdem veritatem sectari; quod contra Pharisæi solebant. Quippe salutari ab aliquibus, et præcedendi amor, nequaquam nos frugi homines esse denotat: hæc enim multis quoque minime bonis accidunt. Quod demonstrat Servator illico addens : « Væ vobis, Scribæ et Pharisæi hypocritæ, quia estis ut sepulcra quæ non apparent, et homines supra ambulantes ignorant. » — Nam salutationes omnium in foro ambire, et principem in concionibus locum vehementer appetere, nihil a clausis sepulcris differt, quæ externis quidem ornamentis decora sunt, intus autem omni immunditia scatent. Hoc loco specta mecum hypocrisim summe vituperatam, moremque C illum cuncta ob hominum captandam gratiam agendi. Propterea beatus Paulus ait : « Si hominibus placerem, Christi servus non essem [71]. »

Ἀγαπᾶτε τὴν πρωτοκαθεδρίαν ἐν ταῖς συναγωγαῖς, κ. τ. λ.

(A f. 163) Δι' ὧν ἐκείνοις ἐπιτιμᾷ, διὰ τούτων αὐτῶν ἡμᾶς ἀμείνους ἀποτελεῖ· ἀφιλοδόξους γὰρ ἡμᾶς εἶναι βούλεται, καὶ μὴ τὸ δοκεῖν πρὸ τοῦ ἀληθῶς εἶναι μεταδιώκειν· ὅπερ ἐποίουν οἱ Φαρισαῖοι· ἀσπασμὸς γὰρ ὁ παρά τινων, καὶ τὸ προεδρεῦσαι φιλεῖν, οὐ πάντως ἡμᾶς εὐδοκίμους ὄντας ἀποφαίνει· ὑπάρχει γὰρ τοῦτο πολλοῖς καὶ οὐκ ἀγαθοῖς οὖσι. Διαδείκνυσι δὲ τοῦτο λέγων εὐθὺς ὁ Σωτήρ· « Οὐαὶ ὑμῖν, Γραμματεῖς καὶ Φαρισαῖοι ὑποκριταί, ὅτι ἐστὲ ὡς τὰ μνημεῖα τὰ ἄδηλα, καὶ οἱ ἄνθρωποι οἱ περιπατοῦντες ἐπάνω οὐκ οἴδασιν. »—(A f. 163 b, C f. 133) Τὸ γὰρ ἀσπασμοὺς ζητεῖν παρὰ πάντων τῶν ἐν ἀγορᾷ, καὶ τὸ προεδρεύειν συλλόγοις περὶ πολλοῦ ποιεῖσθαι σπουδάζοντες, μνημάτων ἀδήλων οὐδὲν διαφέρουσιν, ἃ διαπρέπει μὲν τοῖς ἔξωθεν κόσμοις, μεστὰ δέ εἰσι πάσης ἀκαθαρσίας. Ἐνταῦθά μοι βλέπε διαβεβλημένην ἰσχάτως τὴν ὑπόκρισιν, καὶ πρὸς ἀρέσκειαν ἀνθρώπων ἅπαντα διαπράττεσθαι. Διὰ τοῦτό φησιν ὁ μακάριος Παῦλος· « Εἰ ἀνθρώποις ἤρεσκον, Χριστοῦ δοῦλος οὐκ ἂν ἤμην.

V. 45. *Magister, hæc dicens etiam contumeliam nobis facis.*

Grave plerumque est cuique homini redargui. Cæterum ea res piis quidem non est inutilis ; etenim illos ad meliorem frugem transfert. Hoc morbo laborare cerne Judæorum appellatos jurisperitos. Namque omnium Servator Pharisæos increpabat ceu a recta via declinantes. Id autem impiorum legisperitorum globus stomachabatur : ipsi enim sese huic accusationi reos inserunt, sibique dicta existimant, quæ reapse de ipsis Christus erat effa- D tus. Sed enim melius fuisset reprehensionem boni consulere, atque infirmitatis suæ remedium petere, quam contumeliæ titulo reprehensionem inscite appellare, quæ utilis poterat esse ac fructuosa. Quid ergo ad hæc Christus? Reprehensionem gravius intendit, **282** vanumque illorum supercilium deprimit, dicens :

Διδάσκαλε, ταῦτα λέγων καὶ ἡμᾶς ὑβρίζεις.

(A f. 163 b, B f. 119, C f. 133) Δυσφόρητον μὲν ἀεί πώς ἐστι παντὶ ἀνθρώπῳ, τὸ ἐλέγχεσθαι· πλὴν οὐκ ἀνόνητον τοῖς ἐπιεικέσι· μεθίστησι γὰρ αὐτοὺς ἐπὶ τὸ ἄμεινον. Ἄθρει τοῦτο πεπονθότας τοὺς παρά γε τοῖς Ἰουδαίοις ὠνομασμένους νομικούς. Ὁ μὲν γὰρ Σωτὴρ τῶν ὅλων, ἐπετίμα τοῖς Φαρισαίοις ὡς ἔξω τρέχουσι τῆς εὐθείας ὁδοῦ· πρὸς τοῦτο δὲ τὸ τῶν ἀνοσίων νομικῶν ἐχαλέπαινε στίφος· ἑαυτοὺς γὰρ ὑποφέρουσι τοῖς ἐγκλήμασι, καὶ καθ' ἑαυτῶν εἰρῆσθαι νομίζουσιν, ἃ πρὸς ἐκείνους ἔφη Χριστός· ἀλλ' ἦν δή που κρεῖττον ἀγαπῆσαι μὲν τὸν ἔλεγχον, αἰτῆσαι δὲ τῶν ῥῤωστημάτων τὴν λύσιν, καὶ μὴ ὕβριν ἀμαθῶς τὸν ἔλεγχον ὀνομάζειν, ἐπωφελῆ ὄντα [καὶ] χρήσιμον. Τί οὖν πρὸς ταῦτα Χριστός; Ἐπιτείνει τὸν ἔλεγχον, καὶ τὴν εἰκαίαν αὐτῶν ὀφρὺν καταφέρει, λέγων·

V. 46. *Et vobis legisperitis væ, quia oneratis homines oneribus*, etc.

Evidenti veluti exemplo suum ad illos informat sermonem. Gravis enim sine dubio Israelitis erat lex ; quod divi quoque discipuli fassi sunt, dicentes

Καὶ ὑμῖν τοῖς νομικοῖς οὐαί, ὅτι φορτίζετε τοὺς ἀνθρώπους φορτία, κ. τ. λ.

(A f. 163 b, B f. 119) Ὡς ἐκ παραδείγματος ἐναργοῦς, τὸν πρὸς αὐτοὺς ἐξυφαίνει λόγον· φορτικὸς μὲν γὰρ ὁμολογουμένως ὁ νόμος ἦν τοῖς ἐξ Ἰσραήλ·

[71] Galat. i, 10.

Digitized by Google

ὡμολόγουν δὲ τοῦτο καὶ οἱ θεσπέσιοι μαθηταὶ, λέγοντες ἐν ταῖς Πράξεσι· « Καὶ νῦν τί πειράζετε τὸν Θεὸν ἐπιθεῖναι ζυγὸν ἐπὶ τὸν τράχηλον τῶν μαθητῶν, ὃν οὔτε οἱ πατέρες ὑμῶν ἴσχυσαν βαστάσαι; » Καὶ αὐτὸς δὲ τοῦτο ἡμᾶς ἐδίδαξεν ὁ Χριστὸς, προσφωνῶν καὶ λέγων· « Δεῦτε πρός με, πάντες οἱ κοπιῶντες καὶ πεφορτισμένοι, κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς· ἄρατε τὸν ζυγόν μου ἐφ' ὑμᾶς, καὶ μάθετε ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι πραΰς εἰμι καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ, καὶ εὑρήσετε ἀνάπαυσιν ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν. » Κοπιῶντας δὲ καὶ πεφορτισμένους, τοὺς ὑπὸ νόμον εἶναί φησι, ἑαυτὸν δὲ πρᾶον ὠνόμαζεν, ὡς οὐκ ἔχοντος τοῦτο τοῦ νόμου. Ὡς γὰρ Παῦλός φησιν, « Ἀθετήσας τις νόμον Μωϋσέως, χωρὶς οἰκτιρμῶν ἐπὶ δυσὶν ἢ τρισὶ μάρτυσιν ἀποθνήσκει. » Οὐαὶ τοίνυν ὑμῖν, ὦ νομικοί· δυσβάστακτα γὰρ φορτία καταδεσμεύοντες, εἶτα τοῖς ὑπὸ τὸν νόμον ἐπιτιθέντες αὐτὰ, αὐτοὶ τούτοις οὐ προσψαύετε· ἀπαράβατον γὰρ προστάττοντες τηρεῖσθαι τὴν Μωϋσέως ἐντολὴν, καὶ δίκην τοῖς ἀθετοῦσιν ἐπάγοντες, αὐτοὶ λόγου τοῦ μηδενὸς ἠξίουν τὸ ἐργάσασθαί τι τῶν διατεταγμένων. Τοῖς ταῦτα δρᾶν εἰωθόσι καὶ ὁ σοφώτατος Παῦλος ἐπιπλήττει, λέγων· « Ὁ διδάσκων ἕτερον, σεαυτὸν οὐ διδάσκεις; Ὁ λέγων μὴ κλέπτειν, κλέπτεις; Ὁ λέγων μὴ μοιχεύειν, μοιχεύεις; Ὁ βδελυσσόμενος τὰ εἴδωλα, ἱεροσυλεῖς; Ὃς ἐν νόμῳ καυχᾷ, διὰ τῆς παραβάσεως τοῦ νόμου τὸν Θεὸν ἀτιμάζεις; » Ἀδόκιμος [cod. εὐδ.] γὰρ ὁ διδάσκων ἐστὶν, ὅταν ἀσύμβατον ἔχῃ τῷ λόγῳ τὸν τρόπον· τούτῳ καὶ αὐτὸς ὁ Σωτὴρ πικρὰν ἐπήρτηκε δίκην, λέγων, ὡς « Ὁ μὲν διδάξας καὶ ποιήσας, μέγας κληθήσεται· ὃς δ' ἂν διδάξῃ μὲν, μὴ ποιήσῃ δὲ, οὗτος ἐλάχιστος κληθήσεται ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν (1). »

*Οὐαὶ ὑμῖν, ὅτι οἰκοδομεῖτε τὰ μνημεῖα τῶν προφητῶν, οἱ δὲ πατέρες ὑμῶν ἀπέκτειναν αὐτούς.*

(A f. 164, B f. 120, D f. 47 b) Ἀδόκιμον ἀποφήνας καὶ αὐτὸ τῶν νομικῶν τὸ παμμόχθηρον ἐργαστήριον, κοινὸν ἅπασι τοῖς Ἰουδαίων καθηγηταῖς ἐξυφαίνει τὸν ἔλεγχον· τί δὲ ἄρα φησὶν, ἐρευνήσωμεν ἀκριβῶς. Οἱ μὲν τῶν Ἰουδαίων πατέρες ἀπέκτειναν κατὰ καιροὺς τοὺς ἁγίους προφήτας, τὸν θεῖον αὐτοῖς διαπορθμεύοντας λόγον· οἵ γε μὴν ἐξ αὐτῶν γεγονότες, ὁμολογοῦντες ὅτι οἱ προφῆται γεγόνασι σεπτοὶ καὶ τίμιοι, περιήρμοσαν αὐτοῖς τοὺς τάφους, ἤτοι τὰ μνημεῖα, τιμὴν ἀπονέμοντες τὴν τοῖς ἁγίοις πρεπωδεστάτην. Οὐκοῦν ἀπεκτόνασι μὲν οἱ πατέρες αὐτῶν, αὐτοὶ δὲ προφήτας εἶναι πιστεύσαντες καὶ ἄνδρας ἁγίους, κριταὶ γεγόνασι τῶν ἀποκτεινάντων αὐτούς· δι' ὧν γὰρ τιμᾷν ἐγνώκασι τοὺς ἀνῃρημένους, διὰ τούτων αὐτῶν κατηγοροῦσι ὡς ἠσεβηκότων. Ἀλλ' οἱ τῶν ἰδίων πατέρων ἐπὶ ταῖς οὕτω δειναῖς μιαιφονίαις καταψηφισάμενοι, τοῖς ἴσοις ἔμελλον ἁλῶναι κακοῖς, καὶ διὰ τῶν αὐτῶν ἰέναι πλημμελημάτων, μᾶλλον δὲ διὰ τῶν ἔτι χειρόνων. Ἕως μὲν γάρ τις τὰς ἑτέρων ἀδικίας ἐξετάζει, φυσικῷ λογισμῷ κρίνων, ὁρᾷ τὸ φαῦλον καὶ μέμφεται· αὐτὸς δὲ εἰς τὰ ἴσα πάθη ψυ-

in Actibus : « Et nunc cur tentatis Deum, imponere jugum super cervices discipulorum, quod ne patres quidem nostri portare potuerunt [73]? » Quin ipse quoque nos Christus hoc docuit, verbis his compellans : « Venite ad me, omnes qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam vos. Tollite jugum meum super vos; et discite a me, quia mitis sum et humilis corde, et invenietis requiem animabus vestris [74]. » Laborantes atque oneratos dicit legi suppositos, seque mitem appellat, ceu si hujuscemodi non sit lex. Etenim, ut ait Paulus, « Irritam quis faciens legem Moysis, sine miseratione duobus vel tribus testibus moritur [75]. » Væ ergo vobis, o legisperiti! intolerabilia enim pondera conglobantes, deinde ea legi subjectis imponentes, vos ipsi quidem eadem ne attingere quidem patimini. Quippe legisperiti Moysis præcepta violari vetantes, pœnamque transgressoribus decernentes, ipsi tamen nullam legis partem observare curabant. Ita semet gerere solitos sapientissimus quoque Paulus objurgat, dicens : « Qui alium doces, teipsum non doces? qui ais non furandum, furaris? qui dicis non mœchandum, mœcharis? qui abominaris idola, sacrilegium facis? qui in lege gloriaris, per prævaricationem legis Deum inhonoras [76] ? » Certe improbatur ille doctor, qui non consentientes doctrinæ mores habet. Huic ipse Servator acerbam pœnam decrevit, dicens : « Qui docuerit et egerit, magnus vocabitur : qui autem docuerit, et non egerit, hic vocabitur minimus in regno cœlorum [76]. »

**283** V. 47. *Væ vobis qui ædificatis monumenta prophetarum, patres autem vestri occiderunt illos!*

Postquam satis improbaverat pessimam legisperitorum officinam, communem Judæorum principibus conficit reprehensionem. Quid vero dicat, diligenter scrutemur. Judæorum majores interfecerant variis temporibus sanctos prophetas, qui divinum verbum ad eos deferebant : verum posteri eorum confitentes fuisse illos venerabiles honorandosque prophetas, exornaverant iis sepulcra seu monumenta, honorem tribuentes sanctis viris convenientissimum. Ergo quos majores ipsorum occiderant, dum posteri sanctos viros existimabant, judices fiebant illorum qui eos occiderant. Quia enim occisos illos honorandos censebant, idcirco rem occisoribus crimini dabant. Sed tamen qui majores suos ob tam sæva homicidia condemnaverant, pari mox culpa irretiendi erant, eademque per crimina, imo et pejora, discursuri. Nam quandiu in aliorum culpas quisquam inquirit, naturali ratiocinio judicans, pravitatem agnoscit et vituperat : sed cum ipse pares animi passiones experitur, tunc quasi cæcus in eas incurrit. Hi ergo auctorem vitæ interfecerunt; et

[73] Act. xv, 10. [74] Matth. xi, 28, 29. [75] Hebr. x, 28. [76] Rom. ii, 21, 22. [76] Matth. v, 19.

(1) Invertitur hic (sine ullo tamen detrimento) sententiarum evangelicarum ordo. Nec mirum; Patres enim haud raro sacrum textum memoriter referebant.

Digitized by Google

hisce adversus eum impietatibus divorum quoque discipulorum cædes addiderunt. Nam Dei sapientia Servator sic illis aiebat : « Mittam ad eos prophetas atque apostolos; ex quibus partim occident, partim persequentur, » et reliqua. Et hoc quidem loco prophetarum nomine apostolos vocat, nec non apostolorum successores, Ecclesiæ pastores atque magistros, prophetiæ atque doctrinæ a sancto Spiritu donis ornatos. Prædicit igitur eventura Judæorum genti mala, propter insatiabilem ipsorum sævitiam. Futurum enim erat ut ultio exquireretur de omnium prophetarum effuso sanguine, a mundi primordiis usque ad præsentem ætatem. Zachariam autem, consentaneum est intelligere Præcursoris parentem, quem non scripta traditio refert a **284** Judæis interfectum inter templum et altare, propterea quod prophetaverat, imo vero præsentem demonstraverat Virginem Deiparam, atque ex ea oriturum Deum ac Servatorem Jesum Christum, qui regis instar ac Domini ad eorum gentem mittendus erat : ipsamque sanctam Virginem, post conceptionem de Spiritu sancto, ex virginali statione, quæ in sacro loco erat inter templum et altare, non esse dimittendam dixerat ceu nuptam, sed adhuc virginem agnoscendam, eique permittendum ut in consueta statione subsisteret. Illis ergo auditis Judæos excanduisse, eique manus attulisse, metuentes exspectatum ex ejus vaticinio regem, caventesque ne regi fierent subjecti qui ipsos imperio premeret. Hæc ergo testantem de futuro partu Zachariam **285**

A χῆς προαγόμενος, οἱονεὶ τυφλὸς ἐπὶ ταῦτα φέρεται. Ἀπεκτόνασι μὲν γὰρ τὸν ἀρχηγὸν τῆς ζωῆς· προστεθείκασι δὲ ταῖς κατ' αὐτοῦ δυσσεβείαις, καὶ τὰς κατὰ τῶν θείων αὐτοῦ μαθητῶν μιαιφονίας. Φησὶ γὰρ πρὸς αὐτοὺς ὁ Σωτὴρ ἡ τοῦ Θεοῦ σοφία· « Ἀποστελῶ εἰς αὐτοὺς προφήτας καὶ ἀποστόλους, καὶ ἐξ αὐτῶν ἀποκτενοῦσι καὶ ἐκδιώξουσι, » καὶ τὰ ἑξῆς. Καὶ προφήτας μὲν ὧδε τοὺς ἀποστόλους καλεῖ, καὶ τοὺς τῶν ἀποστόλων διαδόχους, τοὺς τῶν Ἐκκλησιῶν ποιμένας καὶ διδασκάλους, τοὺς ἐν προφητείαις καὶ διδασκαλίαις, ταῖς διὰ τοῦ Πνεύματος δωρεαῖς κεκοσμημένους. Προλέγει τοίνυν τὰ μέλλοντα καταλαβέσθαι τὴν τῶν Ἰουδαίων γενεὰν κακὰ, διὰ τὴν ἀκόρεστον αὐτῶν μιαιφονίαν· μέλλει γὰρ ἐκζητεῖσθαι τὸ αἷμα πάντων τῶν προφητῶν τὸ ἐκχυθὲν ἀπὸ καταβολῆς κόσμου ἕως τῆς γενεᾶς ταύτης. Ζαχαρίαν δὲ ὧδε ἀκόλουθόν ἐστι ἐννοεῖν τὸν τοῦ Προδρόμου πατέρα, ὃν ἐξ ἀγράφου παραδόσεως ἱστόρηται (1) τοὺς Ἰουδαίους ἀνελεῖν μεταξὺ τοῦ ναοῦ καὶ τοῦ θυσιαστηρίου, διὰ τὸ προφητεύειν αὐτὸν, μᾶλλον δὲ ἀποδεικνύναι τὴν Θεοτόκον, καὶ τὸν ἐξ αὐτῆς τεχθησόμενον Θεὸν καὶ Σωτῆρα Ἰησοῦν Χριστὸν, οἷα δή τινα βασιλέα καὶ Κύριον ἐπὶ τὸ ἔθνος ἀποσταλήσεσθαι αὐτῶν· καὶ αὐτὴν τὴν ἁγίαν Παρθένον κατὰ τὴν ἐκ Πνεύματος ἁγίου σύλληψιν, τοῦ τόπου τῶν παρθένων, τοῦ ἐν τῷ ἱερῷ ὄντος μεταξὺ τοῦ ναοῦ καὶ τοῦ θυσιαστηρίου, μὴ ἀποστῆσαι, καθὰ δὴ γεγαμημένην, ἀλλ' ἔτι παρθένον γινώσκειν αὐτὴν, καὶ συγχωρεῖν κατὰ τὸν συνήθη τόπον ἑστᾶναι. Διὰ γοῦν ταῦτα τοὺς

B

C ἀκούοντας εἰς ὀργὴν ἐμπεσεῖν, καὶ ἐπ' αὐτὸν ὁπλί-

(1) Narratio hæc nominatim tribuitur Cyrillo in duobus saltem codicibus C. f. 133 b, et D. f. 47 b. Et quidem aliis plerumque verbis eamdem rem scribit noster Cyrillus etiam contra Anthropomorphitas cap. 27. Porro in codice item vetere B. f. 119, b, eamdem narrant historiam Greg. Nyssenus (qui tamen cum Cyrillo contra Anthrop. sæpe ad litteram congruit) nec non Severus Antiochenus, quorum verba ascribam. *Τοῦ Νύσσης.* Ἱερεὺς οὗτος ὁ Ζαχαρίας ἦν, τῷ τῆς προφητείας χαρίσματι πρὸς τὴν γνῶσιν τῶν κρυπτῶν χειραγωγούμενος· ὃς τὸ τῆς παρθενίας μυστήριον ἐπὶ τοῦ ἀφθάρτου τόκου μυηθεὶς, οὐκ ἀπέκρινεν ἐν τῷ ναῷ τοῦ ταῖς παρθένοις κατὰ τὸν νόμον ἀποκεκληρωμένου τόπου τὴν ἄγαμον μητέρα, διδάσκων τοὺς Ἰουδαίους ὅτι παρθένος ἡ κόρη, καὶ Θεὸς μέγας καὶ Σωτὴρ ὁ ἐξ αὐτῆς τεχθησόμενος Ἰησοῦς Χριστός· ἦν δὲ οὗτος ὁ τόπος, τὸ μεταξὺ τοῦ ναοῦ καὶ τοῦ θυσιαστηρίου διάστημα. Ἐπεὶ δὲ ἤκουον ταῦτα, φόβῳ τοῦ μὴ γενέσθαι βασιλεῖ ὑποχειρίους, ταῦτα μαρτυροῦντα διαχειρίζονται, πρὸς αὐτῷ τῷ θυσιαστηρίῳ τὸν ἱερέα ἱερουργήσαντες. — Λέγει καὶ Σευῆρος εἰς τὸ αὐτὸ, ὅτι ἐξ ἀγράφου παραδόσεως ἱστόρηται τοὺς Ἰουδαίους τὸν ἱερέα Ζαχαρίαν τὸν Ἰωάννου πατέρα ἀνελεῖν μεταξὺ τοῦ ναοῦ καὶ τοῦ θυσιαστηρίου διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν, ἣν καὶ ὁ Νύσσης εἴρηκεν. *Nysseni. Sacerdos erat hic Zacharias, prophetiæ dono ad arcanorum cognitionem manuductus. Is virginitatis mysterium circa incontaminatum partum edoctus, non secrevit in templo ab assignato per legem virginibus loco incorruptam matrem, Judæos admonens virginem esse hanc puellam, Deumque magnum ac Servatorem oriturum ex ipsa Jesum Christum. Erat vero is locus inter templum et altare intervallum. Ea re audita Judæi, veriti ne regi fierent subditi, virum talia testantem interficiunt, ipso in altari sacerdotem immolantes. — Ait etiam Severus hoc eodem Evangelii loco ex traditione non scripta narratum esse, Judæos sacerdotem Zachariam, Joannis patrem, occidisse inter templum et altare, ob eamdem quam Nyssenus dixit causam.* Nysseni locus sumitur, nonnullis variatis, ex ejus sermone de nat. Domini. Tractum autem Severi multo integriorem nos edidimus in tomo decimo AA. class. p. 432, qui Cyrillum auctorem sibi familiarissimum sine dubio expilavit. Item nos *Script. vet.* t. IX, p. 682, in catena ad Lucam verba protulimus Geometræ, qui Zachariam ab Herodis fictoribus occisum ait. Sed enim notissima est Hieronymi sententia super hac traditione comm. in Matth. XXIII, 35 : *Alii Zachariam patrem Joannis intelligi volunt, ex quibusdam apocryphorum somniis approbantes, quod propterea occisus sit, quia Salvatoris prædicarit adventum. Hoc quia de Scripturis non habet auctoritatem, eadem facilitate contemnitur, qua probatur.* Ita peremptorio, ut solet, stylo Hieronymus. Sed tamen cum Cyrillo, et supra scriptis Nysseno Severo et Geometra, consentiunt antiquissimi Patres a Calmeto jam citati (præter Jacobi Protoevangelium), Origenes, Petrus Alex., Tertullianus, Basilius, Chrysostomus, Epiphanius ; item juniores Theophylactus et Euthymius. His addit Baronius (qui hanc opinionem tuetur t. I, an. 1. n. 53) etiam Valentiniani imp. auctoritatem in epistola apud Theodoretum, *Hist.* lib. IV, 8. Origenis locus Græce exstat ex catena ms. in ed. Ruæi t. III, p. 845, sed initio acephalus, quem nos ex cod. A. p. 164, b, ita supplebimus. *Ὡριγένους.* Ζαχαρίαν εὑρίσκομεν ἐν ταῖς Βασιλείαις ἱερέα, φονευθέντα ἐγγὺς τοῦ ναοῦ καὶ τοῦ θυσιαστηρίου ὑπὸ Ἰωὰς βασιλέως Ἰούδα· Ἰώσηπος δὲ ἱστορεῖ, τὸν υἱὸν Βαραχίου Ζαχαρίαν αὐτὸν εἶναι πατέρα τοῦ Βαπτιστοῦ· οὐ δύνανται γάρ, etc. (hic sequitur dicta editio.)

Digitized by Google

σαι τὰς χεῖρας, δεδιότας τὸν ἐκ τῆς αὐτοῦ προφητείας προσδοκώμενον βασιλέα, φόβῳ τοῦ μὴ γενέσθαι βασιλεῖ ὑποχείριους μέλλοντι καταδυναστεύειν αὐτῶν. Τὸν οὖν ταῦτα μαρτυροῦντα περὶ τοῦ τόκου διαχειρίζονται, πρὸς αὐτῷ τῷ θυσιαστηρίῳ τὸν ἱερέα ἱερουργήσαντα [al. codd. ἱερουργήσαντες.

A interemerunt, dum apud ipsum altare rem sacram utpote sacerdos operabatur.

*Ναὶ λέγω ὑμῖν, ἐκζητηθήσεται ἀπὸ γενεᾶς ταύτης.*

V. 51. *Utique dico vobis, requiretur ab hac generatione.*

(A f. 164 b) Εἰ καὶ δεικτικῶς δὲ λέγει, « ἀπὸ τῆς γενεᾶς ταύτης, » οὐχὶ μόνον τάχα που κατασημῆναί φαμεν τοὺς τότε παρόντας καὶ ἀκροωμένους, ἀλλὰ πάντα τὸν φονευτὴν καὶ ὑπὸ τὴν μιαιφονίαν πίπτοντα· συντετάξεται γὰρ τῷ ὁμοίῳ τὸ ὅμοιον, ὡς ἀδελφὸν καὶ ὁμογενές· κατὰ τό· « Αὕτη ἡ γενεὰ ζητούντων τὸν Κύριον. » — « Καὶ διατηρήσεις ἡμᾶς ἀπὸ τῆς γενεᾶς ταύτης. »

Etiamsi demonstrative dicit « ab hac generatione, » haud fortasse tamen significari ab eo dicimus præsentes tantummodo atque auditores, sed homicidam quemlibet, et sanguinis effusi reum : nam simile cum simili collocatur, ut fraternum atque homogeneum, juxta illud : « Hæc est generatio quærentium Dominum [77]. » Et illud : « Et custodies nos a generatione hac [78]. »

*Ἤρατε τὴν κλεῖδα τῆς γνώσεως, αὐτοὶ οὐκ εἰσήλθετε*, κ. τ. λ.

V. 52. *Tulistis clavem scientiæ, ipsi non introistis*, etc.

(A f. 165, B f. 120, C f. 133 b, D f. 48) Κλεῖδα γνώσεως αὐτὸν εἶναί φαμεν τὸν νόμον, καὶ τὴν ἐν Χριστῷ δικαίωσιν, διὰ πίστεως δὲ δηλονότι τῆς εἰς αὐτόν. Ἦν μὲν γὰρ ὁ νόμος ἐν σκιᾷ καὶ τύπῳ, πλὴν οἱ τύποι διαμορφοῦσι τὴν ἀλήθειαν, καὶ γράφουσιν αἱ σκιαὶ πολυτρόπως ἡμῖν τὸ Χριστοῦ μυστήριον. Ἀμνὸς ἐσφάζετο κατὰ τὸν Μωϋσέως νόμον· ἤσθιον τῶν κρεῶν αὐτοῦ, καὶ ἔχριον τῷ αἵματι τὰς φλιάς· καὶ νενικήκασι τὸν ὀλοθρευτήν. Ἀλλ' αἷμα προβάτου κοινοῦ οὐκ ἂν ἴσχυσεν ἀνατρέψαι θάνατον· ἐμορφοῦτο δὴ οὖν ὡς ἐν ἀμνῷ Χριστὸς, τὴν ὑπὲρ τῆς τοῦ κόσμου ζωῆς ὑπομένων σφαγὴν, καὶ σώζων αἵματι τῷ ἰδίῳ τοὺς μετέχοντας αὐτοῦ· πλεῖστα δ' ἄν τις πρὸς τοῦτο λέγοι, δι' ὧν ἔνεστιν ἰδεῖν τὸ Χριστοῦ μυστήριον, διὰ τῆς τοῦ νόμου σκιᾶς γραφόμενον. Ἔφη δέ που καὶ αὐτὸς τοῖς Ἰουδαίοις προσλαλῶν· « Ἔστιν ὁ κατηγορῶν ὑμῶν Μωϋσῆς, εἰς ὃν ὑμεῖς ἠλπίκατε. Εἰ γὰρ ἐπιστεύετε Μωϋσεῖ, ἐπιστεύετε ἂν ἐμοί· περὶ γὰρ ἐμοῦ ἐκεῖνος ἔγραψε. » Καὶ πάλιν· « Ἐρευνᾶτε τὰς Γραφὰς, ὅτι ἐν αὐταῖς δοκεῖτε ζωὴν αἰώνιον ἔχειν, καὶ αὗταί εἰσιν αἱ περὶ ἐμοῦ μαρτυροῦσαι· καὶ οὐ θέλετε ἐλθεῖν πρός με ἵνα ζωὴν ἔχητε. » Ἅπας γὰρ λόγος τῆς θεοπνεύστου Γραφῆς εἰς αὐτὸν ὁρᾷ, καὶ ἐπ' αὐτῷ συντείνεται. Ἔδει δὴ οὖν τοὺς καλουμένους νομικοὺς, ἅτε δὴ τὸν Μωϋσέως πολυπραγμονοῦντας νόμον, καὶ τὰς τῶν ἁγίων προφητῶν οὐκ ἠγνοηκότας φωνὰς, ἀνοίγειν τρόπον τινὰ τοῖς Ἰουδαίων δήμοις τὰς τῆς γνώσεως θύρας. Παιδαγωγεῖ γὰρ ὁ νόμος ἐπὶ Χριστὸν, ἀποφέρει δὲ εἰς ἐπίγνωσιν αὐτοῦ καὶ τὰ τῶν ἁγίων προφητῶν εὐσεβῆ κηρύγματα. Ἀλλὰ τοῦτο μὲν οὐ πεπράχασιν οἱ καλούμενοι νομικοί· ἐκ δὲ τῶν ἐναντίων, ἦραν τὴν κλεῖδα τῆς γνώσεως· ἵνα τὴν διὰ νόμου χειραγωγίαν ἐννοῇς, ἤτοι τὴν πίστιν, δῆλον δὲ ὅτι τὴν εἰς Χριστόν· προσγίνεται γὰρ διὰ τῆς πίστεως, τῆς ἀληθείας ἡ γνῶσις. Καὶ γοῦν ὁ προφήτης Ἡσαΐας οὕτω πού φησι· « Καὶ ἐὰν μὴ πιστεύσητε, οὐδ' οὐ μὴ συνῆτε. » — « Χωρὶς γὰρ πίστεως, ἀδύνατον εὐαρεστῆσαί ποτε. » Ἦραν τοίνυν οἱ νομικοὶ τὴν κλεῖδα τῆς γνώσεως· οὐ γὰρ εἶων πιστεῦσαί τινας εἰς τὸν τῶν ὅλων Σωτῆρα Χριστόν. Τεθαυματούργηκε πολυτρόπως· οἱ δὲ, καίτοι θαυμάσαι δέον ἐπὶ τούτοις αὐ-

B C D

Scientiæ clavem dicimus ipsam esse legem, et in Christo justificationem, per fidem videlicet in ipsum. Sane in umbra typoque lex versabatur, verumtamen veritatem typi figurant, umbræque multimodis depingunt nobis Christi mysterium. Agnus mactabatur secundum Moysis legem : carnes ejus comedebant, et limina sanguine ungebant; atque ita exterminatori superiores fuerunt. Atqui communis oviculæ cruor necem arcere haud potuisset; ergo figurabatur in agno Christus, pro mundi vita cædem sustinens, proprioque sanguine participes sui salvans. Plurima quispiam addere posset, ex quibus cognoscere licet Christi sacramentum a legis umbra delineatum. Dixit autem alicubi Christus ipse Judæos alloquens : « Est qui vos accusat Moyses, in quem vos speratis. Si enim crederetis Moysi, crederetis et mihi; de me enim ille scripsit [79]. » Et mox : « Scrutamini Scripturas, quia vos putatis in ipsis vitam æternam habere : et ipsæ sunt, quæ testimonium perhibent de me; nec vultis venire ad me, ut vitam habeatis [80]. » Tota enim inspiratæ Scripturæ oratio ipsum designat, et in eumdem collineat. Debebant ergo sic dicti legisperiti, ceu qui in Moysis lege studium collocaverant, nec sanctorum prophetarum oracula ignorabant, aperire quodammodo Judaicis turbis scientiæ januam. Nam lex ad Christum instituit, atque ad **286** ipsius cognitionem deducunt sanctorum prophetarum piæ prædicationes. Verumtamen haud hoc faciebant sic dicti legisperiti, sed e contrario scientiæ clavem abstulerant; quibus in verbis intelligere debes legis disciplinam, sive fidem, eam scilicet quæ erga Christum est. Namque a fide veritatis cognitio provenit. Quapropter Isaias propheta dicit : « Nisi credideritis, non intelligetis [81]. » Nam « sine fide impossibile est placere unquam (Deo [82].) » Abstulerant itaque legisperiti scientiæ clavem, quia non sinebant quemquam communi Servatori Christo credere. Is multimodis prodigia edidit; illi vero, cum idcirco eum admirari debuissent, miraculis maledicebant, populoque sibi subjecto scandalum creantes, dicebant :

[77] Psal. xxiii, 6. [78] Psal. xi, 8. [79] Joan. v, 45. [80] Joan. v, 39. [81] Isa. vii, 9. [82] Hebr. xi, 6.

Digitized by Google

« Hic dæmonia non ejicit, nisi in Beelzebul principe dæmoniorum. » Viden' quomodo scientiæ clavem auferebant? Docebat in synagogis, patefaciebat audientibus bonam et perfectam beneque placentem Patris voluntatem : illi vero ne has quidem doctrinas ejus sine vituperio esse sinebant. Inclamabant enim turbis : « Dæmonium habet, et insanit : cur eum auditis [83]? » Vere itaque abstulerant scientiæ clavem; ipsi non sunt ingressi et alios item ingressu prohibuerunt.

A τὸν, διέσυρον τὰς θεοσημείας, καὶ τοὺς ὑπὸ χεῖρα λαοὺς σκανδαλίζοντες, ἔφασκον· « Οὗτος οὐκ ἐκβάλλει τὰ δαιμόνια, εἰ μὴ ἐν Βεελζεβοὺλ ἄρχοντι τῶν δαιμονίων. » Ὁρᾷς ἐν τούτοις τὴν κλεῖδα τῆς γνώσεως αἴροντας; Ἐδίδασκεν ἐν ταῖς συναγωγαῖς, φανερὸν καθίστη τοῖς ἀκροωμένοις τὸ θέλημα τοῦ Πατρὸς τὸ ἀγαθὸν καὶ τέλειον καὶ εὐάρεστον· οἱ δὲ καὶ ταύτας αὐτοῦ τὰς μυσταγωγίας οὐκ ἀμωμήτους ἀφέντες εὑρίσκονται· προσεφώνουν γὰρ τοῖς ὄχλοις· « Δαιμόνιον ἔχει καὶ μαίνεται· τί ἀκούετε αὐτοῦ; »

Ἦραν οὖν, κατὰ τὸ ἀληθὲς, τὴν κλεῖδα τῆς γνώσεως· αὐτοὶ οὐκ εἰσῆλθον, κεκωλύκασι δὲ καὶ ἑτέρους.

V. 53. *Cæperunt Scribæ ac Pharisæi graviter insistere, et os ejus circa multa provocare.*

Ἤρξαντο οἱ Γραμματεῖς καὶ οἱ Φαρισαῖοι δεινῶς ἐνέχειν καὶ ἀποστοματίζειν αὐτὸν περὶ πλειόνων.

B

Ægre ferentes se coargui, cœperunt, inquit, vehementer ei insistere. Porro insistere hic valet urgere, irasci, stomachari. Nitebantur etiam, inquit, ejus os provocare. Quid vero rursus est hic *os provocare?* Exigebant scilicet, ut subito ac propemodum inconsiderate callidis ipsorum quæstionibus responderet, existimantes eum sine dubio succubiturum, atque aliquid tumultuarie dicturum quod calumniam non effugeret. Sed enim Deum esse nesciebant, imo eum superbe contumelioseque spernebant. Propterea Christus familiares suos, id est discipulos, ut ab illis caverent admonebat. Audi igitur :

(A f. 165 b). Ἀσχάλλοντες πρὸς τοὺς ἐλέγχους, ἤρξαντο, φησὶ, δεινῶς ἐνέχειν αὐτῷ. Τὸ δὲ *ἐνέχειν*, ἀντὶ τοῦ ἐγκεῖσθαι καὶ ἐγκοτεῖν ἤτοι δυσμ[ε]αίνειν ἐστίν. Ἐπεχείρουν δὲ αὐτὸν, φησὶ, καὶ ἀποστοματίζειν περὶ πολλῶν. Καὶ τί πάλιν τὸ *ἀποστοματίζειν* ἐστίν; Ἀπήτουν ἐκ τοῦ παραχρῆμα καὶ οἱονεὶ ἀσκεπτὶ πρὸς τὰς πανούργους αὐτῶν ἀποκρίνεσθαι πεύσεις, οἰηθέντες ὅτι διαπεσεῖται πάντως, καὶ λαλήσει τι τῶν ὅσα ἐστὶν οὐκ ἔξω διαβολῆς· ἀλλ' οὐκ ἤδεσαν ὄντα Θεὸν, μᾶλλον δὲ καταφρονηταὶ γεγόνασιν, ἀλαζόνες καὶ ὑβρισταί· ταύτητοι Χριστὸς τοῖς ἑαυτοῦ γνωρίμοις, ἤγουν μαθηταῖς, φυλάττεσθαι ἀπ' αὐτῶν παρηγγύα· ἄκουε γοῦν·

**287** CAP. XII.

ΚΕΦΑΛ. ΙΒ'.

V. 1. *In primis cavete a Pharisæorum fermento.*

Πρῶτον (2) *προσέχετε ἑαυτοῖς ἀπὸ τῆς ζύμης τῶν Φαρισαίων.*

C

Ab hoc nimirum cavere discipulos suos Dominus vult; *fermentum* hoc loco dicens hypocrisim. Est enim Deo invisa res : et ea quidem ad breve quandoque tempus latitat, verumtamen foras excidit, et quidem haud longo tempore post. Nam quod Dei oculum nullus actus noster vel dictum latere queat, demonstravit, dicens : « Nihil est opertum, quod non revelabitur. » — Omnis enim sermo noster, et omnis actus, die judicii manifestus erit. Vana est ergo hypocrisis; sed oportet nos veros adoratores videri. — Fortasse etiam secundum superiorem sententiam docet, omnia nostra clam dicta et facta patere omnituenti Deo, et aliis quoque revelatum iri (1).

(A f. 165 b) Ἀφ' ἧς καὶ προσέχειν τοὺς μαθητὰς ὁ Κύριος βούλεται· *ζύμην* ἐν τούτοις, τὴν ὑπόκρισιν λέγων (3)· θεοστυγὲς γὰρ τὸ χρῆμα· καὶ λανθάνει μὲν ἔσθ' ὅτε βραχὺ, πλὴν διαπίπτει, καὶ οὐκ εἰς μακράν. Ὡς γὰρ οὐκ ἔνεστι λαθεῖν τὸν τῆς θεότητος ὀφθαλμὸν τὰ παρ' ἡμῶν δρώμενα, διέδειξεν εἰπών· « Οὐδὲν δὲ συγκεκαλυμμένον ἐστὶν, ὃ οὐκ ἀποκαλυφθήσεται. » — (A f. 165 b, C f. 133 b) Ἅπας γὰρ ἡμῶν λόγος καὶ πᾶν ἔργον ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως ἔσται φανερόν· περιττὴ τοιγαροῦν ἡ ὑπόκρισις· δεῖ δὲ ἡμᾶς ἀληθινοὺς ὁρᾶσθαι προσκυνητάς. — (A f. 165 b) Ἴσως δὲ καὶ κατὰ τὴν προτέραν ἐπιβολὴν διδάσκει, ὅτι τὰ κρυφῇ παρ' ἡμῶν καὶ λεγόμενα καὶ πραττόμενα, δῆλα ἔσται τῷ πάντα ὁρῶντι ὀφθαλμῷ, καὶ τοῖς ἄλλοις ἐκκαλυφθήσεται.

D

V. 4. *Dico autem vobis amicis meis : ne terreamini ab his qui occidunt corpus.*

Λέγω δὲ ὑμῖν τοῖς φίλοις μου· μὴ φοβηθῆτε ἀπὸ τῶν ἀποκτεινόντων τὸ σῶμα.

Ad spiritalem fortitudinem instruit amatores suos. « Dico enim, inquit, vobis amicis meis. » Haud

(A f. 165 b, B f. 120 b, C f. 134) Εἰς πνευματικὴν εὐανδρίαν ἀλείφει τοὺς ἀγαπῶντας αὐτόν.

[83] Joan. x, 20.

(1) Hoc loco apud catenam D. Thomæ sequuntur hæc. « Cyrillus. Quoniam gemina est causa perfidiæ, quæ aut ex inolita malitia, aut ex accidenti metu nascitur; ne quis metu territus Deum, quem corde cognoscit, negare cogatur, pulchre addit : *Dico autem vobis amicis,* » etc.

(2) Vocabulum πρῶτον reapse in codice A, et aliis, inter verba sacri textus rubris litteris scribitur, non autem nigris in Cyrilli contextu.

(3) Ex hac glossa videtur Cyrillus non legisse in sacro textu ἥτις ἐστὶν ὑπόκρισις, quæ verba reapse desunt in parallelis Matth. xvi, 6, et Marc. viii, 15. Sed tamen, quidquid sit de Cyrilli lectione, verba hæc constanter occurrunt in Lucæ codicibus Græcis atque Latinis.

Digitized by Google

« Λέγω γὰρ ὑμῖν, φησί, τοῖς φίλοις μου. » Οὐχ ἅπασιν οὖν ἁπλῶς πρέποι ἂν, ὡς ἔοικεν, ὁ περὶ τούτων λόγος· ἐκείνοις δὲ μᾶλλον, οἷς ἂν ἐνυπάρχον ὁρῷτο τὸ ἐξ ὅλης καρδίας ἀγαπᾷν αὐτόν· οἷς καὶ ἁρμόζει λέγειν· « Τίς ἡμᾶς χωρίσει ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ Χριστοῦ; θλῖψις, ἢ στενοχωρία, ἢ διωγμὸς, ἢ γυμνότης, ἢ μάχαιρα; » Οἱ γὰρ μὴ τοιοῦτοι, εὐπαρακόμιστοι λίαν εἰσὶν, καὶ πρὸς ἀποστασίαν ἑτοιμότεροι· οἱ δὲ τὰ αὐτὰ φρονοῦντες αὐτῷ, καὶ τοῖς ἴχνεσιν αὐτοῦ κατακολουθεῖν σπουδάζοντες, φαῖεν ἂν μετὰ τοῦ θεσπεσίου Πέτρου· « Χριστοῦ παθόντος ὑπὲρ ἡμῶν σαρκὶ, καὶ ὑμεῖς ὑπὲρ αὐτοῦ τὴν αὐτὴν ἔννοιαν ὁπλίσασθε. » Ἐθελοντὴς γὰρ ὑπὲρ ἡμῶν ὑπέμεινε θάνατον, ὡς ἀπαράβλητον ἔχων τὴν εἰς ἡμᾶς ἀγάπην. Ἀκηκόαμεν γοῦν λέγοντος αὐτοῦ ἐναργῶς· « Μείζονα ταύτης τῆς ἀγάπης οὐδεὶς ἔχει, ἵνα τις θῇ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ὑπὲρ τῶν φίλων αὐτοῦ. » Εἶτα πῶς οὐκ ἂν εἴη τῶν ἀτοπωτάτων, μὴ ὥσπερ τι τῶν ἀναγκαιοτάτων ὀφλημάτων ἐκτῖσαι Χριστῷ ὅπερ ἐλάβομεν παρ' αὐτοῦ; Χρὴ δὲ καὶ ἑτέρως ζωῆς ἡμᾶς ὄντας ὑπασπιστὰς, μὴ δεδιέναι τὸν θάνατον, ἀπομιμεῖσθαι δὲ μᾶλλον τῶν ἁγίων Πατέρων τὴν πίστιν. Προσκεκόμικεν ὁ πατριάρχης Ἀβραὰμ τὸν μονογενῆ πειραζόμενος, φημὶ δὲ τὸν Ἰσαὰκ, λογισάμενος ὅτι καὶ ἐκ νεκρῶν ἐγεῖρειν δύναται ὁ Θεός. Ποῖον οὖν ἔσται καθ' ἡμῶν τοῦ θανάτου τὸ δεῖμα, καταργούσης αὐτὸν τῆς ζωῆς (1);

A cunctis itaque congruere videtur sermo hujusmodi; sed iis, a quibus illum toto corde diligi exploratum erat. Quos etiam decet dicere : « Quis nos separabit a charitate Christi? tribulatio? an angustia?, an persecutio? an nuditas? an gladius [84]? » Nam qui ita non sunt comparati, valde sunt volubiles, atque ad apostasiam promptiores. At illi qui suam cum illo voluntatem conformarunt, ejusque vestigiis insistere studuerunt, utique dicent cum divo Petro : « Christo passo in carne pro nobis, et vos pro ipso eadem cogitatione armemini [85]. » Sponte enim pro nobis neeem pertulit, propter suam incomparabilem erga nos charitatem. Quare audivimus dicentem **288** ipsum : « Majorem hac dilectionem nemo habet, quam ut animam suam ponat quis pro amicis B suis [86]. » Quidni ergo sit absurdissimum, Christo non reddere, tanquam debitam apprime gratiam, id quod ab eo prius accepimus? Alioquin etiam curandum est ne, dum vitæ tutelam gerimus, mortem expavescamus, sed imitemur potius sanctorum Patrum fidem. Obtulit patriarcha Abrahamus unigenitum tentatus, Isaacum dico, secum reputans posse Deum a mortuis quoque suscitare. Quinam ergo jam nobis supersit mortis timor, postquam eam vita exstinxit?

Προσενθυμεῖσθαι δὲ τούτοις κἀκεῖνο προσήκει· εὑρίσκονται γὰρ διὰ πόνων οἱ στέφανοι· καὶ ἄνθρωποι μὲν μέχρι σώματος ἐκτείνουσι τὰς ὀργὰς, καὶ πέρας αὐτοῖς τῆς καθ' ἡμῶν ἐπιβουλῆς, ὁ τῆς σαρκὸς θάνατος· Θεοῦ δὲ κολάζοντος, οὐ μέχρι μόνης σαρκὸς ἡ ζημία στήσεται, ἀλλὰ καὶ αὐτὴ συνυποφέρεται ταῖς αἰκίαις ἡ ἀθάνατος [al. codd. ἀθλία] ψυχή. Οὐκοῦν εἰσίτω μᾶλλον ὁ μετ' εὐκλείας θάνατος, εἰς ἀρχὰς ἡμᾶς ἀναφέρων ἀτελευτήτου ζωῆς, ἡτοιμασμένων πάντως που καὶ τῶν ἐκ θείας φιλοτιμίας ἀγαθῶν. — (A f. 165 b, A f. 166) Ἵνα δέ τι καὶ ἕτερον ἐπικούρημα ταῖς ἡμετέραις χαρίσηται διανοίαις, προστέθεικεν ἀναγκαίως· « Οὐχὶ πέντε στρουθία πωλεῖται ἀσσαρίων δύο; καὶ ἓν [δ'] ἐξ αὐτῶν οὐκ ἔστιν ἐπιλελησμένον ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ. » — (A f. 166, B f. 121, C f. 134) Προσεπήγαγε δὲ ὅτι καὶ « Αἱ τρίχες τῆς κεφαλῆς ὑμῶν πᾶσαι ἠρίθμηνται. » Ὁρᾷς ὅσην ποιεῖται πρόνοιαν τῶν ἀγαπώντων αὐτόν; Εἰ γὰρ μέχρι τῶν οὕτως εὐτελεστάτων ἐκτείνεται, καὶ οἷον κάτεισιν ἐπὶ τὰ πάντων σμικρότατα τῶν ζώων, πῶς ἂν ἐπιλάθοιτο τῶν ἀγαπώντων αὐτὸν, ἢ ἀγνοήσειέ τι τῶν συμβαινόντων αὐτοῖς, ὅς γε τοσαύτην αὐτῶν ποιεῖται πρόνοιαν, ὡς ἕκαστα τῶν κατ' αὐτοὺς εἰδέναι λεπτῶς, καὶ οἷον ἠριθμημένας ἔχειν

Simul et illud cogitare par est, inveniri labore coronas. Et homines quidem, usque dum manet corpus, iras suas intendere; finemque illis nos persequendi carnis interitum fieri; verumtamen Deo puniente, haud usque ad carnem tantummodo tendi pœnam, sed et immortalem ipsam suppliciis animam irretiri. Ergo obveniat potius bona cum fama interitus, qui nos ad sempiternæ vitæ initium transferat, ubi omnino parata est a divina liberalitate felicitas. — Ut autem aliud quoque suppeditaret mentibus nostris solamen, necessario addidit : « Nonne quinque passeres veneunt dipondio, et unus ex illis non est in oblivione coram Deo (2)? » Subdidit etiam : « Capilli capitis vestri omnes numerati sunt. » Viden' quantam gerat curam diligentium se? Nam si ad hæc usque vilissima extenditur, seque ad minutissimos animantes inclinat, qui fieri potest ut eum amatorum suorum capiat oblivio, D vel rem ullam ad eos pertinentem ignoret? qui sane tantam circa illos providentiam gerit, ut singula ipsorum negotia accurate sciat, et eorumdem, ut ita dicam, capillos numeratos habeat. Vel igitur in tentationem non sinet incidere, vel sapiente consilio id sinet ut **289** patientia inclarescamus. Nam

[84] Rom. VIII, 35. [85] I Petr. IV, 1. [86] Joan. XV, 13.

(1) Male profecto se habet hic locus in Latina Corderii catena. Nam primo is mendose legit δεῖγμα pro δεῖμα; deinde et reliqua pervertit sic : *Quale igitur erit nobis mortis judicium, vita ipsa contempta.*

(2) Paulo hic plura apud Corderium in catena Latina. « Destituuntur siquidem jure meritoque peccatores Dei memoria et cura. Contra vero Deo cordi est, accurate nosse sanctorum vitam. »

Digitized by Google

qui in laqueum incurrere permittet, idem sine dubio vim quoque evadendi suggeret (1).

V. 8. *Quicunque confessus fuerit me coram hominibus*, etc.

Age jam, quisnam sit Christum confitens, vel quomodo hunc quispiam recte confitebitur, ante omnia cognoscere par est. Scribit itaque nobis sapientissimus Paulus : « Ne dixeris in corde tuo : Quis ascendet in cœlum? id est Christum deducere. Aut quis descendet in abyssum? hoc est Christum a mortuis revocare. Sed quid dicit Scriptura? Prope te est verbum in ore tuo, et in corde tuo; hoc est verbum fidei, quod prædicamus. Quia si confitearis ore tuo Dominum Jesum, et corde tuo credideris, quod Deus illum suscitavit a mortuis, salvus eris. Corde enim creditur ad justitiam, ore autem confessio fit ad salutem [87]. » Totum his verbis Christi sacramentum egregie explicat. Oportet enim primo eum qui apparuit ex Deo Patre Filium, unigenitum ex ejusdem substantia Deum Verbum, Dominum omnium confiteri; non quasi exterius et attributam obtinuerit dominationem, sed quia ita suapte natura vereque se habet, haud secus quam Pater. Deinde credendum est quod Deus illum a mortuis suscitaverit, humanatum scilicet, et in carne propter nos passum : sic enim a mortuis resurrexit. Dominus est ergo, ut dixi, Filius; idemque non comparandus cum aliis, quibus dominationis appellatio donatica fuit et attributa. Solus quippe Dominus naturalis est, qui est super omnia creata Deus Verbum. « Unus enim Dominus Jesus Christus, per quem omnia [88]. » At ne Pater quidem dominatu excludetur, quandoquidem naturalis est Deus : neque item Filius a deitate excidet, quoniam naturaliter Dominus est. Uni autem divinæ ac supra omnia substantiæ inest, ut sit plane libera, et omni servitutis jugo expers; habeat autem **290** potius creaturam omnem pedibus serviliter suppositam. Propterea etiamsi factum homo æque ac nos unigenitum Dei Verbum, quantum attinet ad humanam conditionem, sub jugum servitutemque redactum, solvit quidem Judæis publicanis secundum legem Moysis didrachma pro suæ humanationis ratione, non tamen hærentis sibi majestatis splendorem celavit. Interrogavit enim beatum Petrum : « Reges terræ, a quonam censum sumunt vel tributa? a filiisne suis, an ab alienis? Dicente illo : Ab alienis : Ergo, inquit, liberi filii sunt [89]. » Dominus est igitur propria natura Filius, utpote liber. Hoc idem rursus nos docuit sapiens Paulus, ita scribens : « Nos autem omnes revelata facie gloriam Domini speculantes, in eamdem imaginem transformamur, de gloria in gloriam, sicut a Domini Spiritu [90]. » Et paulo ante : « Dominus autem Spiritus, inquit, est. Ubi

A αὐτῶν τὰς τρίχας; Ἢ γὰρ οὐκ ἐάσει πεσεῖν εἰς πειρασμὸν, ἢ γοῦν οἰκονομικῶς, ἵνα παθόντες εὐδοκιμήσωμεν· ὁ γὰρ εἰς παγῖδα πεσεῖν ἐπιτρέψας, χορηγήσει πάντως τὸ δύνασθαι διενεγκεῖν.

*Πᾶς ὃς ἂν ὁμολογήσῃ ἐν ἐμοὶ ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων*, κ. τ. λ.

(A f. 166, B f. 121) Ἀλλὰ τίς ἂν εἴη λοιπὸν ὁ Χριστὸν ὁμολογῶν, ἢ καὶ ὅπως ἄν τις αὐτὸν ὁμολογήσειεν ὀρθῶς, πρό γε τῶν ἄλλων ἄξιον ἰδεῖν. Γράφει τοίνυν ἡμῖν ὁ πάνσοφος Παῦλος· « Μὴ εἴπῃς ἐν τῇ καρδίᾳ σου· Τίς ἐπιβήσεται εἰς τὸν οὐρανόν; τουτέστι Χριστὸν καταγαγεῖν· ἢ τίς καταβήσεται εἰς τὴν ἄβυσσον; τουτέστι Χριστὸν ἐκ νεκρῶν ἀναγαγεῖν. Ἀλλὰ τί λέγει; Ἐγγύς σου τὸ ῥῆμά ἐστιν ἐν τῷ στόματί σου καὶ ἐν τῇ καρδίᾳ σου, τουτέστι τὸ ῥῆμα τῆς πίστεως ὃ κηρύσσομεν· ὅτι ἐὰν ὁμολογήσῃς ἐν τῷ στόματί σου Κύριον Ἰησοῦν, καὶ πιστεύσῃς ἐν τῇ καρδίᾳ σου, ὅτι ὁ Θεὸς αὐτὸν ἤγειρεν ἐκ νεκρῶν, σωθήσῃ· καρδίᾳ γὰρ πιστεύεται εἰς δικαιοσύνην, στόματι δὲ ὁμολογεῖται εἰς σωτηρίαν. » Ὅλον ἐν τούτοις τὸ Χριστοῦ μυστήριον εὖ μάλα διερμηνεύεται. Χρὴ γὰρ πρότερον τὸν ἐκ Θεοῦ Πατρὸς πεφηνότα Υἱὸν, τὸν ἐκ τῆς οὐσίας αὐτοῦ μονογενῆ Θεὸν Λόγον, Κύριον τῶν ὅλων ὁμολογεῖν· οὐχ ὡς ἔξωθεν καὶ εἰσκεκριμένην λαχόντα τὴν κυριότητα, ἀλλ' ὄντα τοῦτο κατὰ φύσιν καὶ ἀληθῶς, καθάπερ ἀμέλει καὶ ὁ Πατήρ· εἰθ' οὕτω πιστεύειν, ὅτι ὁ Θεὸς αὐτὸν ἤγειρεν ἐκ νεκρῶν, ἐνανθρωπήσαντα δηλονότι καὶ σαρκὶ παθόντα δι' ἡμᾶς· ἐγήγερται γὰρ οὕτως ἐκ νεκρῶν. Κύριος οὖν, ὡς ἔφην, ὁ Υἱὸς, ἀσύντακτος τοῖς ἄλλοις, οἷς τὸ τῆς κυριότητος ὄνομα δοτὸν καὶ εἰσκεκριμένον· μόνος γὰρ Κύριος κατὰ φύσιν, ὁ παντὸς ἐπέκεινα γενητοῦ Θεὸς Λόγος· « Εἷς γὰρ Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, δι' οὗ τὰ πάντα. » Ἀλλ' οὔτε τοῦ εἶναι Κύριος ὁ Πατὴρ ἔξω κείσεται, Θεὸς ὢν φύσει· οὔτε μὴν ὁ Υἱὸς ἀπολισθήσειεν ἂν τοῦ εἶναι Θεός· Κύριος γάρ ἐστι κατὰ φύσιν· ἔνεστι δὲ μόνῃ τῇ θείᾳ τε καὶ ἀνωτάτω πασῶν οὐσίᾳ, τὸ εἰσάπαν ἐλεύθερον, καὶ τὸ ἔξω κεῖσθαι ζυγοῦ καὶ δουλείας, ἔχειν δὲ μᾶλλον ὑπὸ πόδας δουλοπρεπῶς τὴν κτίσιν ὑποκειμένην· διὰ τοῦτο, καίτοι γενόμενος καθ' ἡμᾶς ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ Λόγος, καὶ τό γε ἧκον εἰς ἀνθρωπότητος μέτρον, ὑπὸ ζυγὰ καὶ δουλείαν ἐνηνεγμένος, συνετέλεσε μὲν τοῖς Ἰουδαίων δασμολόγοις κατὰ τὸν Μωϋσέως νόμον τὸ δίδραγμον οἰκονομικῶς, οὐκ ἔκρυψε δὲ τῆς ἐνούσης δόξης αὐτῷ τὸ περιφανές. Ἤρετο γὰρ τὸν μακάριον Πέτρον· « Οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς ἀπὸ τίνος λαμβάνουσι κῆνσον ἢ τέλη; ἀπὸ τῶν υἱῶν αὐτῶν, ἢ ἀπὸ τῶν ἀλλοτρίων; Εἰπόντος δὲ ὅτι ἐκ τῶν ἀλλοτρίων· Ἄρα γε, φησὶν, ἐλεύθεροί εἰσιν οἱ υἱοί. » Κύριος οὖν κατὰ φύσιν ὁ Υἱὸς, ὡς ἐλεύθερος. Καὶ τοῦτο πάλιν ὁ σοφὸς ἡμᾶς ἐδίδαξε Παῦλος ὡδὶ γεγραφώς· « Ἡμεῖς δὲ πάντες ἀνακεκαλυμμένῳ προσώπῳ τὴν δόξαν Κυρίου κατοπτριζόμενοι, τὴν αὐτὴν εἰκόνα μεταμορφούμεθα, ἀπὸ δόξης εἰς δόξαν, καθάπερ ἀπὸ Κυρίου Πνεύμα-

[87] Rom. x, 6-10. [88] I Cor. viii, 6. [89] Matth. xvii, 24. [90] II Cor. iii, 18.

(1) In Latinis catenis D. Thomæ et Corderii additur fragmentum, hoc loco ponendum. « CYRILLUS. Mystice autem caput quidem hominis est intellectus, capilli vero cogitationes quæ patent Deo. »

Digitized by Google

τος.» Καὶ μικρὸν ἄνωθεν· « Ὁ δὲ Κύριος, τὸ Πνεῦμά ἐστιν. Οὗ δὲ Πνεῦμα Κυρίου, ἐκεῖ ἐλευθερία.» Ἄθρει δὴ ὅπως τὸν Κύριον τὸ Πνεῦμα εἶναί φησιν· οὐχ ὡς ἐν υἱότητι (Πνεῦμα γὰρ ἐστι, καὶ οὐχ Υἱὸς), ἀλλ' ὡς ὁμοούσιον τῷ Υἱῷ, Κυρίῳ τε ὄντι καὶ ἐλευθέρῳ, καὶ τῇ πρὸς αὐτὸν ταυτότητι φυσικῇ πρὸς ἐλευθερίαν τὴν θεοπρεπῆ μαρτυρούμενον. Ὅς ἂν οὖν ὁμολογήσῃ Χριστὸν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ὡς Θεὸν δηλονότι καὶ Κύριον, ὁμολογηθήσεται παρ' αὐτοῦ ἔμπροσθεν τῶν ἀγγέλων τοῦ Θεοῦ. Ποῦ δὲ καὶ ὅπως; Ἢ πάντως κατ' ἐκεῖνο καιροῦ, καθ' ὃν ἐξ οὐρανοῦ καταβήσεται μετὰ τῶν ἀγγέλων ἐν τῇ δόξῃ τοῦ Πατρὸς αὐτοῦ, ἐπὶ συντελείᾳ τοῦ παρόντος αἰῶνος· ἐκεῖ στεφανοῖ τὸν γνήσιον ὁμολογητήν· οἵ γε μὴν ἕτεροι, τουτέστιν οἱ ἀρνησάμενοί τε καὶ ἀτιμάσαντες, ἀρνηθήσονται· μονονουχὶ λέγοντος τοῦ Κριτοῦ αὐτοῖς τὸ διὰ προφητῶν ἁγίων ἐπί τισιν εἰρημένον· Καθὼς ἐποίησας, οὕτως ἔσται σοι· « Τὸ ἀνταπόδομά σου ἀνταποδοθήσεται εἰς κεφαλήν σου. » Ἀρνήσεται δὲ αὐτοὺς, ἐκεῖνο λέγων· « Ἀπόστητε ἀπ' ἐμοῦ, ἐργάται τῆς ἀνομίας· οὐκ οἶδα ὑμᾶς. » Καὶ τίνες ἂν εἶεν οὗτοι; Πρῶτον μὲν οἱ, διωγμοῦ καταλαβόντος, τὴν πίστιν ἀποβαλόντες· ἀρνοῦνται δὲ αὐτὸν ὁμοίως αἱρετικῶν παῖδες καὶ διδάσκαλοι, Ἀρειανοί τε καὶ τῆς Νεστορίου κενοφωνίας οἱ μαθηταί.

A autem Spiritus Domini, ibi libertas[91]. » Observa autem, quomodo Dominum Spiritum esse dicit; non quasi ex genitura: Spiritus enim est, non Filius: sed quia consubstantialis est Filio Domino ac libero, et ob eamdem naturam libertate frui Deo digna comprobatur. Quicunque igitur confessus fuerit Christum coram hominibus, ut Deum ac Dominum, hunc vicissim Christus coram angelis Dei confitebitur. Ubinam vero et quomodo? Sine dubio eo tempore quo de cœlo stipantibus sanctis angelis cum Patris majestate descendet, in hujus sæculi fine. Tunc sincerum suum confessorem corona donabit: cæteri autem, id est qui negarunt et dehonestarunt, negabuntur, dicente illis propemodum judice illas asanctis prophetis de quibusdam dicta B verba: Sicut egisti, ita fiet tibi; « Retributio tua in caput tuum revertetur[92]. » Negabit illos ita dicens: « Discedite a me, operatores iniquitatis; nescio vos[93]. » Quinam vero erunt hi? Primum quidem illi qui incumbente persecutione fidem abjecerint. Sed negant Christum hæreticorum quoque discipuli ac magistri, Ariani nimirum et vanæ Nestorii doctrinæ asseclæ.

*Πᾶς ὃς ἐρεῖ λόγον εἰς τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου*, κ. τ. λ.

**291** V. 10. *Omnis qui dicit verbum in Filium hominis*, etc.

(A f. 167, B f. 121 b) Πῶς δὴ ἄρα καὶ τοῦτο νοεῖσθαι προσήκει; Εἰ μὲν γὰρ τοῦτο βούλεται δηλοῦν ὁ Σωτὴρ, ὅτι εἴ τίς τι λόγος ὑβριστικὸς κατὰ ἀνθρώπου κοινοῦ πρὸς ἡμῶν, ἄφεσιν ἕξει μετανοήσας, δυσχερείας ἡμῖν ἁπάσης ὁ λόγος ἀπῄλλακται· ἀγαθὸς γὰρ ὢν φύσει Θεὸς, αἰτιαμάτων ἐλευθεροῖ τοὺς μετανοεῖν ἑλομένους· εἰ δὲ ἐπ' αὐτὸν ὁ λόγος ἔρχεται τὸν τῶν ὅλων Σωτῆρα Χριστὸν, πῶς ἀνεύθυνος ἢ καὶ ἔξω δίκης, ὁλόγον εἰς ἑ[ε]αυτὸν εἰπών; Φαμὲν οὖν, ὅτι, ὅταν τις οὔπω τοῦ κατ' αὐτὸν μυστηρίου τὴν δύναμιν ἐκμεμαθηκὼς, οὔτε μὴν ἐγνωκὼς, ὅτι Θεὸς ὢν φύσει, καθῆκεν ἑαυτὸν ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς, καὶ κεχρημάτικεν ἄνθρωπος, εἴπῃ τι περὶ αὐτοῦ τῶν μετρίων, καὶ ὅσα συγγνώμης ἐστὶν ἄξια, ταῦτα ὁ Θεὸς ἀφίησι τοῖς ἐξ ἀγνοίας ἡμαρτηκόσιν. Οἷόν τί φημι· Ἔφη που Χριστός· « Ἐγώ εἰμι ὁ ἄρτος ὁ ζῶν, ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβάς, καὶ ζωὴν διδοὺς τῷ κόσμῳ· » ἀγνοήσαντες δέ τινες τὴν δόξαν αὐτοῦ, καὶ ἄνθρωπον εἶναι κοινὸν οἰηθέντες αὐτὸν, ἔφασκον· « Οὐχ οὗτός ἐστιν ὁ τοῦ τέκτονος υἱὸς, οὗ ἡμεῖς οἴδαμεν τὸν πατέρα καὶ τὴν μητέρα; Πῶς οὖν λέγει, ὅτι Ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβέβηκα; » Καὶ πάλιν· Εἱστήκει ποτὲ μυσταγωγῶν ἐν Συναγωγῇ, καὶ τεθαύμασται μὲν παρὰ πάντων, τινὲς δὲ, φησὶν, ἔλεγον· « Πῶς οὗτος γράμματα οἶδε, μὴ μεμαθηκώς; » Ἠγνόησαν γὰρ ὅτι πάντες ἔκειντο ἐν αὐτῷ οἱ θησαυροὶ τῆς σοφίας καὶ τῆς γνώσεως ἀπόκρυφοι. Ταῦτα συγγνώμης ἄξια, ὡς ἐξ ἀγνοίας ἀτημελῶς εἰρημένα. Τοῖς γε μὴν εἰς αὐτὸ τὸ Θεῖον βλασφημήσασιν, ἀδιάφυκτος

Quomodo hoc etiam intelligendum est? Nam si hoc significare vult Servator, quod si quis dicatur contumeliosus adversus communem hominem sermo, C veniam quisque impetrabit pœnitens; profecto omnis hinc tollitur difficultas. Bonus enim naturaliter Deus culpa quemlibet absolvit, qui pœnitere voluerit. Quod si de ipso hic textus Servatore omnium Christo loquitur, quomodo innoxius impunisque erit, qui verba adversus ipsum jactaverit? Dicimus ergo, quod quandiu aliquis virtutem mysterii Christi non didicerit, neque adhuc cognoverit, illum qui Deus naturaliter erat, ad nostram se conditionem demisisse, hominemque exstitisse; is, inquam, si quid moderatum dixerit, atque eorum ex numero quæ venialia sunt, hæc Deus dimittit ignoranter peccantibus. Exempli causa, dixit aliquando Christus: « Ego sum panis vivus, qui de cœlo descendi, et vitam mundo do[94]; » quidam D vero gloriam ejus nescientes, et communem hominem existimantes, aiebant: « Nonne hic est fabri filius, cujus nos patrem ac matrem novimus? Quomodo ergo dicit se de cœlo descendisse[95]? » Et rursus: Dum aliquando in Synagoga docens perstaret et omnibus admirationi esset, quidam, inquit Scriptura, dixerunt: « Quomodo hic Litteras scit, cum non didicerit[96]? » Nesciebant enim cunctos in eo esse absconditos sapientiæ scientiæque thesauros[97]. Hæc veniam merebantur, tanquam inscienter incurioseque dicta. Verumenimvero his

[91] II Cor. III, 17. [92] Abd. 15. [93] Luc. XIII, 27. [94] Joan. VI, 51. [95] Joan. VI, 42. [96] Joan. VII, 15. [97] Colos. II, 3.

Digitized by Google

qui deitatem blasphemaverint, inevitabile judicium erit, et perpetua pœna, tum in hoc mundo tum etiam in futuro. Spiritum vero his verbis designat non illum sanctum tantummodo, sed totam deitatis naturam. Nam dixit alio loco Servator, Deum esse spiritum [98]. Ergo quæ fit in Spiritum blasphemia, ea in totam tendit supremam substantiam. Una enim Deitatis natura in sancta et adorabili intelligitur Trinitate (1).

**292** V. 11. *Nolite solliciti esse qualiter aut quid respondeatis.*

Hoc injecto timore Dominus, comparatisque auditoribus suis, ut strenue iis resistant qui a vera fidei confessione desciverint, de reliquo securos esse jubet, id est de defensionis ratione. Namque iis, qui fideliter amanterque se gerunt, idoneos suppeditat Spiritus sermones, magistri instar intus inhabitans.

V. 14. *Quis me constituit judicem aut divisorem super vos?*

Sane constitutus fuit a Deo Patre Filius, cum inter nos apparuit, princeps et rex super Sion monte sancto ejus, juxta Psalmistæ effatum [99]. Quid autem egregium facturus, mox ipse explanat: Adsum quippe, inquit, prædicans præceptum Domini. Quodnam porro hoc est? Vult nos Dominus noster, utpote virtutis amans, a terreno omni ac temporali negotio secedere, neque cum fratribus contendere, sed ipsis potius cedere, etiamsi ii forte contra jus nostrum agere velint: namque « Ab eo qui tua, inquit, aufert, ne repetas [1]. » Sed illorum potius sollicitos esse jubet, quæ animæ saluti utilia ac necessaria sunt. His qui ita vivere consueverint, leges Christus statuit, quibus illustres spectabilesque fient. Ait ergo: « Ne possideatis argentum, neque aurum, neque duas tunicas, neque peram, neque in zonis vestris æs [2]. » Et rursus: « Facite vobis sacculos qui non veterascunt, thesaurum indeficientem in cœlis [3]. » Et adhuc, cum ad eum accedens adolescens quidam interrogasset, « Quid faciens vitam æternam possidebo? Vade, inquit, vende omnia quæ habes, et da pauperibus [4]. » Iis itaque qui docilem mentis suæ cervicem præbent, et impendit curam, et fert leges, et cœlestem hæreditatem dividit, et spiritales benedictiones distribuit. Verumtamen iis, qui terrena tantum sapiunt, merito dicet: « Quis me constituit principem aut divisorem super vos? » Sic ergo hominem illum rejecit, uti molestum, nihilque eorum, **293** quæ oportebat, discere volentem. Neque nos non monitos dimittit; sed idonea occasione capta, sermonem continuat, et tantum non protestatur:

V. 15. *Dixitque ad illos: Videte, et cavete ab omni avaritia*, etc.

A ἡ δίκη, καὶ διηνεκὴς ἡ κόλασις καὶ ἐν τῷδε τῷ κόσμῳ, καὶ ἐν τῷ μέλλοντι. Πνεῦμα δέ φησιν ἐν τούτοις, οὐχὶ μόνον τὸ ἅγιον, ἀλλὰ γὰρ τὴν ὅλην τῆς Θεότητος φύσιν. Ἔφη δέ που καὶ αὐτὸς ὁ Σωτὴρ, ὅτι πνεῦμα ὁ Θεός· οὐκοῦν ἡ κατὰ τοῦ Πνεύματος βλασφημία, καθ' ὅλης ἂν γένοιτο τῆς ἀνωτάτω πασῶν οὐσίας· μία γὰρ ἡ τῆς Θεότητος φύσις ἐν ἁγίᾳ καὶ προσκυνητῇ νοεῖται Τριάδι.

*Μὴ μεριμνᾶτε πῶς ἢ τί ἀπολογήσεσθε.*

(A f. 170) Τοσοῦτον ἐπαρτήσας τὸν φόβον ὁ Κύριος, καὶ παρασκευάσας εἰς τὸ γεννικῶς ἀνθίστασθαι τοῖς ἀφιστᾶσι τῆς ὀρθῆς ὁμολογίας, περὶ τῶν ἄλλων κελεύει μὴ μεριμνᾷν, τουτέστι περὶ ἀπολογίας· διότι B τοῖς πιστῶς καὶ ἀγαπητικῶς διακειμένοις ἐνεργεῖ τὸ Πνεῦμα τοὺς προσήκοντας λόγους, ὡσπερεὶ διδάσκαλος ἔνδον ἐνοικῶν.

*Τίς με κατέστησε δικαστὴν ἢ μεριστὴν ἐφ' ὑμᾶς;*

(A f. 171, E f. 190) Κεχειροτόνηται μὲν παρὰ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς ὁ Υἱὸς, ὅτε πέφηνε καθ' ἡμᾶς, ἄρχων τε καὶ βασιλεὺς ἐπὶ Σιὼν ὄρος τὸ ἅγιον αὐτοῦ, κατὰ τὴν τοῦ Ψάλλοντος φωνήν. Καὶ τί κατορθώσων, διατρανοῖ πάλιν αὐτός. Ἀφῖγμαι γὰρ δή, φησὶ, διαγγέλλων τὸ πρόσταγμα Κυρίου. Καὶ ποῖον τοῦτό ἐστι; βούλεται γὰρ ἡμᾶς ὁ φιλάρετος ἡμῶν Δεσπότης, παντὸς ἀποφοιτᾷν γηΐνου τε καὶ προσκαίρου πράγματος, μὴ φιλονεικοῦντας ἀδελφοῖς, εἴ- C κοντας δὲ μᾶλλον αὐτοῖς, κἂν βούλωνται πλεονεκτεῖν. « Ἀπὸ γὰρ τοῦ αἴροντος, φησὶ, τὰ σὰ, μὴ ἀπαίτει· » ζητοῦντας δὲ μᾶλλον τὰ ὅσαπέρ ἐστι χρήσιμα καὶ ἀναγκαῖα πρὸς σωτηρίαν ψυχῆς. Τοῖς οὕτω ζῆν εἰωθόσι, νόμους ὁρίζει Χριστὸς, καθ' οὓς ἂν γένοιντο λαμπροὶ καὶ ἀπόβλεπτοι· ἔφη γοῦν· « Μὴ κτήσησθε ἀργύριον, μήτε χρυσίον, μήτε δύο χιτῶνας, μήτε πήραν, μήτε χαλκὸν εἰς τὰς ζώνας ὑμῶν. » Καὶ πάλιν· « Ποιήσατε ἑαυτοῖς βαλάντια μὴ παλαιούμενα, θησαυρὸν ἀνέκλειπτον ἐν τοῖς οὐρανοῖς. » Καὶ αὖ, ἐπειδή τις προσελθὼν νεανίας ἤρετο, « Τί ποιήσας ζωὴν αἰώνιον κληρονομήσω; Ὕπαγε, φησὶ, πώλησον τὰ ὑπάρχοντά σου, καὶ δὸς πτωχοῖς. » Οὐκοῦν τοῖς μὲν ὑποφέρουσιν εὐήνιον αὐτῷ τὸν τῆς διανοίας αὐχένα, καὶ διατάττει, καὶ νομοθετεῖ, καὶ D μερίζει τὸν οὐράνιον κλῆρον, καὶ διανέμει τὰς πνευματικὰς εὐλογίας· τοῖς γε μὴν μόνα φρονοῦσι τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, εἰκότως ἐρεῖ· « Τίς με κατέστησεν ἄρχοντα ἢ μεριστὴν ἐφ' ὑμᾶς; » Ἀποσείεται μὲν οὖν ἐκεῖνον, ὡς ὀχληρὸν, καὶ οὐδὲν ἐθέλοντα μαθεῖν ὧν εἰδέναι ἐχρῆν. Ἀφίησί γε μὴν οὐκ ἀνουθετήτους ἡμᾶς, εὐκαίρου δὲ ὥσπερ λαβόμενος ἀφορμῆς, ἐξυφαίνει λόγον, μόνον δὲ οὐχὶ καὶ διαμαρτύρεται·

*Εἶπε δὲ πρὸς αὐτούς· Ὁρᾶτε καὶ φυλάσσεσθε ἀπὸ πάσης πλεονεξίας*, κ. τ. λ.

[98] Joan. IV, 24. [99] Psal. II, 6. [1] Luc. VI, 29. [2] Matth. X, 9. [3] Luc. XII, 33. [4] Matth. XIX, 6.

(1) In catena D. Thomæ additur. « Cyrillus. Quod si creatura esset Spiritus sanctus, non autem de divina substantia Patris et Filii, qualiter acta in eum contumelia tantam fert pœnam, quanta promulgatur contra blasphemantes in Deum? »

Digitized by Google

(A f. 171, E f. 190) Βόθρον γὰρ ἡμῖν ὑπέδειξε διαβολικὸν, τὴν πλεονεξίαν, ἣν δὴ καὶ εἰδωλολατρείαν, ὡς ἔφημεν, ὁ σοφὸς ὀνομάζει Παῦλος, ὡς μόνοις τάχα που πρέπουσαν τοῖς οὐκ εἰδόσι Θεὸν, ἢ καὶ ἰσοστάθμως ἔχουσαν εἰς βεβήλωσιν τοῦ λατρεύειν τινὰς ξύλοις τε καὶ λίθοις. Διὰ τοῦτό φησιν· « Ὁρᾶτε καὶ φυλάξασθε ἀπὸ πάσης πλεονεξίας, » τουτέστι μικρᾶς τε καὶ μεγάλης· ἀσθενὴς γὰρ πάντως που ὁ πλεονεκτούμενος, καὶ εἰς μόνον ἀνατείνων τοὺς ὀφθαλμοὺς τὸν ἐφ' οἷς πέπονθεν ἀγανακτῆσαι δυνάμενον. Ὁ δὲ, ἐπείπερ ἐστὶ δίκαιός τε καὶ ἀγαθὸς, προσίεται μὲν τὴν ἱκετηρίαν, ἐπάγει δὲ τοῖς ἠδικηκόσι τὰς δίκας. Καὶ τοῦτο μαθήσῃ, λέγοντος αὐτοῦ διὰ φωνῆς ἁγίων προφητῶν· « Διὰ τοῦτο ἀνθ' ὧν κατεκονδυλίζετε εἰς κεφαλὰς πτωχῶν, καὶ δῶρα ἐκλεκτὰ ἐδέξασθε παρ' αὐτῶν, οἴκους ξυστοὺς οἰκοδομήσετε, καὶ οὐ μὴ κατοικήσητε ἐν αὐτοῖς· καὶ ἀμπελῶνας ἐπιθυμητοὺς φυτεύσετε, καὶ οὐ μὴ πίητε τὸν οἶνον αὐτῶν· ὅτι ἔγνων πολλὰς ἀσεβείας ὑμῶν, καὶ ἰσχυραὶ αἱ ἁμαρτίαι ὑμῶν. » Καὶ πάλιν· « Οὐαὶ οἱ συνάπτοντες οἰκίαν πρὸς οἰκίαν, καὶ ἀγρὸν πρὸς ἀγρὸν ἐγγίζοντες, ἵνα τοῦ πλησίον ἀφέλωνταί τι. Μὴ οἰκήσετε μόνοι ἐπὶ τῆς γῆς; Ἠκούσθη γὰρ εἰς τὰ ὦτα Κυρίου Σαβαὼθ ταῦτα. Ἐὰν γὰρ γένωνται αἱ οἰκίαι ὑμῶν πολλαὶ, εἰς ἔρημον ἔσονται· μεγάλαι καὶ καλαὶ, καὶ οὐκ ἔσονται οἱ ἐνοικοῦντες ἐν αὐταῖς. Οὗ γὰρ ἐργῶνται δέκα ζεύγη βοῶν, ποιήσει κεράμιον ἕν· καὶ ὁ σπείρων ἀρτάβας ἕξ, ποιήσει μέτρα τρία. » Οὐκοῦν κατὰ πάντα τρόπον ἀνόνητος ἡ πλεονεξία· καὶ καθ' ἕτερον δὲ τρόπον, ἀνωφελής. Οὐ γὰρ ἐν τῷ περισσεύειν τινὶ, φησὶν, ἐστὶν ἡ ζωὴ αὐτοῦ, τουτέστιν, οὐ συνεκτείνεται τῷ πλούτῳ τὸ τῆς ζωῆς μέτρον. Καὶ τοῦτο ἡμῖν σαφῶς τε καὶ ἐναργῶς ὑπέδειξεν ὁ Σωτὴρ, τὴν τοῖς εἰρημένοις συνεζευγμένην παραβολὴν εὖ μάλα συντεθειμένως (1)· διδάσκει μὲν οὖν τὰ πάντων ἐξαίρετα Χριστὸς, καὶ πρὸ πάντων τῶν ἀρετῶν ἁπασῶν τὸ κεφάλαιον τὴν ἀγάπην, ἧς τὸ κάλλιστον ἡ ἐλεημοσύνη καθέστηκεν. Ἀλλ' ὁ μισόκαλος Σατὰν, ὁ φαυλότητος ἁπάσης εὑρετὴς, ὁ τῶν ζιζανίων σπορεὺς, ὁ πάσης ἐχθρὸς ἀρετῆς, ὁ τοῖς εὐδοκιμοῦσι μαχόμενος, τοῖς εὖ ποιεῖν δυναμένοις ὄκνον ἔσθ' ὅτε τὸν ἐπιζήμιον ἐργάζεται. Καὶ ὁ μὲν τοῦ Θεοῦ νόμος ἐγείρει πρὸς ἔλεον λέγων· « Ἀνοίγων ἀνοίξῃς τὰ σπλάγχνα σου τῷ ἐπιδεομένῳ ἐν σοί· » ὁ δὲ, ἀντανίστασθαι καὶ συλλέγειν ἀναπείθει τὴν χεῖρα, καὶ σωρεύειν ἐν γῇ, καὶ τρυφὰς ὑποτίθεσθαι σαρκικὰς· ἀποφέρει δὲ καὶ εἰς λήθην θανάτου, καὶ οὐκ ἐᾷ τὸ μέλλον ὁρᾷν, οὐδὲ ἀνθρώπινόν τι λογίζεσθαι. Καὶ ὅρα ὡς ἐν εἰκόνι τὸ πρᾶγμα γραφόμενον.

*Ἀνθρώπου τινὸς πλουσίου εὐφόρησεν ἡ χώρα. Καὶ διελογίζετο ἐν ἑαυτῷ λέγων· Τί ποιήσω; ὅτι οὐκ ἔχω ποῦ συνάξω τοὺς καρπούς μου.*

(A f. 172, B f. 122 b, E f. 192) Σὺ δέ μοι πρόσχῃς ἀκριβῶς, ἵνα θαυμάσῃς τοῦ λόγου τὸ εὐτεχνές. Οὐ

Foveam scilicet nobis diabolicam ostendit avaritiam, quam etiam idololatriam, ut diximus, Paulus sapiens appellat [5], fortasse quia solis congruit ignorantibus Deum, vel quia parem profanitatem habet, ac si quis ligno lapidive cultum exhibeat. Propterea, inquit, « videte et cavete ab omni avaritia, » id est tam parva quam magna. Omnis enim qui oppressionem patitur, infirmus est, et in eum solum intendit oculos, qui indignari potest ob ea quæ ipse patitur. At Deus justus ac bonus preces admittit, et injuriam facientibus pœnas infert. Atque hoc ab ipso disces, qui sanctorum prophetarum voce ait : « Propterea quia pugno pauperes in capite percutiebatis, donaque electa sumebatis ab eis; domos quidem expolitas ædificabitis, neque tamen eas habitabitis : vineas desiderabiles plantabitis, neque idcirco vinum earum bibetis. Etenim multas novi iniquitates vestras, et gravia sunt peccata vestra [6]. » Et denuo : « Væ his qui domo domum conjungunt, et agrum agro admovent, ut proximo suo aliquid detrahant. Num vos soli terram incoletis? Certe hæc auribus Domini exercituum insonuerunt. Etsi fuerint domus vestræ multæ, solitudo fient : quamtumvis eæ magnæ speciosæque fuerint, non erit qui eas incolat. Namque ubi decem juga boum operantur, ibi lagunculam unam faciet : et qui sex artabas serit, tres mensuras colliget [7]. » Ergo omnimodis infructuosa avaritia est. Sed et aliunde inutilis est, quia non in affluentia consistit hominis vita, id est, haud ad divitiarum mensuram extenditur vitæ spatium. Atque hoc manifeste evidenterque demonstravit nobis Servator, superius dictis connexam apte admodum proponens parabolam. Eximiam **294** itaque tradit Christus doctrinam, et præcipuam virtutum omnium statuit charitatem cujus pulcherrimus fructus eleemosyna est. Sed boni osor Satanas, nequitiæ omnis inventor, zizaniorum sator, cujusvis virtutis hostis, bonæ voluntatis hominibus adversans, iis etiam qui bene agere queunt noxiam quandoque ignaviam injicit. Et cum lex divina ad misericordiam impellat dicens : « Aperiens aperi viscera homini qui te indiget [8]; » ille resistere et manum contrahere suadet, et divitias cumulare in mundo, ac delicias sectari carnales : mortis quoque oblivionem inducit, neque res futuras spectare sinit, neque humanum quid cogitare. Nunc age tanquam in tabula rem cerne depictam.

V. 16-19. *Hominis cujusdam divitis uberes fructus regio tulit. Et cogitabat intra se dicens : Quid faciam? quia non habeo quo congregem fructus meos.*

Tu quidem mecum sedulo attende, ut sermonis solertiam admireris. Non enim nobis unum præ-

[5] Coloss. III, 5. [6] Amos V, 11, 12. [7] Isa. V, 8. [8] Deut. XV, 8.

(1) Cod. E. τοῖς τοιούτοις καὶ τὴν ἀνὰ χεῖρας παραβολὴν εὖ μάλα, etc.

Digitized by Google

dium ostendit uberem tulisse fructum, sed universam possessori suo regionem, ut divitiarum amplitudinem cognoscas. Quid ergo? Dives tam multis tamque immodicis stipatus bonis, pusillo animo fit, pauperis propria verba dicit. Quid faciam, dicere solet pauper, quia rei necessariæ penuria laboro? semperque hanc miseram vocem effutit. Ecce iisdem utitur verbis etiam dives, magnopere dolens mœrensque. « Et ait : Destruam horrea mea, et majora ædificabo, illucque congregabo omnes fructus meos ac bona. » Cellas ædificare ampliores cogitabat, solus frui volebat facultatibus suis. Benignitati erga pauperes non studet, neque gloriæ inde redundantis cupidus est; sed ait : « Horrea mea destruam. » Reliquam quoque stultam ipsius orationem specta. « Coacervabo, inquit, fructus meos. » Non reputabat, sicuti Jobus, hæc a Deo se accepisse, neque ut Dei œconomus erga ista se gerebat, sed laborum **295** suorum fructum esse existimabat. Quod autem haud Deo prosperitatem suam acceptam referat, demonstrat dum ait : Coacervabo fructus meos, bonaque mea nemini communicabo, sed mihi meoque ventri cuncta reponam. Quis de proprio officio ita cogitaret, si Deum opum suarum largitorem agnosceret? Nam qui a Deo aliquid habent, iidem juxta Dei placitum uti debent eo quod habent.

Sed hic dives haud duratura horrea ædificat, sed caduca. Et quod adhuc stultius est, spatium vitæ sibi definit, quasi hoc etiam de terra messuerit. Ait enim : « Dicamque animæ meæ : Anima, multa habes bona reposita in annos multos. »—Atqui, o dives, dicet merito aliquis, fructus quidem in horreis habes, sed annos multos unde sumes? — Sic loqui solet etiam nunc dives, ventri suo deditus, ingluviem loco intellectus habens, neque juxta imaginem ejus qui unice bonus est, vitam degens. Quamobrem animam suam carnalibus escis nutrit, et consequentem ex ipsis nefandam voluptatem sibi proponit : honeste enim Dominus vocabulo *gaudæ* hypogastricas passiones denotavit, quæ saturitatem comitantur; subsequuntur enim crapulam res venereæ. Atqui edendum est vitæ causa; non vivendum, ut edamus; prout ventris adoratores, qui aiunt : « Manducemus et bibamus, cras enim moriemur[9]; » cum contra dicendum foret : Quoniam cras morituri sumus, cibum potumque omittamus. — Quid profuit isti diviti multiplex cura? Totus in carnali cogitatione est. Sed videsne quam retulerit pœnam is qui nemini alii bonus exstitit, sibi autem uni dives? Curis se attrivit, ut dives fieret; vigilavit, ut multa congregaret; gratulatur ventri suo multa commoda habenti; totus ad terrena negotia incumbit; Deum non suspicit; futura non spectat;

A γὰρ ἐν ἡμῖν εὐφορῆσαν ἔδειξε χωρίον, ἀλλ' ὅλην ἔχῃ χώραν εὔκαρπον γενέσθαι τῷ κεκτημένῳ, ἵνα μάθῃς τοῦ πλούτου τὸ βάθος. Τί οὖν; ὁ πλούσιος, ὁ τοῖς οὕτω πολλοῖς καὶ ἀμέτροις περιεχόμενος ἀγαθοῖς, στενοχωρεῖται πεφροντικὼς, τὰς τοῦ πένητος λέγει φωνάς. Τί γὰρ ποιήσω, φησὶν ἐκεῖνος, ἐν σπάνει τῶν ἀναγκαίων ὑπάρχων; Ἀεὶ τὴν οὕτως ἀθλίαν ἐ[κ]πτύει φωνήν. Ἀλλ' ἰδοὺ ταῖς αὐταῖς κέχρηται φωναῖς ὁ πλούσιος σφόδρα ὀδυνώμενος καὶ πάσχων· « Καὶ εἶπε· Καθελῶ μου τὰς ἀποθήκας, καὶ συνάξω ἐκεῖ πάντα τὰ γεννήματά μου καὶ τὰ ἀγαθά μου. » Θησαυροὺς οἰκοδομεῖν πλατυτέρους ἐσκέπτετο, μόνος ἀπολαύειν ἤθελε τῶν προσόντων αὐτῷ· οὐκ ἐρᾷ φιλοπτωχίας, τῶν ἐντεῦθεν αὐχημάτων οὐκ ἐφίεται· ἀλλά φησι· « Καθελῶ μου τὰς ἀποθήκας. » Ἄθρει δὴ καὶ ἕτερον ἀνόητον αὐτοῦ λόγον· « Συνάξω γὰρ, φησὶ, τὰ γεν[ν]ήματά μου. » Οὐκ ἐνόμιζε ταῦτα ἐκ Θεοῦ ἔχειν ὡς ὁ Ἰώβ· ἢ γὰρ ἂν ὡς Θεοῦ οἰκονόμος περὶ ταῦτα διέκειτο· ἀλλ' οἰκείων πόνων γεν[ν]ήματα ᾤετο. Ὅτι δὲ οὐκ ἐκ Θεοῦ τὸ εὖ πράττειν ἑαυτῷ εἶναι νομίζει, δηλοῖ, σαφῶς ἐξ ὧν λέγει. Συνάξω γὰρ, φησὶ, τὰ γεν[ν]ήματά μου, καὶ τὰ ἀγαθά μου οὐδενὶ μεταδώσω, ἀλλ' ἐμαυτῷ καὶ τῇ ἐμῇ γαστρὶ πάντα ταμιεύσομαι. Τίς γὰρ ἂν οὕτω διανοηθείη περὶ τῶν δεομένων, θεὸν εἰδὼς χορηγὸν ὧν κέκτηται; Τῶν γὰρ αὐτῶν ἐστιν ἔχειν τέ τι παρὰ Θεοῦ, καὶ κεχρῆσθαι κατὰ θεόν οἵσπερ ἔχουσιν.

B

(A f. 173 b, E f. 196) Ἀλλ' ὁ πλούσιος οὗτος, οὐ τὰς μενούσας ἀποθήκας οἰκοδομεῖ, ἀλλὰ τὰς καταλυομένας· καὶ τὸ ἔτι τούτου παραλογώτερον, ἑαυτῷ μῆκος ὁρίζει ζωῆς, ὥσπερ ἐκ γῆς καὶ τοῦτο θερίσας· φησὶ γάρ· « Καὶ ἐρῶ τῇ ψυχῇ μου· Ψυχὴ, ἔχεις πολλὰ ἀγαθὰ κείμενα εἰς ἔτη πολλά. »—(A f. 173 b) Ἀλλ', ὦ πλούσιε, φαίη τις ἄν, τοὺς μὲν καρποὺς ἔχεις ἐν ἀποθήκαις, ἔτη δὲ πολλὰ (1) πόθεν ἂν λάβῃς; —(A f. 174 b, E f. 198) Τοιοῦτος (2) καὶ ὀνῦν πλούσιος, τῇ γαστρὶ ἑαυτοῦ ἐπικεκυφὼς, λαιμὸν ἀντὶ λογισμοῦ κεκτημένος, ἀλλ' οὐ κατ' εἰκόνα τοῦ μόνου ἀγαθοῦ ζῶν· διὸ τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν τοῖς τῆς σαρκὸς δεξιοῦται βρώμασι, καὶ τὴν ἐπακολουθοῦσαν αὐτοῖς μυσαρὰν ἡδονὴν ἐπιτάττει τῇ ψυχῇ· εὐφήμως γὰρ ὁ Κύριος διὰ τοῦ *εὐφραίνου* τὰ ὑπογάστρια πάθη ἐδήλωσε, τὰ τῇ πλησμονῇ παρεπόμενα· ἀκολουθεῖ γὰρ τῷ κόρῳ τὰ ἀφροδίσια. Καὶ μὴν ἔδει ἐσθίειν, ὥστε ζῆν· οὐ μὴν ζῆν, ὥστε ἐσθίειν· κατὰ τοὺς θεοποιοῦντας τὴν γαστέρα καὶ λέγοντας· « Φάγωμεν καὶ πίωμεν· αὔριον γὰρ ἀποθνήσκομεν· » δέον τοὐναντίον λέγειν· Ἐπεὶ αὔριον ἀποθνήσκομεν, μὴ φάγωμεν μηδὲ πίωμεν. — (A f. 174 b) Τί ὠφέλησε τοῦτον τὸν πλούσιον ἡ πολλὴ μέριμνα; Ὅλος ἐστὶ τῆς σαρκός. Ἀλλ' ὁρᾷς ὅσην ὑπέμεινε ζημίαν, ὁ μηδενὶ μὲν τῶν ἄλλων ἀγαθὸς, ἑαυτῷ δὲ μόνῳ πλούσιος; πεφρόντικεν, ἵνα πλουτήσῃ· ἠγρύπνησεν, ἵνα συναγάγῃ πολλά· συγχαίρει τῇ ἑαυτοῦ γαστρὶ ὡς ἐχούσῃ πολλὰ

C

D

[9] Isa. xxii, 13; I Cor. xv, 32.

(1) Dilapsis apud Corderium tribus his verbis ἔτη δὲ πολλά, is perverse scribit : *Fructus plurimos habes in apothecis, unde accipies?*

(2) Hic locus usque ad πίωμεν, dicitur in codice A. sumptus ex Cyrilli homilia.

Digitized by Google

τῶν ἐπιτηδείων· ὅλος ἐστὶ τῶν ἐπὶ γῆς πραγμάτων· οὐκ ἀναβλέπει πρὸς Θεόν· οὐχ ὁρᾷ τὰ ἐσόμενα· οὐ λογίζεται τὸν ἐπὶ τοῦ θείου βήματος δικάζοντα Θεόν· οὐχ ὁρᾷ τὸν γείτονα θάνατον· κατεδικάσθη γὰρ τελευτὴν ἀπροσδόκητον ὁ μισόπτωχος πλούσιος· ἐν τῇ ἑσπέρᾳ τὴν ἑωθινὴν τροφὴν βουλευόμενος, καὶ τοῦ ὄρθρου μὴ καταλαβὼν τὴν ἀκτῖνα. Ἤκουε γὰρ ὅτι κεκολόβωται αὐτῷ ἡ ζωὴ ψήφῳ Θεοῦ.

A non cogitat de judicante **296** super tremendo tribunali Deo; proximam mortem non animadvertit. En autem osori pauperum diviti insperatus finis decernitur; qui cum vespere de matutino alimento consilia agitaret, auroræ radium non aspexit. Audi enim decreto Dei vitam ejus abruptam.

*Ἄφρον, ταύτῃ τῇ νυκτὶ τὴν ψυχήν σου ἀπαιτοῦσιν ἀπὸ σοῦ· ἃ δὲ ἡτοίμασας, τίνι ἔσται;*

V. 20. *Stulte, hac nocte animam tuam repetunt a te; quæ autem parasti cujus erunt?*

(1 f. 101 b) (1) Τουτέστιν ἐν στιγμῇ καὶ ἐν ὀλίγῳ παντελῶς καὶ συνεσταλμένῳ καιρῷ τὴν ἀπόλαυσιν ἔχων· κονιορτοῦ γὰρ δίκην οἰχήσεται, πεμπόμενος εἰς ἑτέρους, καὶ εἰς οὓς οὐκ ἴσμεν ἔσθ' ὅτε ἢ καὶ τάχα που καὶ εἰς ἐχθρούς. — A f. 175 b, E f. 200 b) Ἀληθὲς οὖν ἄρα ὅτι οὐκ ἐν τῷ περισσεύειν τινὶ ἔσται ἡ ζωὴ αὐτοῦ ἐκ τῶν ὑπαρχόντων αὐτῷ. Τρισμακάριος δὲ καὶ ἐν ἐλπίσι λαμπραῖς, ὁ κατὰ Θεὸν πλουτῶν. Ὁ μὲν γὰρ ταῖς κατὰ γῆν φροντίσι δαπανώμενος, ἐπιζήμιον ἔχει τὸ τέλος, καὶ πένης ἀπελεύσεται πρὸς Θεόν· ὁ δὲ μεριμνῶν τὰ τοῦ Κυρίου, πλουτήσει μὲν ἐν ἔργοις ἀγαθοῖς, ἕξει δὲ θησαυρὸν ἄσυλον ἐν τοῖς οὐρανοῖς.

B Hoc est, uno momento, brevi prorsus contractoque tempore his bonis fruitus, quæ feni instar dilabentur, ad alios transmissa, et quidem fortasse ad ignotos vel etiam ad inimicos.—Vere itaque dictum est haud in bonorum abundantia vitam hominis consistere. Beatissimus contra est, splendidaque in spe versatur, qui secundum Deum dives est. Nam qui terrenis curis atteritur, is amarum finem nanciscitur, et pauper ad Deum ibit. Secus vero, qui quæ Dei sunt curat, bonis operibus ditescet, tutumque in cœlis thesaurum possidebit.

*Μὴ μεριμνᾶτε τῇ ψυχῇ ὑμῶν τί φάγητε*, κ. τ. λ.

V. 22. *Nolite solliciti esse animæ vestræ quid manducetis*, etc.

(A f. 176, B f. 123 b) Τέθειται μὲν δὴ τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ ὁ διὰ Μωϋσέως νόμος, ἀποφέρων εἰς ἕκαστα τῶν πρακτέων, καὶ τὸ τελοῦν εἰς ὄνησιν αὐτοῖς καθιστὰς ἐναργές. Οἱ δὲ θυμηδίας τῆς ἀνωτάτω πρόφασιν ἐποιοῦντο τὸ χρῆμα, λέγοντες· « Μακάριοί ἐσμεν Ἰσραὴλ, ὅτι τὰ ἀρεστὰ Κυρίῳ γνωστὰ ἡμῖν ἐστιν. » Ἐγὼ δὲ φαίην ἄν· Τρισμακάριοί ἐσμεν ἡμεῖς, παρ' αὐτοῦ τοῦ πάντων ἡμῶν Σωτῆρος διδασκόμενοι τὸ ἀγαθὸν αὐτοῦ τὸ σωτήριον θέλημα, ἵνα τὴν εὐαγγελικὴν ζωὴν πολιτευσάμενοι, συμβασιλεύσωμεν αὐτῷ. Ὅρα γὰρ, ὅπως ἡμᾶς μερίμνης ἐξίστησι περιττῆς, οὐχ ἁπλῶς, « μὴ μεριμνᾶτε, » λέγων, προσεπάγων δὲ ὅτι « τῇ ψυχῇ ὑμῶν· » ἀντὶ τοῦ, Μὴ ἐσπουδασμένην ἐν τούτοις δαπανᾶτε φροντίδα, ἀλλὰ τοῖς ὑπερκειμένοις χαρίζεσθε τὰς σπουδάς. Ὑπέρκειται δὲ τροφῆς μὲν ψυχὴ, περιβλημάτων δὲ σῶμα. Καὶ ἄθρει πῶς οὐχ ἁπλῶς τὸ, « μὴ μεριμνᾶτε » τίθησιν, ἀλλὰ καὶ ἐνταῦθα λογισμοὺς ἀνακινεῖ ἐκ τῶν ὑπηργμένων ἡμῖν ἤδη. Ὁ γὰρ τὸ μεῖζον, φησὶ, δοὺς, πῶς τὸ ἔλαττον οὐ δώσει; ὁ τὴν τρεφομένην σάρκα διαπλάσας, πῶς τὴν τροφὴν οὐ παρέξει; Ἀγῶνος τοίνυν προκειμένου τοῦ περὶ ψυχῆς καὶ σώματος, κολάσεώς τε καὶ δίκης ἐπηρτημένης τοῖς οὐκ ἐθέλουσι ζῆν ὀρθῶς, ἐῤῥίφθω φροντὶς ἡ ἐπ' ἀμφίοις καὶ τροφῇ. Ἄλλως τε τοὺς τῆς ἀρετῆς ἐραστὰς, πῶς οὐκ αἰσχρὸν μειρακιωδῶς ἱματίοις ἐφήδεσθαι, καὶ τραπέζαις πολυτελέσιν; Ἕψεται γὰρ τούτοις εὐθὺς καὶ ἡ τῶν ἑτέρων ἐπιθυμιῶν ἀγρία πληθύς· τοῦτο δέ ἐστιν ὄλισθος ἀπὸ Θεοῦ. Χρὴ τοίνυν ἡμᾶς ἐφίεσθαι μᾶλλον τῶν ἀρεσκόν-

C Data fuit Israelitis lex Mosaica, singula officia docens, et quid eis prodesset perspicuum exhibens. Hi autem summi instar gaudii eam rem habebant, dicentes: « Beati sumus Israelitæ, quibus placita Dei sunt explorata [10]. » Ego vero potius dicam: Beatissimi sumus nos, qui ab universali nostro Servatore docti fuimus bonam ipsius salutaremque voluntatem, ut, postquam evangelicam vitam vixerimus, cum eo pariter regnemus. Cerne enim, quomodo nos a supervacua cura avertit, non tantum dicens, « Ne solliciti sitis, » sed addens « animæ vestræ, » pro eo ut dicat, Ne nimiam in his insumite sollicitudinem, sed superioribus rebus studia impendite. Superstat autem alimoniæ anima, vestimento corpus. Et vide quod non simpliciter posuit « ne solliciti sitis, » verum hic etiam ratiocinia **297** ex iis, quas jam possidemus, rebus commovet. Nam qui majus dedit, quomodo minus non concedet? qui carnem altilem formavit, D cur alimoniam non suppeditabit? Ergo certamine proposito de animo et corpore, pœnaque et ultione iis impendente qui recte vivere nolunt, abjiciatur cura vestimentorum atque alimoniæ. Alioqui etiam virtutis amatores quidni sit turpe pueriliter ornatu vestium mensisque sumptuosis oblectari? Namque hæc subsequetur statim aliarum quoque cupiditatum sæva multitudo. Sic autem a Deo excidimus. Oportet itaque magis iis delectari quæ Deo placent: etenim quæ satis sunt et necessaria, ipse largietur.

[10] Baruch iv, 3.

(1) Citatur hoc frágmentum, a τουτέστιν usque ad ἐχθρούς, ex Cyrillo nominatim in Lucam in Vaticana nobili ms. catena ad XII prophetas. Id ego hoc loco colloco, valde tamen ambigens utrum huic potius an alii sedi, puta versiculo 28, vel alii cuivis loco sit assignandum.

Digitized by Google

tantumodo decadas rationalium pecudum numerus extenditur, id est ad centum, terrenus utique grex intelligitur. Jam etsi hic pusillus est natura, numero, ac dignitate, præ innumerabilibus qui desuper sunt spirituum gregibus, Patris tamen bonitas, quæ omni laude major est, exiguo nostro gregi contulit supernorum spirituum sortem, id est cœlorum regnum.

A ὑμῖν, ὅτι χαίρει ἐπ' αὐτῷ μᾶλλον, ἢ ἐπὶ τοῖς ἐνενηκονταεννέα τοῖς μὴ πεπλανημένοις. » Ἆθρει δὴ οὖν ὅπως, ὅταν εἰς δεκάδας δέκα τῶν λογικῶν κτισμάτων ὁ ἀριθμὸς ἐκτείνηται, ὡς ἓν ἐν τοῖς ἑκατὸν τὸ ἐπὶ γῆς ἐστι ποίμνιον· ἀλλ' εἰ καὶ μικρὸν τοῦτο, καὶ φύσει, καὶ ἀριθμῷ, καὶ δόξῃ πρὸς τὰς ἀμετρήτους τῶν ἄνω πνευμάτων ἀγέλας, ἀλλ' ἡ τοῦ Πατρὸς ἀγαθότης, πάντα λόγον ὑπερεκτείνουσα, δέδωκε καὶ αὐτῷ τῶν ὑπερκειμένων πνευμάτων τὸν κλῆρον, τουτέστι τὴν τῶν οὐρανῶν βασιλείαν.

V. 33. *Vendite quæ possidetis, et date eleemosynam.*

Grave fortasse hoc divitibus mandatum est. Ut enim alicubi ipse rursus ait, difficile qui pecuniam habent in cœlorum regnum introibunt [14]. Verumtamen sana mente prædilis non est inutile mandatum. Nimirum sibi spem de futuro conficiunt : quia caduca brevisque est atque contracta præsens vita, longa autem et immensa illa futura. Qui cœlestia congerit, habebit in cœlo regnum, latronum manu non diripiendum, neque tinea corrumpendum ; quandoquidem tutæ sunt cœlestes opes et incorruptæ perseverant. Agesis igitur, omitte ignaviam : temporalibus æterna eme ; da caduca, ut acquiras incolumia ; da terrena, ut cœlestia lucreris ; præbe Deo opes tuas, et invenies multas cum usura repositas. Ipse hoc te docebit etiam beatus David psallens, propheticoque spiritu dicens de bono quolibet viro et misericorde : « Dispersit, dedit pauperibus ; justitia ejus manet in sæculum sæculi [15]. »

*Πωλήσατε τὰ ὑπάρχοντα ὑμῶν, καὶ δότε ἐλεημοσύνην.*

(A f. 180, E f. 201 b) Φορτικὴ μὲν ἴσως τοῖς ἐν πλούτῳ ἡ ἐντολή· ὡς γὰρ αὐτός που πάλιν φησί, δυσκόλως οἱ τὰ χρήματα ἔχοντες εἰσελεύσονται εἰς B τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ. Πλὴν τοῖς ἀρτίφροσιν οὐκ ἀνόνητος ἡ ἐντολή· θησαυρίζουσιν ἑαυτοῖς τὴν εἰς τὸ μέλλον ἐλπίδα· πρόσκαιρος γὰρ ὁ παρὼν βίος καὶ βραχὺς καὶ συνεσταλμένος, ἄπειρος δὲ καὶ μακρὸς ὁ μετὰ ταῦτα. Ὁ ἐν οὐρανοῖς θησαυρίζων, ἕξει τὴν ἐν οὐρανῷ βασιλείαν, μὴ χερσὶ ληστῶν ἁλισκομένην, μὴ ὑπὸ σητὸς διαφθειρομένην· ἐπειδὴ ἄσυλος ὁ οὐράνιος πλοῦτος, καὶ ἀπαθὴς διαμένει. Πρόσιθι τοίνυν μὴ ὀκνηρῶς· κτῆσαι ταῖς προσκαίροις τὰ αἰώνια· δὸς τὰ μὴ μένοντα, καὶ πλούτησον τὰ σωζόμενα· δὸς τὰ ἐπίγεια, καὶ κέρδανον τὰ ἐν οὐρανοῖς· παράθου Θεῷ τὸν σεαυτοῦ πλοῦτον, καὶ εὑρήσεις πολύχρων ταμιευόμενον· αὐτός σε τοῦτο διδάξει καὶ ὁ μακάριος Δαβὶδ ψάλλων τε καὶ λέγων ἐν πνεύματι περὶ C παντὸς ἀγαθοῦ καὶ φιλοικτίρμονος· « Ἐσκόρπισεν, ἔδωκε τοῖς πένησιν· ἡ δικαιοσύνη αὐτοῦ μένει εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος. »

V. 34. *Ubi enim thesaurus vester est, ibi et cor vestrum erit.*

Hoc item vere dicitur. Etenim qui temporalibus student, totam suam in his spem collocant. Qui vero cœlestia quærunt, illuc mentis suæ oculum dirigunt.

*Ὅπου γάρ ἐστιν ὁ θησαυρὸς ὑμῶν, ἐκεῖ καὶ ἡ καρδία ὑμῶν ἔσται.*

(A f. 181) Ἀληθὲς καὶ τοῦτο· οἱ γὰρ φρονοῦντες τὰ πρόσκαιρα, ὅλην ἔχουσιν ἐπ' αὐτοῖς τὴν ἐλπίδα· καὶ οἱ ζητοῦντες τὰ ἐν οὐρανοῖς, ἐκεῖ τὸν τῆς διανοίας πέμπουσιν ὀφθαλμόν.

**301** V. 35. *Sint lumbi vestri præcincti, et lucernæ ardentes in manibus vestris.*

Loquitur cum spiritalibus ; rursusque manifestis ac visibilibus rebus intellectuales denotat : neque enim dicet aliquis, velle Dominum nos habere præcinctos corporis lumbos, atque ardentes lucernas manibus tenere. Sed mentis ad laborem impigritatem, nempe ad laudabile quodvis opus, significat, ut reor, lumborum præcinctura : lucerna autem mentis vigilantiam et intellectualem lætitiam videtur demonstrare, et quod paratos nos esse quotidie oportet ad migrandum ex hac vita, et Domini nutum intentis oculis exspectare. Porro vigilare humanam mentem dicimus, cum dormitare segniter recusat, unde nimirum ad omne vitii genus impelli solet, lumine prope amisso. Vigilare itaque Christus nos jubet. Atque ad hoc ipsum exacuit nos ejusdem discipulus, dicens : « Sobrii estote, vigilate [16]. » Utique et sapientissimus Paulus : « Surge

*Ἔστωσαν ὑμῶν αἱ ὀσφύες περιεζωσμέναι, καὶ οἱ λύχνοι καιόμενοι.*

(A f. 181, B f. 125, D f. 51) Διαλέγεται μὲν ὡς πνευματικοῖς, γράφει δὲ πάλιν διὰ τῶν ἐμφανῶν τε καὶ ὁρατῶν πραγμάτων τὰ νοητά· οὐ γάρ που φαίη τις ἄν, ὅτι τὴν τοῦ σώματος ὀσφὺν διεζωσμένην ἡμᾶς D ἔχειν βούλεται, καὶ καιομένους ἐν χερσὶ τοὺς λύχνους· ἀλλὰ τὸ τῆς διανοίας ἕτοιμον εἰς φιλεργίαν τὴν ἐφ' ἅπασι δηλονότι τοῖς ἐπαινουμένοις, ὑπεμφήνειεν ἂν τὸ διεζῶσθαι τὴν ὀσφύν· ὃ γε μὴν λύχνος, τὴν τοῦ νοῦ γρηγόρησιν καὶ φαιδρότητα νοητὴν ἔοικε παραδηλοῦν, καὶ ὅτι δεῖ παρεσκευασμένους ἐφ' ἡμέραν εἶναι πρὸς τὴν ἐντεῦθεν ἀποδημίαν ἡμᾶς, καὶ τὸ τοῦ Δεσπότου νεῦμα περιμένειν ἑστῶσι τοῖς ὀφθαλμοῖς. Ἐγρηγορέναι δέ φαμεν τὸν ἀνθρώπινον νοῦν, ὅταν ἀποσείηται τὸ ν[ε]υστάζειν ἐπὶ τὸ ῥᾴθυμον, δι' οὗ πρὸς πᾶν εἶδος φαυλότητος καθικνεῖσθαι φιλεῖ, μονονουχὶ σβεννύμενος. Ἐγρηγορέναι δὴ οὖν ἡμᾶς κελεύει Χριστός· καὶ πρός γε τοῦτο ἡμᾶς καταθήγει λέγων

[14] Luc. XVIII, 24. [15] Psal. CXI, 9. [16] I Petr. V, 8.

Digitized by Google

ὁ αὐτοῦ μαθητής· « Νήφετε, γρηγορεῖτε. » Ναὶ μὴν καὶ ὁ πάνσοφος Παῦλος· « Ἔγειραι, ὁ καθεύδων. » Νηφάλεον γὰρ ἔχειν χρὴ καὶ ἐγρηγορότα τὸν νοῦν καὶ τῇ τῆς ἀληθείας γνώσει καταλαμπόμενον· ὡς ἐπ' αὐτῷ δὴ τούτῳ χαίροντα, λέγειν, ὅτι « Σὺ φωτιεῖς λύχνον μου, Κύριε, ὁ Θεός μου, φωτιεῖς τὸ σκότος μου. » —(A f. 181 b) Ἰστέον δὲ ὅτι καὶ διὰ τοῦ πανσόφου Μωϋσέως, τοιοῦτόν τι προστεταχὼς εὑρίσκεται τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ, ὅτε εἰς τύπον Χριστοῦ διακελεύεται σφάττεσθαι τὸν ἀμνὸν, καθὰ μεμαρτύρηκεν ὁ ἱερώτατος Παῦλος, λέγων· « Τὸ γὰρ πάσχα ἡμῶν ἐτύθη Χριστός. » Τοῖς γε μὴν ἐσθίουσι τῶν κρεῶν αὐτοῦ, προσπεφώνηκε λέγων ὁ ἱεροφάντης Μωϋσῆς, μᾶλλον δὲ δι' αὐτοῦ ὁ Θεός· « Ἔστωσαν ὑμῶν αἱ ὀσφύες περιεζωσμέναι, καὶ τὰ ὑποδήματα ἐν τοῖς ποσὶν ὑμῶν, καὶ αἱ βακτηρίαι ἐν ταῖς χερσὶν ὑμῶν. » Χρῆναι γὰρ ἐγωγέ φημι τοὺς ἐν μεθέξει γεγονότας Χριστοῦ, ἑτοίμως ἔχειν εἰς ἔργα χωρεῖν ἅπερ ἂν ἁγίοις πρέπῃ, καὶ ἐν προθυμίᾳ βαδίζειν οἷπερ ἂν ἡμᾶς ὁ θεῖος βούληται νόμος. Ταύτῃ τοι μάλα εἰκότως ὁδοιπορικὸν αὐτοῖς περιτέθεικε σχῆμα. (B f. 125 b) Ὁδοιπορικὸν γὰρ σχῆμα ὅτι μάλιστα πρεπωδέστατον τοῖς τὸ θεῖον κηρύττουσιν Εὐαγγέλιον. Οὕτω καὶ δι' ἑνὸς τῶν προφητῶν φησι πρὸς τοὺς ἐν Βαβυλῶνι αἰχμαλώτους ὁ Θεὸς τὴν ἐπάνοδον προαναφωνῶν, καὶ πρὸς ταύτην εὐτρεπίζεσθαι προτρέπων· « Σκόπευσον ὁδὸν, κράτησον ὀσφύος, ἀνδρισαι τῇ ἰσχύϊ σου σφόδρα. » Ὡς γὰρ αὐτίκα μάλα πρὸς Ἰουδαίαν βαδιουμένους, κρατεῖν ὀσφύος κελεύει· τουτέστιν ἑτοίμως καὶ ἐπιτηδείως ἔχειν πρὸς τοὺς τῆς ὁδοιπορίας πόνους, καὶ παντὸς πόνου κατανδρίζεσθαι ἀμάχῳ τῇ προθυμίᾳ χρωμένους.

A qui dormis [17]. » Oportet enim sobriam nos habere mentem ac vigilem, et veritatis notitia splendidam; ut ob id gaudentes dicere possimus: « Tu illuminas lucernam meam, Domine, Deus meus, tu tenebras meas illuminas [18]. »—Sciendum vero est, sapientissimum quoque Moysen, hujuscemodi aliquid Israelitis præcepisse, cum Christi figuram immolari agnum jussit; quam rem testatur sacratissimus Paulus, dicens: « Pascha enim nostrum immolatus est Christus [19]. » Ergo agni carnes comedentibus denuntiavit hierophanta Moyses, vel potius ore ejus Deus: « Sint renes vestri præcincti, et calceamenta in pedibus vestris, et baculos manibus tenete [20]. » Profecto ego oportere judico eos, qui Christi sunt B participes, prompto animo esse ad ea opera explenda quæ sanctos decent, atque alacriter ea via incedere quam nos terere divina lex jubet. Propterea admodum apte viatorium nobis habitum circumposuit.—Nam viatorius habitus iis convenientissimus est qui divinum prædicant Evangelium. Sic per unum de **302** prophetis ait captivis Babylone Deus, reditum prædicens, atque ad hunc illos comparare semet jubens: « Contemplare viam, conforta lumbos, robora virtutem valde [21]. » Tanquam enim in Judæam statim profecturos, confortare lumbos jubet; id est paratos esse et expeditos ad itineris exantlandas ærumnas, et ad quemlibet laborem invicta animi alacritate semet armare.

(A f. 181 b) Ὅτι δὲ χρὴ παλινδρομήσοντα Χριστὸν ἐξ οὐρανοῦ προσδοκᾷν (καταβήσεται γὰρ ἐν δόξῃ τοῦ Πατρὸς μετὰ τῶν ἁγίων ἀγγέλων), ἐδίδαξεν, εἰπών· « Καὶ ὑμεῖς ὅμοιοι ἀνθρώποις προσδεχομένοις τὸν Κύριον ἑαυτῶν, » κ. τ. λ. Καί μοι πάλιν ἐκεῖνο διανοοῦ· ἀναλύσει γὰρ ὡς ἐκ πανηγύρεως ὁ Χριστός· δι' οὗ διαδείκνυται σαφῶς, ὡς ἔστιν ἀεὶ τὸ Θεῖον ἐν ταῖς αὐτῷ πρεπούσαις ἑορταῖς· ἐκεῖ γὰρ ὅλως τὸ κατηφὲς οὐδαμοῦ· λυπεῖ γὰρ οὐδὲν τὴν ἀκήρατον φύσιν.—(A f. 182) « Ὅταν, φησὶν, ἐλθὼν εὑρῇ καὶ ἐγρηγορότας, καὶ πεφωτισμένην ἔχοντας τὴν καρδίαν, τότε δὴ, τότε μακαρίους ἀποφανεῖ. » Περιζώσεται γὰρ καὶ διακονήσει αὐτοῖς. Δι' οὗπερ ἔνεστι μαθεῖν, ὅτι τοῖς ἴσοις ἡμᾶς ἀνταμείψεται, καὶ οἷον καμόντας ἀνακτήσεται, τρυφὰς ἡμῖν παραθεὶς τὰς πνευματικὰς, καὶ ἀμφιλαφῆ τῶν παρ' ἑαυτοῦ χαρισμάτων ἁπλώσας τράπεζαν.

C Quod autem exspectare debeamus reversurum Christum de cœlo (descendet enim ornatus Patris gloria cum sanctis angelis) docuit nos, dicens: « Et vos similes hominibus exspectantibus Dominum suum, » etc. Atque illud mecum rursus observa: revertetur enim tanquam ex festo die Christus; quibus verbis ostenditur manifeste, semper Deum versari in congruis sibi solemnitatibus. Apud ipsum quippe nihil unquam triste; namque inviolabilem naturam nullus mœror afficit.—« Cum veniens, inquit, invenerit vigilantes, et illuminatum cor gerentes, tunc enimvero beatos efficiet. » Nam præcinctus illis ministrabit. Qua ex re cognoscere licet, fore ut nos pari cura remuneretur, ac veluti laborantes recreet, delicias nobis spirituales apponens, et copiosam donorum suorum exhibens mensam.

*Καὶ ἐὰν ἔλθῃ ἐν τῇ δευτέρᾳ φυλακῇ, κ. τ. λ.*

V. 38. *Et si venerit in secunda vigilia*, etc.

(A f. 182) Ἐνταῦθά μοι βλέπε τὸ τῆς θείας ἡμερότητος πλάτος, καὶ τῆς εἰς ἡμᾶς γαληνότητος τὴν ὑπερβολήν. Οἶδε γὰρ, οἶδε τὸ πλάσμα ἡμῶν, καὶ εὐόλισθον τῆς ἀνθρώπου διανοίας εἰς ἁμαρτίαν. Οἶδεν ὅτι τετυράννευκε καθ' ἡμῶν τῆς φιλοσαρκίας ἡ δύναμις, καὶ ὁ τοῦ παρόντος βίου περισπασμὸς μονονουχὶ καὶ οὐχ ἑκόντας καταβιάζεται, πρὸς πᾶν ὁτιοῦν τῶν ἐκτόπων ἀποφέρων τὸν νοῦν. Ἐπειδὴ δέ ἐστιν ἀγαθὸς, ἀπογινώσκειν οὐκ ἐᾷ, κατοικτείρει δὲ μᾶλ-

Hoc loco animadverte divinæ bonitatis amplitudinem, et erga nos clementiæ exsuperantiam. Novit enim, novit plasma nostrum, et humanæ mentis ad peccandum proclivitatem. Scit carnalis affectus contra nos tyrannidem, et quod hujus mundi violentia nos nolentes propemodum cogit, ad absurdum quodvis mentem abripiens. Quia vero bonus est, desperare non sinit, miseretur potius, et salutis medelam concessit nobis pœnitentiam. Idcirco ait:

[17] Ephes. v, 14. [18] Psal. xvii, 29. [19] I Cor. v, 7. [20] Exod. xii, 11. [21] Nahum ii, 1.



Digitized by Google

« Et si in secunda vigilia venerit, vel etiam in tertia, atque ita agentes invenerit, beati erunt illi. » Profecto tu cognoscere perspicue voles, quid hoc rei sit. Dividunt **303** itaque noctem nonnulli in tres vigilias vel etiam in quatuor. Nam qui in urbium mœnibus collocati, hostium incursiones observant, postquam tribus vel quatuor horis vigilaverint, tradunt vicissim aliis vigilem custodiam. Tres porro sunt nobis ætates : prima, qua sumus pueri impuberes ; secunda, qua juvenes ; tertia, qua seniores. Sed a prima quidem (1), qua pueri sumus, pœnas Deus non exquirit, sed eam venia dignatur. Secunda vero ac tertia debet Deo obedientiam, vitæque sanctitatem, prout ei placitum est. Itaque si quis deprehensus fuerit in vigilia, ac veluti in promptu, juvenili adhuc ætate, vel si etiam senili, beatus erit : promissa enim a Christo præmia consequetur. — Quod autem non vigilare, damnosum sit, demonstrat egregie prædicto exemplo. Namque ut ait illius discipulus, « Adveniet dies Domini ut fur, in quo cœli magno impetu transibunt, et calefacta elementa solventur, terra autem et quæ in ipsa sunt opera, exurentur omnia : novos autem cœlos novamque terram, secundum promissa ipsius, exspectamus [25]. » His addit : « Cum igitur hæc omnia dissolvenda sint, quantopere nos oportet deprehendi sanctos et immaculatos coram ipso [26] ? » Prorsus enim nemo scit finiendi mundi tempus.

λον, καὶ σωτηρίας φάρμακον ἔδωκεν ἡμῖν τὴν μετάγνωσιν. Διὰ τοῦτό φησι· « Κἂν ἐν τῇ δευτέρᾳ, κἂν ἐν τῇ τρίτῃ φυλακῇ ἔλθῃ, καὶ εὕρῃ οὕτως ποιοῦντας, μακάριοί εἰσιν ἐκεῖνοι. » Ἐθελήσεις δὲ πάντως εἰδέναι σαφῶς, τί δὴ τοῦτό ἐστι. Μερίζουσι τοίνυν τὴν νύκτα τινὲς εἰς τρεῖς ἢ εἰς (D f. 51) τέσσαρας φυλακάς· οἱ γὰρ τοῖς τείχεσι τῶν πόλεων ἐγκαθήμενοι, καὶ τὰς τῶν πολεμίων τηροῦντες ἐφόδους, τρεῖς ἢ τέσσαρας ὥρας διαγρηγορήσαντες, παραπέμπουσιν εἰς ἑτέρους τὴν φυλακὴν καὶ ἐγρήγορσιν. Τρεῖς τοίνυν εἰσὶ καὶ παρ' ἡμῖν ἡλικίαι· πρώτη μὲν καθ' ἣν ἐσμεν ἔτι παῖδες ἄνηβοι, δευτέρα δὲ καθ' ἣν νεανίαι, καὶ τρίτη καθ' ἣν πρεσβύται. Ἀλλ' ἡ μὲν πρώτη, καθ' ἣν ἔτι παῖδές ἐσμεν, οὐκ εὐθύνεται παρὰ Θεοῦ, ἀξιοῦται δὲ συγγνώμης· ἥ γε μὴν δευτέρα καὶ ἡ τρίτη ὀφείλει τῷ Θεῷ τὴν ὑπακοὴν, καὶ τὸ διαζῆν ὁσίως, κατὰ τὸ αὐτῷ δοκοῦν· οὐκοῦν κἂν εἴ τις καταληφθείη τυχὼν ἐν ἐγρηγόρσει, καὶ οἷον ἐν εὐζωνότητι νέος ὢν ἔτι, κἂν εἴτουν τὴν πρεσβυτικὴν ἔχων ἡλικίαν, μακάριος ἔσται· τεύξεται γὰρ τῶν ἐπηγγελμένων παρὰ Χριστοῦ. — (A f. 182 b) Ὅτι δὲ τὸ μὴ ἐγρηγορέναι ἐπιζήμιον, εὖ μάλα παραδείκνυσι διὰ τοῦδε τοῦ παραδείγματος· ὡς γὰρ ὁ αὐτοῦ φησι μαθητής· « Ἥξει ἡ ἡμέρα Κυρίου, ὡς κλέπτης· ἐν ᾗ οὐρανοὶ μὲν ῥοιζηδὸν παρελεύσονται, στοιχεῖα δὲ καυσόμενα λυθήσεται· γῆ δὲ καὶ τὰ ἐν αὐτῇ κατακαήσεται πάντα· καινοὺς δὲ οὐρανοὺς καὶ καινὴν γῆν, κατὰ τὰ ἐπαγγέλματα αὐτοῦ προσδοκῶμεν. » Προσεπάγει δὲ τούτοις· « Τούτων δὲ πάντων λυομένων, ποταποὺς δεῖ εὑρεθῆναι ἡμᾶς [ita cod. non ὑμᾶς] ἁγίους καὶ ἀμώμους κατενώπιον αὐτοῦ ; » Οἶδε γὰρ ὅλως οὐδεὶς τὸν τῆς συντελείας καιρόν.

V. 41. *Ait autem ei Petrus : Domine, ad nos dicis hanc parabolam, an etiam ad omnes ?*

Interrogat Petrus num ad omnes dixerit lucernarum parabolam. Num, inquit, generalis est lex, parique mensura ad cunctos pertinet, an ad eos solos qui præ cæteris sunt electi ? Jam vero quidnam sapientissimum perturbavit discipulum ? vel quid eum impulit ut id vellet a Christo rescire ? Ergo illud in primis dicemus. Præceptorum alia quidem honore apostolatus præditos spectant ; alia vero illos qui in inferiore ordine sunt. Quod ita revera se habere, cognoscere, ut dixi, possumus scribente **304** Apostolo : « Lac vobis potum dedi, non escam : nondum enim poteratis, sed ne nunc quidem potestis [27]. » Perfectorum quidem est solidus cibus, illorum scilicet qui sensus habent exercitos ad boni malique discretionem. Namque iis qui corroboratum habent animum, merito conveniunt magna et peculiaria de sublimibus rebus mandata : secus vero iis, qui nondum hoc spiritale robur sunt adepti, congruunt illa quæ omni asperitate carent. Reputans itaque beatus Petrus dictorum a Christo vim, recte interrogat.

*Κύριε, πρὸς ἡμᾶς τὴν παραβολὴν ταύτην λέγεις, ἢ καὶ πρὸς πάντας ;*

(A f. 183) Ἐρωτᾷ Πέτρος εἰ πρὸς πάντας εἶπεν ὁ Κύριος τὴν περὶ τῶν λύχνων παραβολήν. Ἆρα, φησὶ, γενικὸς ὁ νόμος, καὶ ἐν ἴσῳ μέτρῳ κατὰ πάντων ἔρχεται, ἢ μόνοις ἂν πρέποι τοῖς τῶν ἄλλων ἐξηρημένοις ; Εἶτα, τί τὸ θορυβῆσάν ἐστι τὸν σοφώτατον μαθητήν ; ἢ τί παρεκίνησεν εἰς τὸ θελῆσαι μαθεῖν τὰ τοιάδε παρὰ Χριστοῦ ; Οὐκοῦν ἐκεῖνο καὶ πρό γε τῶν ἄλλων ἐροῦμεν· τῶν ἐντολῶν αἱ μὲν ἀποστολικοῖς πρέπουσιν ἀξιώμασιν· αἱ δὲ τοῖς τὴν μείω [cod. μείζω] τάξιν ἐπέχουσι. Καὶ τοῦτο ἔστιν ἰδεῖν ἀληθὲς ὃν καὶ οὕτως ἔχον, ὡς ἔφην, γεγραφότος τισὶ τοῦ μακαρίου Παύλου· « Γάλα ὑμᾶς ἐπότισα, οὐ βρῶμα, οὔπω γὰρ ἐδύνασθε, ἀλλ' οὐδὲ νῦν ἔτι δύνασθε. » Τελείων γάρ ἐστιν ἡ στερεὰ τροφὴ, τῶν διὰ τὴν ἕξιν ἐχόντων τὰ αἰσθητήρια γεγυμασμένα πρὸς διάκρισιν καλοῦ τε καὶ κακοῦ· τοῖς γὰρ τὴν διάνοιαν ἐχουσιν εὐσθενῆ, πρέποι ἂν εἰκότως τὰ μεγάλα καὶ ἐξαίρετα τῶν ἁγιοπρεπῶν ἐνταλμάτων· τοῖς δὲ οὕπω πρὸς τοῦτο ἑλληλακόσιν ἰσχύος πνευματικῆς, τὰ δυσχερείας ἀπάσης ἀπηλλαγμένα. Ἐνοήσας τοίνυν ὁ μακάριος Πέτρος τῶν εἰρημένων παρὰ Χριστοῦ τὴν δύναμιν, εἰκότως διαπυνθάνεται.

(A f. 183, D f. 51 b) Τί οὖν πρὸς ταῦτα Χριστός,

Quid ergo ad hæc Christus ? Perspicue evidenti-

[25] II Petr. III, 10. [26] ibid. 11. [27] I Cor. III, 2.

(1) Paulo plenius ab initio est fragmentum apud D. Thomam in catena. « Cyrillus. De prima tamen vigilia mentionem non facit, quia pueritia non punitur a Deo, » etc.

Digitized by Google

Σαφεῖ καὶ ἐναργεστάτῳ παραδείγματι κέχρηται, πρέπουσαν ἀποφαίνων τὴν ἐντολὴν τοῖς ὅτι μάλιστα διαφανεστέροις, καὶ μυσταγωγῶν ἐν τάξει παρειλημμένοις. Ὑποκείσθω, φησὶν, ἄνθρωπος οἰκοδεσπότης, ὃς στείλασθαι μέλλων ἀποδημίαν, ἐνὶ τῶν γνησίων οἰκετῶν ἐνεχείρισε τοῦ παντὸς οἴκου τὴν οἰκονομίαν, ὥστε διδόναι τῇ θεραπείᾳ αὐτοῦ, τουτέστι τοῖς θεράπουσιν, ἐν καιρῷ τὸ σιτομέτριον. Ὅταν τοίνυν, φησὶν, ὑπονοστήσας ἐκεῖνος, καὶ οἶκοι πάλιν ἐλθὼν, οὕτως εὕροι ποιοῦντα, καθὼς καὶ διέταξεν, ὁ δοῦλος ἐκεῖνος ἔσται τρισμακάριος· καταστήσει γὰρ αὐτὸν ἐπὶ πᾶσι τοῖς ὑπάρχουσιν αὐτοῦ. — (A f. 183, D f. 51 b) Ὁ μὲν οὖν πιστὸς δοῦλος καὶ φρόνιμος, ἐν καιρῷ καὶ χρείᾳ διανέμων ἐπιστημόνως τοῖς δούλοις τὸ σιτομέτριον, ἤτοι τε πνευματικὰς τροφὰς, μακάριος ἔσται κατὰ τὴν τοῦ Σωτῆρος φωνήν· τεύξεται γὰρ τῶν ἔτι μειζόνων, καὶ τὰς τοῖς γνησίοις πρεπούσας ἀμοιβὰς ἀπολήψεται· εἰ δὲ δή γένοιτό τις καταφρονητὴς καὶ ῥάθυμος, ταῖς κατὰ τῶν ὁμοδούλων πλεονεξίαις ἐντρυφῶν, ἐσθίων τε καὶ πίνων, καὶ εἰς ἐκλύτους ἐξιτηλίας ἀπενηνεγμένος, διχοτομηθήσεται· τουτέστι τὴν ἐσχάτην ὑποστήσεται δίκην, ἐπιφοιτήσαντος αὐτῷ τοῦ Δεσπότου ἀδοκήτως.

A que exemplo utitur, ut demonstret mandatum id congruere potissimum dignioribus, et in magistrorum ordine constitutis. Proponamus, inquit, hominem patremfamilias, qui peregre abiturus fideli uni famulo universæ domus œconomiam committat, ut familiæ suæ, id est famulis, tempore idoneo tritici demensum det. Cum itaque, ait, reversus ille et in domum suam denuo regressus, ita agentem reperit uti præceperat, tunc servus ille fiet beatissimus; etenim ipsum super omnia bona sua constituet. —Ergo fidelis servus et prudens, qui pro tempore et usu scite conservis tritici mensuram, seu spiritales escas, distribuit, beatus erit juxta Servatoris effatum: majora enim consequetur, et digna fidelibus præmia recipiet. Secus vero, si quis fuerit ignavus B et officii negligens, et adversus conservos injurius ac præpotens, comedens bibensque, et luxuriosis dissipationibus deditus, hic, inquam, dividetur, id est extremas pœnas dabit, cum insperato Dominus ei supervenerit.

(A f. 183 b) Ἡ μὲν οὖν ἁπλῆ καὶ πρόχειρος τῶν εἰρημένων δύναμις, τοιαύτη τίς ἐστι. Μάθωμεν δὲ ἀκριβῶς, τί τὸ ἐντεῦθεν ὑποδηλούμενόν ἐστι. Κεχειροτόνηκεν ὁ Σωτὴρ οἰκονόμους, ὥσπερ τῶν ἰδίων οἰκετῶν, τουτέστι τῶν διὰ πίστεως κεκλημένων εἰς ἐπίγνωσιν τῆς δόξης αὐτοῦ, πιστοὺς ἄνδρας καὶ συνετωτάτους, καὶ τῶν ἱερῶν δογμάτων ἐπιστήμονας, ἐπὶ τῷ διδόναι τοῖς συνδούλοις αὐτῶν τὸ σιτομέτριον· C καὶ οὐχ ἁπλῶς καὶ ἀκατασκέπτως, ἐν καιρῷ δὲ μᾶλλον τῷ δέοντι, τουτέστι τὴν ἀρκοῦσάν τε καὶ πρέπουσαν ἑκάστῳ τροφὴν, δῆλον ὅτι πνευματικήν. Ἁρμόσειε γὰρ ἂν οὐχ ἅπασιν ἁπλῶς τοῖς εἰς Χριστὸν πιστεύσασιν, ὁ περὶ τούτων λόγος. Γέγραπται γοῦν· « Γνωστῶς ἐπιγνώσῃ ψυχὰς ποιμνίου σου. » Ἕτερος μὲν γὰρ τὸν ἔτι κατηχούμενον ταῖς τῆς ἀληθείας ἐμβιβάζομεν τρίβοις, ἁπλῷ καὶ οὐδὲν ἔχοντι βαθὺ χρώμενοι λόγῳ· ἕτερος δὲ πάλιν τοὺς ἀδροτέρους τὸν νοῦν, καὶ συνιέναι δυναμένους τῆς θεολογίας τὸ ὕψος. Ὁ τοίνυν εἰς δέον οἷς ἔλαβε χρησάμενος, ἐπὶ πᾶσι τοῖς ὑπάρχουσι τοῦ Δεσπότου καταστήσεται. Καὶ τοῦτο ἡμᾶς αὐτὸς ὁ Σωτὴρ ἐδίδαξεν, ἑτέρωθί που τὸν σπουδαῖον καὶ γνήσιον οἰκέτην ἐπαινῶν τε καὶ λέγων· « Ἐπὶ ὀλίγα ἦς πιστὸς, ἐπὶ πολλῶν σε καταστήσω· εἴσελθε εἰς τὴν χαρὰν τοῦ Κυρίου σου. » Ἐὰν δὲ, φησὶ, τὸ σπουδαῖος καὶ γνήσιος εἶναι μεθεὶς, μερίμναις κοσμικαῖς τὸν οἰκεῖον μεθύσκηται νοῦν, καὶ ἀποφέρηται πρὸς ἃ μὴ θέμις, βιαζόμενος καὶ πλεονεκτῶν τοὺς ὑπεζευγμένους, καὶ μὴ διδοὺς αὐτοῖς τὸ σιτομέτριον, ἐν παντὶ γενήσεται κακῷ· ἔσται δὲ, φησὶ, καὶ ὁ κλῆρος αὐτοῦ μετὰ τῶν ἀπίστων. Ὁ γὰρ ὅλως ἐπιβουλεύσας τῇ δόξῃ Χριστοῦ, καὶ τῶν ἐγχειρισμένων αὐτῷ ποιμνίων ἀλογῆσαι τολμήσας, κατ' οὐδένα τρόπον διοίσει τῶν οὐκ εἰδότων αὐτόν. Καὶ γοῦν ἔφη ποτὲ Χριστὸς πρὸς τὸν μακάριον Πέτρον· « Σίμων Ἰωνᾶ, φιλεῖς με; πολ-

Igitur simplex et obvia dictorum sententia hæc est. Sed jam accurate discamus quid inde significetur. Constituit Servator super servos suos, id est super eos, qui per fidem ad gloriæ suæ cognitionem sunt vocati, constituit, inquam, quosdam veluti **305** œconomos, viros fideles et prudentissimos, sacrorum dogmatum peritos, ut ipsi conservis suis tritici demensum tribuant; neque vero id temere aut inconsiderate, sed idoneo potius tempore, id est sufficientem et congruam unicuique escam, spiritalem videlicet. Non enim cunctis indifferenter congruit in Christum credentibus sacra doctrina. Quare scriptum est: « Gregis tui animas scite scias[25]. » Aliter enim eum, qui adhuc est catechumenus, in veritatis via constituimus, simplici utentes nihilque reconditum habente sermone: aliter autem eos qui firmiore mente sunt, et theologiæ sublimitatem comprehendere queunt. Qui ergo commisso munere prout oportet functus fuerit, super omnia Domini bona constituetur. Idque nos docuit ipse Servator alio loco sedulum fidelemque famulum his verbis laudans: « In paucis fuisti fidelis, super D multa te constituam, intra in gaudium Domini tui[26]. » Secus vero si, diligentia ac fidelitate neglecta, curis mundanis mentem suam inebriaverit, atque ad illicita eruperit, subditis suis violenter ac tyrannice abutens, neque ils demensum debitum tribuens, nihil mali non experietur; ponetur autem, inquit, portio ejus cum infidelibus. Qui enim Christi gloriæ prorsus nocuerit, et commissos sibi greges pessum ire negligenter siverit, nullatenus differet ab iis qui Christum ignorant. Quamobrem aiebat aliquando beato Petro Christus: « Simon Jonæ, diligis me? pasce oves meas, pasce agnos meos[27]. » Jam si qui pascit, diligit; sequitur ut ille omnino

[25] Prov. xxvii, 23. [26] Matth. xxv, 21. [27] Joan. xxi, 15.

Digitized by Google

oderit, qui id officium pensi non habet. Quod si odit, jam punietur et infidelium sententiam perferet; quod illi accidit, qui talento accepto ut solerter negotiaretur, mox opere neglecto, pecuniam minime multiplicatam reportavit. Secus autem ii qui quinque talenta vel etiam plura acceperant, labore industriaque usi, maximis dignitatibus ac splendidissimis donati fuerunt. Dictum est enim uni: Decem civitatibus præeris; alii dictum **306** quinque [30]. Verum ille contumeliosus otiosusque famulus extremas dedit pœnas. Perniciosa igitur omnino in magisterii sacri negotio ignavia est. Unde scribebat quibusdam beatus Petrus: « Pascite qui in vobis est gregem Dei, ut cum apparuerit princeps pastorum, mercedem reportetis [29]. » Denique Paulus sciens januam perditionis esse socordiam, aiebat: « Væ mihi est, si non evangelizavero [30]. »

Age vero quod torpentibus in sacri magisterii officio amara et acerba et inevitabilis pœna imminent, statim demonstrat Servator, prioribus deinceps duo subjungens exempla (1). Ait enim: « Ille autem servus, qui cognovit voluntatem domini sui, et non præparavit, nec fecit secundum voluntatem ejus, vapulabit multis. Qui autem non cognovit, et fecit digna plagis, vapulabit paucis. » — Quamobrem, dicet fortasse aliquis? Quomodo ab ignaro ratio exquiritur? Nempe, quia scire noluit, cum discere posset. Jam si qui ignoravit, haud omnino iram fugiet, quia cum deberet cognoscere, neglexit discere; quæ causa est, cur non debeat multas perpeti plagas qui scivit, et neglexit? Erit itaque gravius de magistris judicium. Atque hoc docet his verbis discipulus Christi: « Nolite plures magistri fieri, fratres mei, scientes quod majus judicium sustinebimus [31]. » Dives enim spiritalium munerum fit largitio rectoribus populorum. Nam sic sapientissimus quoque Paulus Timotheo scribit: « Dabit tibi Dominus in omnibus intellectum [32]. » Et: « Noli negligere, quæ in te est, gratiam datam tibi per impositionem manuum mearum [33]. » Atqui his cum multa Servator dederit, multa exquirit ab ipsis. Quænam vero hæc sunt? In fide firmitas, in magisterio sinceritas, in spe constantia, **307** in patientia immobilitas, in spiritali vigore tenacitas, in omni egregio facinore alacritas et fortitudo, ut et cæteris angelicæ vitæ exemplar simus.

V. 49. *Ignem veni mittere in terram; et quid volo si jam accensus est?*

Hoc igne incensus aiebat Cleophas: « Nonne cor

μαινε τὰ πρόβατά μου, βόσκε τὰ ἀρνία μου. » Εἰ δὲ ὁ ποιμαίνων φιλεῖ, μισεῖ που πάντως ὁ τούτου καταφρονῶν. Εἰ δὲ μισεῖ, καὶ κολάζεται, καὶ τῇ τῶν ἀπίστων ὑποφέρεται δίκῃ· ὁποῖός τις ἦν ὁ τὸ τάλαντον λαβών, ἵνα ἐμπορεύσηται νοητῶς, εἶτα τοῦτο μὲν οὐ πεπραχὼς, προκομίσας δὲ μᾶλλον ἀπολυπλασίαστον τὸ δοθέν. Ἀλλ' οἵ γε τὰ πέντε λαβόντες ἢ καὶ ἔτι πλείονα, καμόντες τε καὶ φιλεργήσαντες, ἀξιώμασι τετίμηνται τοῖς περιφανεστάτοις. Ἤκουσε γὰρ ὁ μέν τις· Ἔσο ἐπάνω δέκα πόλεων· ὁ δὲ πέντε. Ὁ δὲ ὑβριστὴς (2) τε καὶ ὀκνηρὸς οἰκέτης, τὴν ἐσχάτην ὑπέμεινε δίκην· ἐπισφαλὲς οὖν παντὸς τὸ ῥᾴθυμον, εἰς μυσταγωγίαν· ὅθεν γράφει μέν τισιν ὁ μακάριος Πέτρος· ὅτι « Ποιμαίνετε τὸ ἐν ὑμῖν ποίμνιον τοῦ Θεοῦ, ἵν' ὀφθέντος τοῦ πάντων ἀρχιποίμενος, κομίσησθε τὸν μισθόν. » Εἰδὼς δὲ τὸ ῥᾴθυμον ὀλέθρου πύλην, ἔφη Παῦλος· « Οὐαί μοί ἐστιν, ἐὰν μὴ εὐαγγελίζωμαι. »

(A f. 184) Ὅτι δὲ τοῖς ὀκνοῦσιν εἰς μυσταγωγίαν πικρά τε καὶ ὀδυνηρὰ καὶ δυσδιάφευκτος ἐπικρέμαται κόλασις, διαδείκνυσιν εὐθὺς ὁ Σωτὴρ, τοῖς πρώτοις ἐπενεγκὼν δύο ἐφεξῆς παραδείγματα. Ἔφη γάρ· « Ἐκεῖνος δὲ ὁ δοῦλος, ὁ γνοὺς τὸ θέλημα τοῦ κυρίου ἑαυτοῦ, καὶ μὴ ἑτοιμάσας, μηδὲ ποιήσας πρὸς τὸ θέλημα αὐτοῦ, δαρήσεται πολλάς· ὁ δὲ μὴ γνούς, ποιήσας δὲ ἄξια πληγῶν, δαρήσεται ὀλίγας. »—(A f. 184 b) Διὰ ποίαν αἰτίαν· καίτοι φαίη τίς ἄν; Πῶς ὁ μὴ γνούς, ὑπέχει λόγον; Ὅτι μὴ ἠθέλησεν εἰδέναι, καίτοι μαθεῖν ἐξόν (3). Εἰ δὲ ὁ μὴ γνούς, ὅλως οὐκ ἄμοιρος ὀργῆς, ὅτι δέον εἰδέναι, κατημέλησε τοῦ μαθεῖν, ποῖος ἀπαλλάξει λόγος, τοῦ χρῆναι πολλὰς ὑπομεῖναι πληγὰς τὸν εἰδότα καὶ ῥᾳθυμήσαντα; — Φορτικώτερον οὖν ἄρα τῶν διδασκόντων τὸ κρῖμα· καὶ τοῦτο διδάσκει λέγων ὁ Χριστοῦ μαθητής· « Μὴ πολλοὶ διδάσκαλοι γίνεσθε, ἀδελφοί μου, εἰδότες ὅτι μεῖζον κρῖμα ληψόμεθα. » Πλουσία γὰρ τῶν πνευματικῶν χαρισμάτων ἡ δόσις, παρά γε τοῖς τῶν λαῶν ἡγουμένοις· οὕτω γάρ που καὶ ὁ σοφώτατος Παῦλος Τιμοθέῳ γράφει· « Δώσει σοι ὁ Κύριος σύνεσιν ἐν πᾶσι. » Καί· « Μὴ ἀμέλει τοῦ ἐν σοὶ χαρίσματος, ὃ ἐδόθη σοι δι' ἐπιθέσεως τῶν χειρῶν μου. » Τοῖς δὲ τοιούτοις ὡς πολλὰ διδοὺς ὁ Σωτὴρ, πολλὰ ζητεῖ παρ' αὐτῶν. Καὶ ποῖα ταῦτά ἐστι; Τὸ ἀκραιφνὲς ἐν πίστει, τὸ ἀπλανὲς εἰς μυσταγωγίαν, τὸ βεβηκὸς ἐν ἐλπίδι, τὸ ἀκατάσειστον ἐν ὑπομονῇ, τὸ ἄθραυστον ἐν ἰσχύι τῇ πνευματικῇ, τὸ εἰς πᾶν ὁτιοῦν τῶν ἀρίστων ἀνδραγαθημάτων πρόθυμόν τε καὶ εὐσθενὲς, ὡς καὶ ἑτέροις ὑποτύπωσιν εἶναι πολιτείας ἀγγελικῆς.

*Πῦρ ἦλθον βαλεῖν εἰς τὴν γῆν, καὶ τί θέλω εἰ ἤδη ἀνήφθη;*

(A f. 185 b) Τοῦτο τὸ πῦρ ἔχοντες οἱ περὶ Κλεό-

[29] Luc. XIX, 17-19. [30] I Petr. V, 2. [31] I Cor. IX, 16. [32] Jac. III, 1. [33] II Timoth. II, 7. [33] II Timoth. I, 6.

(1) Apud D. Thomam in catena. « CYRILLUS. Homo enim perspicax, qui turpioribus suam voluntatem inclinavit, impudenter misericordiam implorabit, quia inexcusabile peccatum commisit, quasi propter malitiam recedens a Domini voluntate: sed homo rusticanus rationabilius implorabit veniam vindicantis; unde subditur: *Qui autem non cognovit*, » etc.

(2) Dicit contumeliosum servum propter dicta ab eo Luc. XIX, 21.

(3) Hanc appellant ignorantiam crassam theologi morales.

Digitized by Google

παν ἔλεγον· « Οὐχὶ ἡ καρδία ἡμῶν καιομένη ἦν ἐν ἡμῖν ἐν τῇ ὁδῷ, ὡς διήνοιγεν ἡμῖν τὰς Γραφάς; » Πῦρ τοῦτο σωτήριον καὶ ἐπωφελὲς, δι' οὗ πάντες οἱ ἐπὶ τῆς γῆς ἀπεψυγμένοι τρόπον τινὰ καὶ νενεκρωμένοι διά τε τὴν ἁμαρτίαν, καὶ τὸ μὴ εἰδέναι τὸν φύσει καὶ ἀληθῶς ὄντα Θεὸν, ἀναζωπυρούμεθα πρὸς τὴν κατ' εὐσέβειαν ζωὴν, καὶ τῷ πνεύματι ζέοντες ἀποτελούμεθα κατὰ τὴν τοῦ μακαρίου Παύλου φωνήν. Κερδαίνομεν δὲ πρὸς τούτῳ, καὶ τὴν τοῦ ἁγίου Πνεύματος μέθεξιν, πυρὸς δίκην ὄντος ἐν ἡμῖν· βεβαπτίσμεθα γὰρ ἐν πυρὶ ἁγίῳ Πνεύματι. Ἔθος δὲ τῇ θείᾳ Γραφῇ πῦρ ὀνομάζειν ἔσθ' ὅτε τοὺς θείους τε καὶ ἱεροὺς λόγους, καὶ τὴν διὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐνέργειάν τε καὶ δύναμιν. Ἔφη μὲν γάρ τις τῶν ἁγίων προφητῶν, ὡς ἐκ προσώπου τοῦ Θεοῦ περὶ τοῦ πάντων ἡμῶν Σωτῆρος Χριστοῦ· « Ὅτι ἐξαίφνης ἥξει εἰς τὸν ναὸν αὐτοῦ Κύριος, ὃν ὑμεῖς ζητεῖτε, καὶ ὁ ἄγγελος τῆς Διαθήκης, ὃν ὑμεῖς θέλετε. Ἰδοὺ ἔρχεται, λέγει Κύριος, καὶ τίς ὑπομενεῖ ἡμέραν εἰσόδου αὐτοῦ; ἢ τίς ὑποστήσεται ὀπτασίαν αὐτοῦ; Ἰδοὺ αὐτὸς ἐκπορεύεται, ὡς πῦρ χωνευτηρίου, καὶ ὡς πόα πλυνόντων· καὶ καθεδεῖται χωνεύων καὶ καθαρίζων ὡς τὸ ἀργύριον καὶ ὡς τὸ χρυσίον. » Καὶ ναὸν μέν φησιν ἐνθάδε, τὸ ἄχραντον ἀληθῶς καὶ ἅγιον σῶμα, τὸ διὰ τῆς ἁγίας Παρθένου ταχθὲν διὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐν δυνάμει τοῦ Πατρός. Εἴρηται γάρ που πρὸς τὴν ἁγίαν Παρθένον· « Πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σὲ, καὶ δύναμις Ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι. » Ἄγγελον δὲ Διαθήκης αὐτὸν ὀνομάζει τὸν Μονογενῆ, παρὰ τὸ ἀγγέλλειν καὶ διακονεῖν τῇ Πατρὸς εὐδοκίᾳ τῇ εἰς ἡμᾶς γενομένῃ. Καὶ γοῦν ἔφη πρὸς ἡμᾶς, ὅτι « Πάντα ὅσα ἤκουσα παρὰ τοῦ Πατρὸς, ἀπήγγειλα ὑμῖν. » Γράφει δὲ περὶ αὐτοῦ καὶ ὁ προφήτης Ἡσαΐας, ὅτι « Παιδίον ἐγεννήθη ἡμῖν, υἱὸς καὶ ἐδόθη ἡμῖν, οὗ ἡ ἀρχὴ ἐπὶ τοῦ ὤμου αὐτοῦ· καὶ καλεῖται τὸ ὄνομα αὐτοῦ, μεγάλης βουλῆς Ἄγγελος. » Ὥσπερ οὖν οἱ τὸν χρυσόν τε καὶ ἄργυρον ἐκκαθαίρειν εἰδότες, πυρὶ τὸν ἐν αὐτοῖς ἐκτήκουσι ῥύπον, οὕτω καὶ ὁ Σωτὴρ διὰ τῶν εὐαγγελικῶν μαθημάτων, ἐν δυνάμει Πνεύματος, τὸν ἑκάστου σμήχει νοῦν τῶν πιστευσάντων εἰς αὐτόν. Ἔφη δέ που καὶ ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, πρὸς τὸν προφήτην Ἱερεμίαν· « Ἰδοὺ δέδωκα τοὺς λόγους μου εἰς τὸ στόμα σου πῦρ, καὶ τὸν λαὸν τοῦτον, ξύλα. » Καὶ πάλιν « Οὐχ οἱ λόγοι μου ὥσπερ πῦρ, λέγει Κύριος; » Τίς δ' ἂν νοηθείη πρὸς ἡμῶν καὶ ὁ ἄνθραξ ὁ τῶν τοῦ προφήτου Ἡσαΐου χειλέων ἁψάμενος, καὶ καθαρίσας αὐτὸν ἀπὸ πάσης ἁμαρτίας; Τὸ σωτήριον δηλονότι κήρυγμα, καὶ ἡ τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως ὁμολογία, ἣν εἴπερ τις ἐν στόματι λάβοι, πάντη τε καὶ πάντως διακαθαίρεται. Καὶ πιστώσεται λέγων ὁ Παῦλος, ὅτι « Ἐὰν εἴπῃς ἐν τῷ στόματί σου, Κύριος Ἰησοῦς, καὶ πιστεύσῃς ἐν τῇ καρδίᾳ σου, ὡς ὁ Θεὸς αὐτὸν ἤγειρεν ἐκ νεκρῶν, σωθήσῃ. » Πλὴν ἄνθρακι καὶ πυρὶ τὴν τοῦ θείου κηρύγματος δύναμιν ἐοικέναι φαμὲν, οὗ τὴν ἄναψιν ἐπισπεύδει ὁ Κύ-

A nostrum ardens erat intra nos in via, dum nobis aperiret Scripturas [34]? » Ignis hic salutaris est et utilis, per quem nos omnes qui in terra frigidi eramus ac emortui ob peccatum et ob veri naturalisque Dei ignorantiam, denuo suscitamur ad religiosam vitam; spirituque ferventes efficimur juxta beati Pauli dictum [35]; præterea que sancti Spiritus participationem lucramur, ignis instar intra nos habitantis: namque igne baptizati fuimus, sancto Spiritu. Mos vero est divinæ Scripturæ ignis nomine appellandi interdum divinam sacramque doctrinam, et sancti Spiritus vim atque operationem. Dixit enim sanctorum prophetarum unus, tanquam ex Dei persona, de universali nostro Servatore Christo, quod nempe « subito veniet in templum
B suum Dominus, quem vos quæritis, et angelus Testamenti, quem vos vultis. Ecce venit, dicit Dominus; et quis sustinebit diem adventus ejus? aut quis patietur aspectum ejus? En ipse procedit ut ignis conflatorii, et ut herba fullonum; et sedebit conflans mundansque sicut argentum et sicut aurum [36]. » Et templum quidem hic dicit immaculatum sanctumque corpus de sancta Virgine sumptum, sancto operante Spiritu in virtute Patris. Dictum quippe fuit sanctæ Virgini: « Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi [37]. » Angelum vero Testamenti ipsum nominat Unigenitum, quia nuntiat, ministratque Patris bonæ erga nos voluntati. Itaque nobis dicebat: « Omnia quæcunque audivi a Patre meo, nota feci vobis [38]. »
C Scribit de ipso propheta quoque Isaias: « Parvulus natus est nobis, et filius datus est nobis, cujus imperium super humerum 308 ejus: vocaturque nomen ejus magni consilii Angelus [39]. » Sicut ergo ii qui aurum argentumque purgare sciunt, sordes ejus igne consumunt, ita etiam Servator per doctrinas evangelicas, virtute Spiritus, singulorum in ipsum credentium mentem abstergit. Dixit vero aliquando universalis Deus ad Jeremiam: « Ecce dedi sermones meos in os tuum tanquam ignem; et hunc populum, instar lignorum [40]. » Et rursus: « Nonne sermones mei ut ignis, dicit Dominus [41]? » Quidnam porro aliud a nobis existimabitur carbo ille qui prophetæ Isaiæ labia contigit, omnique ipsum peccato mundavit [42]? Nempe salutaris prædicatio, et
D fidei in Christum confessio; quam si quis ore receperit, prorsus omnimodisque purgatur. Rei fidem faciet Paulus dicens: « Quod si dixeris ore tuo, Dominus Jesus, crediderisque corde tuo, a Deo illum de mortuis suscitatum, salvus eris [43]. » Verumtamen carboni et igni divinæ prædicationis vim dicimus similem, cujus incensionem urget Dominus. Jam enim nonnulli ex Israele crediderant, quorum primitiæ fuerant divi discipuli. Semel autem accensus ignis, universum correpturus mundum erat, cum tota susceptæ incarnationis ratio

[34] Luc. xxiv, 32. [35] Rom. xii, 11. [36] Malach. iii, 1-3. [37] Luc. i, 35. [38] Joan. xv, 15. [39] Isa. ix, 6. [40] Jerem. v, 14. [41] Jerem. xxiii, 29. [42] Isa. vi, 6, 7. [43] Rom. x, 9.

Digitized by Google

peracta fuisset. Idque docet his verbis : « Baptismo habeo baptizari, et quomodo coarctor usque dum perficiatur (1) ! »

ὑπ' οὐρανὸν, ἐξενεχθείσης εἰς πέρας τῆς πάσης οἰκονομίας· καὶ τοῦτο διδάσκει λέγων· « Βάπτισμα δὲ ἔχω βαπτισθῆναι, καὶ πῶς συνέχομαι ἕως οὗ τελεσθῇ ; »

V. 51. *Putatis quod pacem terræ daturus venerim ?*

Atqui Christus pax nostra est, ut aiunt Scripturæ : « Ipse duos populos in unum novum hominem copulavit, pacem faciens, ambosque reconcilians in uno corpore Patri [44] : » ipse connexuit infima superioribus. Quomodo ergo dixit : « Non veni pacem dare? » Quid ais, Domine? Ad adducendam pacem non venisti? Attamen nobis factus es pax, medium maceriæ parietem dissolvisti, peccatum quod nos arcebat destruxisti : longinquis æque ac propinquis bonum nuntium **309** attulisti : greges cum gregibus adunasti, Judaicos scilicet cum ethnicorum gregibus : pacificasti per crucem quæ in cœlis sunt et quæ super terram, sicuti scriptum est [45] : factus es nobis conciliator atque mediator, intermedium peccatum auferens, Patri Deo per temetipsum nos conjungens. Quin adeo pacem, tui peculiariter propriam dixisti : « Pacem meam do vobis [46]. » Quomodo ergo non venisti pacem adducere, sed gladium? quibuscum prœlio certabimus? quodnam belli genus erit, et quomodo a nobis fiet? ut inculpatum sit, et tibi placeat, qui pacem tui propriam esse dixisti, eamque nobis dedisti? Ergo solvat Paulus quæstionem dicens : « Si quis frater fornicator, et « cætera, » cum ejusmodi nec cibum sumere [47]. » Puto enim abominandos fornicatores, et pacem cum his damnificam esse reputandam : « Corrumpunt enim bonos mores colloquia prava [48]. » Atque ut ait David, « Cum sancto sanctus eris, et cum perverso, perverteris [49]. »

Vin' et alios cognoscere, quibuscum colere pacem, noxium est? Audi scribentem ex sanctis discipulis unum : « Si quis ad vos venit, et hanc doctrinam non affert, huic ne ave quidem dixeritis [50]. » Quaminam vero doctrinam dicit, nisi omnino illam, quam ii nobis tradiderunt qui ab initio spectatores fuerunt? Lupis pares sunt hæreticorum duces; quomodo autem pacem servabit cum lupo ovis? Sunt vero illi etiam tenebrosi; nam « Deus hujus sæculi excæcavit infidelium mentes [51]. » Nos autem filii lucis sumus; etenim nos illustravit Spiritus gratia. « Quænam autem communio lucis cum tenebris [52] ? » Ergo colamus cum fratribus et fidei sodalibus pacem; cum aliis, habere abnuamus. Constat sane præclaram esse rem pacem; sed haud quævis omnino pax reprehensione caret : imo periculosa sæpe est, et a Dei charitate abalienat. Non

*Δοκεῖτε ὅτι εἰρήνην παρεγερόμην δοῦναι ἐν τῇ γῇ ;*

(A f. 186, B f. 129, C f. 136) Καίτοι Χριστός ἐστιν ἡ εἰρήνη ἡμῶν κατὰ τὰς Γραφάς· « Αὐτὸς συνῆψε τοὺς δύο λαοὺς, εἰς ἕνα καινὸν ἄνθρωπον, ποιῶν εἰρήνην, καὶ ἀποκαταλλάξας ἀμφοτέρους ἐν ἑνὶ σώματι πρὸς τὸν Πατέρα· » αὐτὸς συνῆψε τοῖς ἄνω τὰ κάτω. Πῶς οὖν ἔφη· « Οὐκ ἦλθον εἰρήνην δοῦναι ; » Τί φῄς, ὦ Δέσποτα ; Οὐκ ἦλθες βαλεῖν εἰρήνην; Καίτοι γέγονας ἡμῖν εἰρήνη, κατέλυσας τὸ μεσότοιχον τοῦ φραγμοῦ, ἠφάνισας τὴν διιστῶσαν ἡμᾶς ἁμαρτίαν· εὐηγγελίσω τοῖς μακρὰν καὶ τοῖς ἐγγύς· συνῆψας ἀγέλαις ἀγέλας, ταῖς Ἰουδαίων τὰς ἐξ ἐθνῶν· κατειρήνευσας διὰ τοῦ σταυροῦ τά τε ἐν τοῖς οὐρανοῖς καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, καθὰ γέγραπται· γέγονας ἡμῖν διαλλακτὴς καὶ μεσίτης, καὶ τὴν διὰ μέσου κειμένην ἁμαρτίαν περιελὼν συνῆψας δι' ἑαυτοῦ τῷ Θεῷ καὶ Πατρί. Καὶ τὴν εἰρήνην, ἰδίαν εἶναι ἔφης, εἰπών· « Εἰρήνην τὴν ἐμὴν δίδωμι ὑμῖν. » Πῶς οὖν οὐκ ἦλθες βαλεῖν εἰρήνην, ἀλλὰ μάχαιραν; πρὸς τίνας ἡμῖν ἡ μάχη ; καὶ ὁ τοῦ πολέμου τρόπος, πῶς ἂν γένοιτο παρ' ἡμῶν, ἵνα τὸ ἀνεπίπληκτον [cod. ἐπίπληκτον] ἔχοι, καὶ ἀρέσῃ σοι τῷ τὴν εἰρήνην ἰδίαν εἶναι λέγοντι, καὶ ταύτην ἡμῖν δεδωκότι; Οὐκοῦν λυέτω τὸ ζητούμενον Παῦλος, φήσας· « Εἴ τις ἀδελφὸς πόρνος, « καὶ τὰ ἑξῆς, » τῷ τοιούτῳ μηδὲ συνεσθίειν. » Δεῖ γὰρ, οἶμαι, παραιτεῖσθαι πόρνους, καὶ τὴν πρὸς τούτους εἰρήνην ζημίας ἡγεῖσθαι πρόξενον· « Φθείρουσι γὰρ ἤθη χρηστὰ ὁμιλίαι κακαί. » Καὶ καθά φησι Δαβίδ· « Μετὰ ὁσίου ὁσιωθήσῃ, καὶ μετὰ στρεβλοῦ, διαστρέψεις.

Βούλει καὶ ἑτέρους ἰδεῖν πρὸς οὓς τὸ ἀσπάζεσθαι τὴν εἰρήνην ἐπιζήμιον ; Ἄκουε γράφοντος ἑνὸς τῶν ἁγίων μαθητῶν· « Εἴ τις ἔρχεται πρὸς ὑμᾶς, καὶ ταύτην τὴν διδαχὴν οὐ φέρει, τούτῳ μηδὲ χαίρειν λέγετε. » Διδαχὴν δὲ ποίαν, ἣ πάντως ἐκείνην ἣν παρέδοσαν ἡμῖν οἱ ἀπ' ἀρχῆς αὐτόπται; Λύκοις ἐοίκασι τῶν αἱρέσεων οἱ προεστηκότες· εἶτα πῶς εἰρηνεύσει πρὸς λύκον τὸ πρόβατον; Καὶ σκοτεινοὶ μὲν ἐκεῖνοι· « Ὁ Θεὸς γὰρ, φησὶ, τοῦ αἰῶνος τούτου ἐτύφλωσε τὰ νοήματα τῶν ἀπίστων. » Ἡμεῖς δὲ υἱοὶ φωτός· διηύγασε γὰρ ἡμῖν ἡ διὰ τοῦ Πνεύματος χάρις. « Τίς οὖν κοινωνία φωτὶ πρὸς σκότος; » Οὐκοῦν ἀγαπήσωμεν τὴν πρὸς ἀδελφοὺς καὶ ὁμοπίστους εἰρήνην, παραιτώμεθα δὲ τὴν πρὸς ἐκείνους· δῆλον γὰρ, ὅτι χρῆμα μὲν ἡ εἰρήνη καλόν. Ἀλλ' οὐ πᾶσα πάντως εἰρήνη τὸ ἀκατάψεκτον ἔχει, ἀλλ' ἔστιν ἐπισφαλὴς πολλάκις, καὶ τῆς εἰς Θεὸν ἀγάπης ἀποκο-

[44] Ephes. II, 14. [45] Coloss. I, 20. [46] Joan. XIV, 17. [47] I Cor. V, 11. [48] I Cor. XV, 33. [49] Psal. XVII, 27. [50] II Joan. 10. [51] II Cor. IV, 4. [52] II Cor. VI, 14.

(1) Apud Dn Thomam in catena prosequitur ita Cyrillus. « Nam ante venerabilem crucem, et Christi resurrectionem a mortuis, in sola Judæa fiebat mentio prædicationis et miraculorum ipsius; postquam autem principem vitæ insanientes occiderunt, tunc apostolis præcepit dicens : *Euntes docete,* » etc.

Digitized by Google

μίζουσα· ἀλυσιτελὴς γὰρ ἡ πρὸς τοὺς ἑτερόφρονας εἰρήνη (1), κατά γε τὸ τὰ ἴσα ἐκείνοις φρονεῖν. Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ τῶν ἐπὶ γῆς φίλτρων οἱ πιστοὶ ἀφίστανται, καὶ συγγενεῖς ἀγνοοῦσι, καὶ πατὴρ υἱοῦ φιλίαν ἀπαναίνεται, καὶ υἱὸς πατρὸς τιμὴν ἀγνοεῖ, καὶ μήτηρ θυγατρὸς φίλτρον ἀπώσατο. Δεῖ γὰρ τοῖς ὑγιαίνουσι τὸν νοῦν, ἕπεσθαι τοὺς πεπλανημένους, καὶ οὐκ αὐτοῖς μᾶλλον τοὺς ὀρθὰ φρονεῖν αἱρουμένους. Τοῦτο καὶ ἑτέρως ἡμῖν ἔφη ὁ Χριστός· « Ὁ φιλῶν πατέρα ἢ μητέρα ὑπὲρ ἐμὲ, οὐκ ἔστι μου ἄξιος· καὶ ὁ φιλῶν υἱὸν ἢ θυγατέρα ὑπὲρ ἐμὲ, οὐκ ἔστι μου ἄξιος. » Οὐκοῦν, ὅταν, εὐσεβείας ἕνεκα τῆς εἰς Χριστὸν, ἐπίγειον ἀρνήσῃ πατέρα, τότε πλουτήσεις Πατέρα τὸν ἐν οὐρανοῖς. Κἂν ἀφῇς ἀδελφὸν ἀτιμάζοντα Θεὸν, διὰ τὸ βούλεσθαι λατρεύειν αὐτῷ, παραδέξεταί σε Χριστὸς εἰς ἀδελφόν. Δέδωκε γὰρ ἡμῖν μετὰ τῶν ἄλλων καὶ τοῦτο· « Ἀπαγγελῶ γὰρ, φησὶ, τὸ ὄνομά σου τοῖς ἀδελφοῖς μου. » Γένος εὑρήσεις λαμπρὸν καὶ μέγα, τὴν τῶν ἁγίων πληθύν· ἔσῃ σὺν αὐτοῖς κληρονόμος τῶν παρ' αὐτοῦ χαρισμάτων.

enim prodest cum heterodoxis pax, quatenus pari ac illi sententia esse videamur. **310** Quamobrem a terrenis quoque affectionibus fideles cavent, et cognatos ignorant, et pater filio amorem denegat, vicissimque filius honorem patri non exhibet, et charitatem erga filiam mater respuit. Oportet enim ut mente sanos imitentur ii qui errarunt, non autem ut his illi adhæreant qui recte sentiunt. Alio etiam loco nobis Christus dixit : « Qui amat patrem aut matrem plus quam me, non est me dignus. Et qui amat filium aut filiam plus quam me, non est me dignus [53]. » Igitur cum veræ erga Christum pietatis causa terrenum patrem negabis, tunc Patrem in cœlis adipisceris. Et si fratrem qui Deum non colit dimiseris, recipiet te in fratrem Christus. Namque hanc quoque prærogativam cum cæteris nobis contulit : « Narrabo enim, inquit, nomen tuum fratribus meis [54]. » Cognationem invenies grandem ac splendidam, sanctorum scilicet multitudinem. Fies cum illis charismatum Christi hæres.

*Ὅταν ἴδητε τὴν νεφέλην ἀνατέλλουσαν ἀπὸ δυσμῶν*, κ. τ. λ.

(A f. 187, B f. 129 b, D f. 52 b) Ἐπισημαίνονται τὰ τοιάδε τινὲς, καὶ ὡς ἐκ πολλῆς ἄγαν ἐπιτηρήσεως, προαπαγγέλλουσιν ὑετῶν καταδύσεις, ἢ σκληρῶν ἀνέμων ἐφόδους. Πῶς οὖν, φησὶ, τὰ ἐν οὐρανῷ δοκιμάζοντες, τὰ ἐν γῇ γινόμενα σημεῖα οὐ βλέπετε, οὐδὲ δοκιμάζετε τὸν καιρὸν ἐὰν ἦλθεν ὁ προσδοκώμενος; — (A f. 187) Ἔδει τοίνυν τοὺς τὰ τῶν καιρῶν σημεῖα τεκμαιρομένους, καὶ τοὺς ἐσομένους ἔσθ' ὅτε χειμῶνας προαπαγγέλλοντες, καὶ τοῖς ἀναγκαίοις πράγμασιν ἰσχνὸν ἐπαφεῖναι τῆς διανοίας τὸν ὀφθαλμόν. Καὶ ποῖα ταῦτά ἐστι; Προκατέδειξεν ὁ νόμος τὸ Χριστοῦ μυστήριον, καὶ ὅτι πάντη τε καὶ πάντως ἐν ἐσχάτοις τοῦ αἰῶνος καιροῖς ἐπιλάμψειν ἔμελλε τοῖς ἐπὶ γῆς, καὶ τὴν ὑπὲρ τῆς ἁπάντων σωτηρίας ὑπομεῖναι σφαγήν. Καὶ γοῦν προστέταχε θύεσθαι τὸν ἀμνὸν εἰς τύπον αὐτοῦ, πρὸς ἑσπέραν καὶ ὑπὸ λύχνοις. Ἔμελλε δὲ πάντως τοῖς μὲν εἰς αὐτὸν πιστεύσασιν, ἡ τῆς σωτηρίας ἀνευρύνεσθαι πύλη, καὶ πολλὴ πραγμάτων ὑπάρξειν εὐδία. Καὶ γοῦν ἐν τῷ Ἄσματι τῶν ἀσμάτων τὴν γραφομένην νύμφην, ἥτις καὶ τὸ τῆς Ἐκκλησίας ἐπέχει πρόσωπον, καλῶν εὑρίσκεται Χριστὸς, καὶ λέγων· « Ἀνάστα, ἐλθὲ, ἡ πλησίον μου, καλή μου περιστερὰ, ὅτι ἰδοὺ ὁ χειμὼν παρῆλθεν, ὁ ὑετὸς ἀπῆλθεν, ἐπορεύθη ἑαυτῷ, τὰ ἄνθη ὤφθη ἐν τῇ γῇ, καιρὸς τῆς τομῆς ἔφθασεν. » Οὐκοῦν, ὡς ἔφην, ἐαρινή τις ὥσπερ εὐδία τοῖς πιστεύουσιν εἰς αὐτὸν ἀνίσχειν ἔμελλεν.

V. 54. *Cum videritis nubem orientem ab occasu*, etc.

Hæc observant nonnulli, et tanquam ex diutina observatione prædicunt pluviarum inundationes, aut vehementium ventorum incursiones. Cur ergo, ait, qui cœlestia æstimatis, ea quæ in terris edita signa sunt non cernitis? neque exploratis an hoc tempore ille qui exspectabatur advenerit? — Oportebat itaque eos qui ex temporum signis conjecturam faciebant, et futuras interdum tempestates prædicebant, necessariis quoque rebus acutum intendere mentis oculum. Quænam porro hæ res sunt? Portendit lex sacramentum Christi, et quod hic sine dubio extremis sæculi temporibus terræ incolis appariturus foret, et pro omnium salute necem passurus. Mandavit itaque agnum ceu illius typum immolari sub vesperam et accensis luminibus [55]. Futurum autem erat ut in eum credentibus lata aperiretur salutis janua, et multa rerum felicitas obveniret. Quamobrem illam in Cantico canticorum descriptam sponsam, quæ personam gerit Ecclesiæ, **311** vocari a Christo comperimus et his verbis compellari : « Surge, veni, proxima mea, columba pulchra mea; quia ecce hiems transiit, imber abiit et recessit, flores apparuerunt in terra nostra, tempus putationis advenit [56]. » Ergo, ut dixi, verna veluti serenitas oritura erat credentibus in eum.

Ὅτι δὲ καὶ οἱ μακάριοι προφῆται πολυτρόπως διηγγέλκασι τὸ Χριστοῦ μυστήριον, οὐκ ἂν ἐνδοιάσει τις. Ἔδει δὴ οὖν, ἔδει συνετοὺς ὄντας, φησὶ, καὶ τὸ πρόσωπον τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς εἰδότας κατα-

Quod autem beati quoque prophetæ multifariam nuntiaverint Christi sacramentum, nemo dubitabit. Prorsus itaque oportebat, inquit, sapientes illos, et cœli terræque aspectum cognoscendi guaros, et

[53] Matth. x, 37. [54] Psal. xxi, 23. [55] Exod. xii, 3 seqq. [56] Cant. v, 2; ii, 11, 12.

(1) Notabile Cyrilli dictum de vitanda cum heterodoxis familiaritate, et religiosa indifferentia!

Digitized by Google

futura spectandi; oportebat, inquit, futuras quoque post hanc vitam tempestates non nescire. Auster enim erit ac pluvia; nempe ignis pœna, quia calidus auster est; et vehemens ac inevitabilis cruciatuum nimbus, imbris instar obnoxiis ingruens. Oportebat ergo, inquit, salutis tempus non ignorare. Erat autem id, Servatoris nostri adventus, cum quo perfectissima rectæ fidei notitia introiit, illuxitque gratia impium justificans. Neque id a lege peractum est, quæ neminem perficiebat, utpote nihil aliud quam figuras et umbras habens; sed a fide potius in Christum, non sane abjiciente legem, sed eam per spiritalem cultum complente. Nescitis æstimare tempus? non ex verbis rem, non ex re verba conjicitis? Prodigia cernitis, videtis signa sermones confirmantia. Si hæc nondum vos convincunt, persuadeant futuræ calamitates: templi destructio, metropoleos expugnatio, gentis excidium. Ne hæc quidem vos demum ad rei conscientiam adducunt?

A νοεῖν, καὶ πρὸς τὰ ἐσόμενα βλέπειν, καὶ τοὺς μετὰ τόνδε τὸν βίον χειμῶνας μὴ ἀγνοεῖν. Νότος γὰρ ἔσται καὶ ὄμβρος· τουτέστιν ἡ διὰ πυρὸς κόλασις· θερμὸς γὰρ ὁ νότος, καὶ δεινὴ, καὶ ἄφυκτος τιμωριῶν καταφορὰ, ὑετοῦ δίκην κατεμπίπτουσα τῶν ἐναλωκότων. Ἔδει τὸν τῆς σωτηρίας μὴ ἀγνοῆσαι καιρόν. Οὗτος δὲ ἦν, ὁ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐπιδημίας, καθ' ἣν ἡ τελειοτάτη γνῶσις τῆς εὐσεβείας εἰσέδεκτο· καθ' ἣν ἀνέλαμψεν ἡ χάρις δικαιοῦσα τὸν ἀσεβῆ. Καὶ οὐ διά γε τοῦ νόμου, τετελείωκε γὰρ οὐδένα, τύπους ἔχων καὶ σκιὰς, διὰ πίστεως δὲ μᾶλλον τῆς ἐν Χριστῷ, οὐκ ἐκβαλλούσης τὸν νόμον, ἀποπεραινούσης δὲ αὐτὸν διὰ λατρείας πνευματικῆς. Οὐ δοκιμάζετε τὸν καιρόν; οὐκ ἐκ τῶν λόγων τὰ πράγματα, [cod. σπέρματα], οὐκ ἐκ τῶν πραγμάτων τοὺς λόγους;

B Βλέπετε θαύματα, καὶ ὁρᾶτε σημεῖα βεβαιοῦντα τοὺς λόγους· εἰ μὴ πείθει ὑμᾶς ταῦτα, πειθέτωσαν οἱ μέλλοντες ὑμᾶς καταλήψεσθαι πειρασμοὶ, τοῦ ναοῦ ἡ καθαίρεσις, τῆς μητροπόλεως ἡ ἅλωσις, ἡ διαφθορὰ τοῦ ἔθνους· οὐδὲ ταῦτα ὑμᾶς εἰς συναίσθησιν ἄγει;

V. 58. *Cum autem vadis cum adversario tuo ad principem*, etc.

Valde commodum exemplum est ei rei, cujus gratia assumitur. Nam qui antequam judicium fiat, controversiam solvunt, prudentiores sunt, quandoquidem ipsi per se jus agnoscunt. Quod autem hic recte fit, idem alibi quoque laudabiliter agitur. Esto aliquis, inquit, subjectus homini in dignitate constituto, qui contra te controversiam habens, **312** ab eo jubeatur satellitum opera in judicium adduci. Quandiu igitur cum ipso in via es, nimirum antequam judici præsenteris, da operam, id est omni studio cura, ut ab illo te expedias. Secus enim tradet te judici. Deinde cum alieno oppressus ære compertus fueris, traderis quæstori, id est exactoribus: atque hi te carcere concludentes, ad ultimum usque quadrantem exigent. Revera obstricti criminibus omnes sumus quotquot in orbe terrarum vivimus. Uniuscujusque est adversarius et accusator Satanas: est enim hic inimicus et vindex. Quandiu itaque in via sumus, id est quandiu ad præsentis vitæ finem non devenimus, a Satana abscedamus; crimina nostra purgemus; Christi gratiam arripiamus quæ nos omni debito liberet, et extra animadversionem pœnamque ac metum constituat. Ne forte, inquinamento non absterso, ad judicem pertrahamur, exactoribus seu carnificibus tradamur, quorum nemo sævitiam effugere poterit, sed omnis potius culpæ, parvæ simul ac magnæ, pœnas dabit. His procul ii aberunt, qui Christi adventis tempus æstimabunt, ejusque sacramentum non ignoraverint.

*Ὡς γὰρ ὑπάγεις μετὰ τοῦ ἀντιδίκου σου ἐπ' ἄρχοντα*, κ. τ. λ.

(A f. 187 b, B f. 130, D f. 52 b) Πάνυ χρήσιμον τὸ παράδειγμα πρὸς ὃ λαμβάνεται. Οἱ γὰρ πρὸ δίκης διαλυόμενοι, φρονιμώτεροί εἰσιν, ἀφ' ἑαυτῶν τὸ δίκαιον ὁρῶντες. Ὅπερ δὲ καλὸν ἐνταῦθα ποιεῖν, τοῦτο καλόν ἐστι κἀκεῖ ποιῆσαι. Ὑποκείσθω τις, φησὶ, ἐφ' ἑνὸς τῶν τεταγμένων εἰς ἀρχὴν, αἰτίασίν τινα ποιησάμενος κατὰ σοῦ, εἶτα τοῖς ἀπάγουσιν ἐπὶ τὸ

C δικαστήριον ὑποδείξας, ἀποφέρεσθαι ποιεῖ. Ἕως τοίνυν μετ' αὐτοῦ εἶ ἐν τῇ ὁδῷ, τουτέστι πρὶν ἀφικέσθαι πρὸς τὸν κριτὴν, δὸς ἐργασίαν, ἀντὶ τοῦ πᾶσαν θέσθαι μὴ ὀκνήσῃς σπουδὴν, ἵνα ἀπαλλαγῇς αὐτοῦ· εἰ δὲ μὴ τοῦτο γένοιτο, παραδώσει σε τῷ κριτῇ. Εἶτα, ὅταν ἔνοχος τοῖς ὀφλήμασιν εὑρεθῇς, παραδοθήσῃ τῷ πράκτορι, τουτέστι τοῖς ἀπαιτηταῖς· κἀκεῖνοί σε κατακλείσαντες, ἀπαιτήσουσι καὶ τὸ ἔσχατον λεπτόν. Οὐκοῦν ἔνοχοι μὲν πλημμελήμασί ἐσμεν ἅπαντες οἱ ὄντες ἐπὶ τῆς γῆς. Ἑκάστου γε μὴν ἀντίδικος καὶ κατήγορος, ὁ Σατανᾶς· ἐχθρὸς γάρ

D ἐστι καὶ ἐκδικητής. Ἕως τοίνυν ἐσμὲν ἐν τῇ ὁδῷ, τουτέστιν ἕως οὔπω πρὸς τὸ τῆς ἐνθάδε ζωῆς κατηντήσαμεν τέλος, ἀπαλλαγῶμεν αὐτοῦ· λύσωμεν τὰς καθ' ἑαυτῶν αἰτίας· τὴν διὰ Χριστοῦ χάριν ἁρπάσωμεν, ἐλευθεροῦσαν ἡμᾶς παντὸς ὀφλήματος, καὶ δίκης ἔξω τιθεῖσαν, κολάσεώς τε καὶ φόβου. Μὴ ἄρα πως ἀναπόνιπτον ἐσχηκότες τὸν μολυσμὸν, ἀπενεχθῶμεν πρὸς τὸν κριτὴν, καὶ παραδοθῶμεν τοῖς πράκτορσιν, ἤτοι τοῖς κολασταῖς, ὧν οὐκ ἄν τις διαφύγοι τὸ ἀπηνὲς, ἀπαιτηθήσεται δὲ μᾶλλον τὰς ἐπὶ παντὶ πλημμελήματι δίκας μικρῷ καὶ μεγάλῳ. Τούτων ἔσονται μακρὰν οἱ τὸν τῆς Χριστοῦ παρουσίας καιρὸν δοκιμάζοντες, καὶ τὸ ἐπ' αὐτῷ μυστήριον οὐκ ἐγνωκότες.

## CAP. XIII.

V. 1. *Nuntiantes illi de Galilæis*, etc.

Videntur Galilæi sub præside Pilato seditionem

## ΚΕΦΑΛ. ΙΓ'.

*Ἀπαγγέλλοντες αὐτῷ περὶ τῶν Γαλιλαίων*, κ. τ. λ.

(A f. 188, C f. 136, D f. 53) Ἐοίκασιν οἱ Γαλι-

Digitized by Google

λαῖοι κατὰ τοὺς χρόνους Πιλάτου ἐστασιακέναι, δόγμασιν ἑπόμενοι Ἰούδα τοῦ Γαλιλαίου, οὗ καὶ ὁ Λουκᾶς ἐν ταῖς Πράξεσι τῶν ἀποστόλων ἐμνήσθη. Ἦν δὲ τὸ δόγμα τοῦ Ἰούδα, ὡς καὶ Ἰώσηπος ἐν τοῖς τελευταίοις τῆς Ἰουδαϊκῆς Ἀρχαιολογίας ἔδειξε, φαντασίαν ἐξαποστέλλον πολλὴν δι' εὐσέβειαν εὐτονίας. Κύριον γὰρ μηδὲ μέχρι στόματος ἔφασκε δεῖν τινα λέγειν, μηδὲ κατά τινα τιμὴν καὶ φιλοφροσύνην· οὕτω δὲ μηδὲ τὸν βασιλεύοντα· καὶ πολλοί γε αὐτῶν περὶ τοῦ μὴ εἰπεῖν Καίσαρα κύριον, χαλεπωτάτας αἰκίας ὑπέμειναν. Οἳ καὶ ἐδίδασκον μὴ δεῖν παρὰ τὰς διατεταγμένας ἐν τῷ Μωϋσέως νόμῳ θυσίας, ἑτέρας ἀναφέρεσθαι τῷ Θεῷ· διόπερ ἐκώλυον τὰς ὑπὸ τῆς γερουσίας τοῦ λαοῦ παραδεδομένας γίνεσθαι περὶ τῆς σωτηρίας τοῦ βασιλέως καὶ τοῦ Ῥωμαίων ἔθνους. Εἰκὸς οὖν ἐπὶ τούτοις ἀγανακτοῦντα πρὸς Γαλιλαίους τὸν Πιλάτον, κελεῦσαι παρ' αὐταῖς αἷς ἐδόκουν κατὰ τὸν νόμον προσφέρειν θυσίαις, αὐτοὺς ἀναιρεθῆναι. Ὡς τότε ἀναμιχθῆναι ταῖς προσφερομέναις θυσίαις τὸ αἷμα τῶν προσαγόντων. Ταῦτα οὖν ἐπείπερ ἐδόκει ὑπὲρ εὐσεβείας γίνεσθαι, ἀπήγγελλον τῷ Σωτῆρι, βουλόμενοι τὸ ἐπὶ τούτοις ἀρέσκον αὐτῷ μαθεῖν. Ὁ δὲ, οἰομένων τῶν ἐκ τοῦ λαοῦ δικαιότατα κατὰ τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν πεπονθέναι ταῦτα, ἀναιρεθέντας, ἅτε στάσιν κινήσαντας τῷ λαῷ, καὶ ἐπὶ τὸ μισεῖν ἐρεθίσαντας ἄρχοντας κατὰ τῶν ὑπηκόων, τὸ μὲν εἶναι αὐτοὺς ἁμαρτωλοὺς, τίθησιν· οὐ μήν φησι ταῦτα αὐτοὺς πεπονθέναι, ὡς τῶν μὴ πεπονθότων χείρονας. Εἶτ' ἐπὶ τούτοις φησὶν, ὅσον ἐπὶ τῷ ῥητῷ ἀποτρέπων τῆς ἐμφυλίου στάσεως, προφάσει εὐσεβείας ἀναπτομένης, τοὺς ὑπὲρ τοῦ λαοῦ, τὸ, Ἐὰν μὴ μετανοήσετε, τουτέστιν, Ἐὰν μὴ μεταβάλησθε τοῦ στασιάζειν καὶ ἀνθίστασθαι τοῖς ἄρχουσιν, ὅπερ οὐ κατὰ βούλημα ποιεῖτε Θεοῦ, πάντες ὁμοίως ἀπολεῖσθε, καὶ τὸ ὑμέτερον αἷμα ταῖς ὑμετέραις θυσίαις ἀναμιχθήσεται. Εἶτα τὸ τοῦ πύργου ὑπόδειγμα τοῦ ἐν τῷ Σιλουὰμ ἐπάγει, διὰ τούτου πάσης τῆς πόλεως τὴν πτῶσιν δηλῶν. Ὡς ἐκ τῆς προφάσεως γὰρ τῶν δεκαοκτὼ, ἐφ' οὓς ὁ πύργος ἔπεσεν, αἰνίττεται ὅτι τὸ μέρος προοίμιόν ἐστι πάσης τῆς πόλεως· οὐ γὰρ δὴ, φησὶν, οἱ ιη' ὡς ὑπαίτιοι ὄντες ἀπώλοντο μόνοι, ἀλλὰ καὶ πᾶσα ἡ πόλις τὰ αὐτὰ πείσεται μικρὸν ὕστερον.

A fecisse, dogmata sectantes Judæ Galilæi, cujus etiam Lucas in apostolorum Actibus meminit [87]. Judæ autem dogma, sicut etiam Josephus postremis Antiquitatum Judaicarum libris narrat [88], magnam præ se ferebat exactæ religionis speciem. Neminem enim ne ore tenus quidem dicendum esse dominum aiebat, ne honoris quidem vel urbanitatis gratia; adeoque nec ipsum regem. Multique eorum propterea quod Cæsarem nollent dominum appellare, acerbissimos cruciatus pertulerunt. Iidem docebant, præter præscripta in Moysis lege sacrificia, nulla Deo offerenda : **313** ideoque illa vetabant fieri quæ seniores populi pro imperatoris ac Romanæ gentis salute indixerant. Credibile est itaque iratum Galilæis Pilatum jussisse ut inter ipsa quæ juxta B legem putabant se facere sacrificia, iidem occiderentur; ita ut tunc cum oblatis hostiis misceretur offerentium sanguis. Hæc igitur, quia pro religione facta videbantur, nuntiabant Servatori, volentes quid ipse judicaret, cognoscere. Ipse autem, cum partim saltem de turba existimarent, illos debita meritis passos, cum ob seditionem commotam occisi fuissent, et quia dominantium iram contra subditos concitaverant; peccatores illos quidem affirmat fuisse Servator; neque tamen idcirco sic passos ait, quasi non passis pejores fuerint. Tum præterea, quasi ex dictis captata occasione, deterens a civili seditione, religionis prætextu concitanda, principes populi : Nisi pœnitentiam, inquit, egeritis, id est nisi rebellando, et regnantibus resistendo abstiteritis, quod contra Dei voluntatem C facitis, omnes similiter peribitis, vesterque sanguis sacrificiis vestris miscebitur. Deinde turris Siloe exemplum addit, eo nimirum totius urbis casum significans : etenim ansam veluti capiens ex illis duodeviginti hominibus, in quos turris decidit, innuit partem hanc initium esse totius urbis. Non enim hi duodeviginti, inquit, ceu rei periere soli, sed et universa civitas paulo post eamdem cladem patietur.

*Εἶπε δὲ πρὸς τὸν ἀμπελουργὸν*, κ. τ. λ. *Καὶ ἀποκριθεὶς λέγει αὐτῷ· Κύριε, ἄφες αὐτὴν*, κ. τ. λ.

D V. 7, 8. *Dixit autem cultori vineæ*, etc. *Et respondens dicit illi : Domine, dimitte eam*, etc.

(A f. 189 b) Εἰ μὲν οὖν τις βούλοιτο λέγειν, ἄγγελον εἶναι τὸν παρὰ Θεοῦ ταχθέντα προεστάναι τῆς Ἰουδαίων Συναγωγῆς, οὐκ ἂν ἁμάρτοι τοῦ πρέποντος. Μεμνήμεθα γὰρ τοῦ προφήτου Ζαχαρίου γεγραφότος, ὅτι εἱστήκει τις τῶν ἁγίων ἀγγέλων, τὰς ὑπὲρ τῆς Ἱερουσαλὴμ ἀναφέρων λιτὰς, καὶ λέγων· « Κύριε παντόκρατορ, ἕως τίνος οὐ μὴ ἐλεήσεις τὴν Ἱερουσαλὴμ, καὶ τὰς πόλεις Ἰούδα ἃς ὑπερεῖδες τοῦτο ἑβδομηκοστὸν ἔτος; » Γέγραπται δὲ καὶ ἐν τῇ Ἐξόδῳ, ὡς καταδιώκοντος τοὺς ἐξ Ἰσραὴλ ὁμοίως τοῖς ἰδίοις ὑπασπισταῖς τοῦ τῆς Αἰγυπτίων

Si quis itaque dicere velit, angelum esse a Deo constitutum custodem Synagogæ Judæorum, haud procul probabili sententia aberrabit. Meminimus enim prophetæ Zachariæ scribentis, stetisse unum de sanctis angelis, preces pro urbe Jerusalem offerentem, dicentemque : « Domine omnipotens, usquequo Jerusalem non misereberis, et civitatum Judæ quas abhinc septuaginta annis aspernaris [89] ? » In Exodo quoque **314** scribitur, quod persequente Israelitas cum suis clypeatis dominatore terræ Ægyptiorum, jamque prœlium cum illis conserturo,

[87] Act. v, 37. [88] Antiq. Jud., XVIII, 1; XX, 4. [89] Zach. I, 12.

Digitized by Google

constitit angelus Dei, medius inter castra Israelitarum atque Ægyptiorum, atque ita non sunt invicem commisti tota nocte [60]. Nullatenus est ergo incongruum hic quoque cogitare, custodem Synagogæ angelum preces pro ipsa obtulisse. Quod si quis dicat ipsum Filium personam agricolæ gerere, ne hæc quidem sententia idoneo ratiocinio carebit. Est enim pro nobis advocatus apud Patrem, propitiator atque agricola animarum nostrarum. Nam et ipse de semet dixit : « Exiit qui seminat seminare semen suum [61]. » Neque hoc ullam Filii majestati injuriam faciet, quod nempe agricolæ personam induat. Nam et ipsum Patrem formam hanc assumpsisse comperimus, nullam propterea hujus rei causa passum vituperationem. Dixit enim sanctis apostolis Filius : « Ego sum vitis, vos palmites, Pater meus agricola est [62]. » Unicuique enim dictorum sensuum quadrare interdum hic sermo potest.

A ἐξάρχοντος γῆς, εἶτα μέλλοντος συμπλέκεσθαι πρὸς μάχην αὐτοῖς, ἔστη ἄγγελος Θεοῦ ἀνὰ μέσον τῆς παρεμβολῆς τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ, καὶ ἀνὰ μέσον τῶν Αἰγυπτίων, καὶ οὐ συνέμιξαν ἀλλήλοις ὅλην τὴν νύκτα. Ἔστι τοίνυν τὸ ἀπεικὸς οὐδὲν, κἀνθάδε νοεῖν τὸν προεστηκότα τῆς Συναγωγῆς ἄγγελον, ἀνατεῖναι ὑπὲρ αὐτῆς τὰς ἱκετηρίας. Εἰ δὲ δή τις λέγοι τὸν Υἱὸν εἶναι τὸν γηπόνον, ἔχοι ἂν καὶ τοῦτο τοῖς καθ' ἡκουσι λογισμοῖς οὐκ ἀπεοικότα λόγον. Παράκλητος γὰρ ἡμῶν ἐστι πρὸς τὸν Πατέρα, ἱλαστήριόν τε καὶ γεωργὸς τῶν ἡμετέρων ψυχῶν. Καὶ γοῦν αὐτὸς ἔφη περὶ ἑαυτοῦ· « Ἐξῆλθεν ὁ σπείρων τοῦ σπεῖραι τὸν σπόρον αὐτοῦ. » Ἀδικήσει δὲ τοῦτο εἰς δόξαν οὐδὲν τὸν Υἱὸν, τὸ παρικεῖσθαι, φημὶ, τοῦ γηπόνου τὸ πρόσωπον. Εὑρίσκεται γὰρ καὶ αὐτὸς ὁ Πατὴρ τοῦτο B λαβὼν, μῶμον οὐδένα ταύτης ἕνεκα τῆς αἰτίας ὑπομείνας πώποτε. Ἔφη γὰρ ὁ Υἱὸς τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις· « Ἐγώ εἰμι ἡ ἄμπελος· ὑμεῖς τὰ κλήματα· ὁ Πατήρ μου ὁ γεωργός ἐστι. » Πρὸς ἕκαστα γὰρ τῶν προκειμένων θεωρημάτων ἔσθ' ὅτε καὶ ἡ τοῦ λόγου γίνεται διεκβολή.

Quod autem Israel repudium denique passurus foret, propter multam suam sterilitatem, innuit aliquando etiam beatus Baptista dicens : « Jam securis ad radicem arborum posita est [63], » et reliqua. Videtur ergo ficulneæ comparare Judæorum Synagogam, quandoquidem et aliis illam comparant arboribus sacræ Litteræ, viti nimirum, oleæ, et saltibus. Ecce enim propheta Jeremias modo de ipsa, id est membris ejus, ait : « Vitis frondosa Israel [64]. » Modo rursus ad ipsam : « Oleam pulC chram, specie umbrosa, vocavit Dominus nomen tuum. Tempore putationis ejus accensus est ignis adversus eam : magna clades ejus, inutiles facti sunt palmites ipsius [65]. » Alius vero propheta, Libano monti eam comparans, sic ait : « Aperi, Libane, fores tuas, et comedat ignis cedros tuas [66]. » Revera enim consumptus fuit **315** igne saltus Jerusalem, id est ejus populus. Quamobrem sumitur, ut dixi, ad Synagogæ Judæorum, sive filiorum Israelis, imaginem, ea quæ in hac parabola proposita fuit ficulnea. Venit autem, pergit dicere Scriptura, quærens fructum, et non invenit. Et quidem ter venit, primo per Moysem et Aaronem; iterum Josuæ filii Navi et mox judicum ætate; D tertio post istos, temporis tractu illo quo exstiterunt beati prophetæ usque ad Joannem Baptistam. His temporibus infructuosus Israel fuit. Nam quod attinet ad Dei Patris beneplacitum, simulque Filii, minime acceptus erat utpote typicus et umbratilis cultus, infructuosus omnino quod ad spiritalem attinet bonum odorem. Quapropter et rejectus est. Atque hoc nos docebit dicens ipse Servator cœlesti Patri Deo : « Sacrificium et oblationem noluisti, holocausta pro peccatis non tibi placuere [67]. » Et Isaiæ ore : « Quis enim exquisivit hæc de manibus

(A f. 189 b) Ὅτι δὲ ἔμελλε τὴν ἐκβολὴν ὑπομένειν ὁ Ἰσραὴλ διὰ πολλὴν ἀκαρπίαν, ὑπεσήμαινέ πως καὶ ὁ μακάριος Βαπτιστὴς, λέγων· « Ἤδη δὲ ἡ ἀξίνη πρὸς τὴν ῥίζαν τῶν δένδρων κεῖται, » καὶ τὰ ἑξῆς. Ἔοικε τοίνυν συκῇ παραβάλλειν τὴν τῶν Ἰουδαίων Συναγωγὴν, ὅτι καὶ ἑτέροις αὐτὴν παραβάλλει φυτοῖς τὸ Γράμμα τὸ ἱερὸν, ἀμπέλῳ, φημὶ, καὶ ἐλαίᾳ, καὶ δρυμοῖς. Καὶ γοῦν ὁ προφήτης Ἱερεμίας (1) ποτὲ μὲν περὶ αὐτῆς φησιν, ἤτοι τῶν ἐν αὐτῇ· « Ἄμπελος εὐκλήματοῦσα Ἰσραήλ. » Ποτὲ δὲ πάλιν ὡς πρὸς αὐτήν· « Ἐλαίαν ὡραίαν, εὔσκιον τῷ εἴδει, ἐκάλεσε Κύριος τὸ ὄνομά σου· εἰς καιρὸν περιτομῆς αὐτῆς ἀνήφθη πῦρ ἐπ' αὐτὴν· μεγάλη ἡ θλῖψις ἐπ' αὐτὴν, ἠχρειώθησαν οἱ κλάδοι αὐτῆς. » Ἕτερος δὲ τῶν προφητῶν, Λιβάνῳ τῷ ὄρει παρεικάζων αὐτὴν, οὕτω φησί· « Διάνοιξον, ὁ Λίβανος, τὰς θύρας σου, καὶ καταφαγέτω πῦρ τὰς κέδρους σου. » Δεδαπάνηται γὰρ ὡς ὑπὸ πυρὸς, ὁ ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις δρυμὸς, τουτέστιν ὁ ἐν αὐτῇ δῆμος. Οὐκοῦν εἰς εἰκόνα δέχεται τῆς Ἰουδαίων Συναγωγῆς, ὡς ἔφην, ἤγουν τῶν ἐξ Ἰσραὴλ, τὴν ἐν τῇ παραβολῇ λεγομένην συκῆν. Ἦλθε δὲ, φησὶ, ζητῶν καρπὸν, καὶ οὐχ εὗρε. Τοῦτο τρίτον ἦλθε· τὸ πρῶτον, διὰ Μωϋσέως καὶ Ἀαρών· δεύτερον, καθ' ὃν ἦν Ἰησοῦς ὁ τοῦ Ναυῆ, καὶ μετ' αὐτὸν οἱ κριταί· τρίτον δὲ μετὰ τούτους, καθ' ὃν γεγόνασιν οἱ μακάριοι προφῆται μέχρις Ἰωάννου τοῦ Βαπτιστοῦ. Ἐν τούτοις γέγονε τοῖς καιροῖς ἄκαρπος ὁ Ἰσραήλ. Ὅσον γὰρ ἦκεν εἰς τὸ ἀγαθὸν θέλημα τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, δῆλον δὲ ὅτι καὶ τοῦ Υἱοῦ, ἀπαράδεκτος ἦν ὡς ἐν σκιαῖς καὶ τύποις λατρεία, ἄκαρπος παντελῶς τό γε ἦκον εἰς πνευματικὴν εὐοσμίαν. Γέγονεν οὖν καὶ ἀπόβλητος. Καὶ τοῦτο διδάξει λέγων αὐτὸς ὁ Σωτὴρ πρὸς τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς Πατέρα καὶ Θεόν· « Θυσίαν καὶ προσφορὰν οὐκ ἠθέλησας, ὁλοκαυτώματα

[60] Exod. xiv, 20. [61] Matth. xiii, 3. [62] Joan. xv, 5. [63] Luc. iii, 9. [64] Osee x, 1. [65] Jerem. xi, 16. [66] Zach. xi, 1. [67] Psal. xxxix, 7.

(1) Imo hoc primo loco Oseas est, non Jeremias.

Digitized by Google

καὶ περὶ ἁμαρτίας οὐκ εὐδόκησας. » Καὶ διὰ Ἡσαΐου· « Τίς γὰρ ἐξεζήτησε ταῦτα ἐκ τῶν χειρῶν ὑμῶν; Πατεῖν τὴν αὐλήν μου οὐ προσθήσεσθε· ἐὰν φέρητε σεμίδαλιν, μάταιον θυμίαμα, βδέλυγμά μοί ἐστιν. » Ὁ δὴ μισεῖ καὶ βδελύττεται Θεὸς, πῶς ἂν νοηθείη καρπὸς εἶναι ψυχῆς νοητὸς, καὶ πνευματικὸς, καὶ εὐπαράδεκτος αὐτῷ;

*Ἰδοὺ γυνὴ ἦν, πνεῦμα ἔχουσα ἀσθενείας ἔτη δέκα καὶ ὀκτώ.*

(A f. 190, B f. 133) Ἦν δὲ ἐν τῇ Συναγωγῇ γυνὴ ὀκτωκαίδεκα ἔτη ἐξ ἀσθενείας συγκύπτουσα. Ὀνίνησιν οὐ μετρίως τοὺς εὖ φρονοῦντας καὶ τοῦτο· δεῖ γὰρ ἡμᾶς πανταχόθεν τὸ χρήσιμον ἐρανίζεσθαι. Ἔξεστι δὴ οὖν ἐντεῦθεν ἰδεῖν, ὅτι δέχεται πολλάκις τὴν κατά τινων ἐξουσίαν ὁ Σατανᾶς, πλημμελούντων δηλονότι, καὶ τῶν εἰς εὐσέβειαν σπουδασμάτων ἀνθηρημένων τὸ ῥᾴθυμον· οὓς δ' ἂν λάβοι, τοιούτους ἐνίησιν ἀῤῥωστήμασιν ἑσθ' ὅτε σωματικοῖς, κολαστὴς ὑπάρχων καὶ ἀπηνής. Δίδωσι δὲ χώραν αὐτῷ πρὸς τοῦτο οἰκονομικώτατα λίαν ὁ παντεπόπτης Θεὸς, ἵνα τῷ τῆς δυσπραγίας βάρει κατηχθισμένοι, μεταφοιτᾷν ἕλοιντο πρὸς τὰ βελτίω. Καὶ γοῦν ὁ σοφώτατος Παῦλος, ἐν Κορίνθῳ τινὰ διαβεβλημένον ἐπὶ πορνείᾳ, παραδέδωκε τῷ Σατανᾷ εἰς ὄλεθρον τῆς σαρκὸς, ἵνα τὸ πνεῦμα σωθῇ. Οὐκοῦν ἡ συγκεκυφυῖα γυνὴ τοῦτο λέγεται παθεῖν ἐξ ἀγριότητος διαβολικῆς· ἤτοι, καθάπερ ἔφην, παρεωραμένη παρὰ Θεοῦ δι' οἰκεῖα πταίσματα, ἤγουν τῷ καθ' ὅλου λόγῳ καὶ γενικῷ· παραίτιος γὰρ τοῖς ἀνθρωπίνοις σώμασι τοῦ νοσεῖν ὁ ἀλιτήριος γέγονε Σατανᾶς, ὅτι καὶ δι' αὐτοῦ τὴν παράβασιν τὴν ἐν Ἀδὰμ ἠρτύσθαι φαμὲν, δι' ἧς εἰς ἀσθένειαν καὶ φθορὰν, τὰ τῶν ἀνθρώπων κατεκομίσθη σώματα. Πλὴν ὄντων τῶν ἀνθρώπων ἐν τούτοις, οὐ παρεῖδεν ἡμᾶς ἀγαθὸς ὢν φύσει Θεὸς, μακρᾷ δὴ καὶ ἀφύκτῳ κεκολασμένους νόσῳ τοὺς κάμνοντας, καὶ ἀπήλλαττε τῶν δεσμῶν, λυτικὴν τῶν ἀνθρωπίνων παθῶν ἀποφαίνων εὖ μάλα τὴν ἐν τῷδε τῷ κόσμῳ παρουσίαν τε καὶ ἀνάδειξιν αὐτοῦ· ἀφίκετο γὰρ ἐκμορφώσων τὰ καθ' ἡμᾶς πρὸς τὸ ἐν ἀρχαῖς. « Ὁ γὰρ Θεὸς θάνατον οὐκ ἐποίησε, κατὰ τὸ γεγραμμένον, οὐδὲ τέρπεται ἐπ' ἀπωλείᾳ ζώντων· ἔκτισε γὰρ εἰς τὸ εἶναι τὰ πάντα· καὶ σωτήριοι αἱ γενέσεις τοῦ κόσμου, καὶ οὐκ ἔστιν ἐν αὐτοῖς φάρμακον ὀλέθρου· φθόνῳ δὲ διαβόλου, θάνατος εἰσῆλθεν εἰς τὸν κόσμον. » — (A f. 190 b) Ἐπ' ἀνατροπῇ θανάτου καὶ φθορᾶς καὶ φθόνου τοῦ καθ' ἡμῶν γεγονότος παρὰ τοῦ πονηροῦ καὶ ἀρχεκάκου δράκοντος, ἡ τοῦ Λόγου γέγονε σάρκωσις, ἤγουν ἐνανθρώπησις· καὶ τοῦτο σαφῶς ἡμῖν, δι' αὐτῶν ἐκφαίνεται τῶν πραγμάτων. Ἠλευθέρου τοίνυν τὴν Ἀβραὰμ θυγατέρα τῆς οὕτω μακρᾶς ἀῤῥωστίας, ἐπιφωνῶν τε καὶ λέγων· « Γύναι, ἀπολέλυσαι τῆς ἀσθενείας σου. » Θεοπρεπεστάτη λίαν ἡ φωνὴ, ἐξουσίας γέμουσα τῆς ἀνωτάτω! νεύματι γὰρ βασιλικῷ τὴν νόσον ἐλαύνει. Προσεπιτίθησι

A vestris? calcare aulam meam non pergetis si adferetis similam, vanus est suffitus, abominatio mihi est [68]. » Porro quod Deus odit atque abominatur, quomodo existimabitur animæ fructus intellectualis et spiritalis, et ipsi acceptus?

V. 11. *Ecce mulier quæ habebat spiritum infirmitatis annis decem et octo* (1).

Erat autem in Synagoga mulier jam duodecim annis morbo curvata. Non mediocriter hoc quoque prodest sensatis; oportet enim nos quidquid utile est, undique colligere. Possumus utique hinc cognoscere, potestatem sæpe Satanam accipere adversus aliquos, peccatores videlicet, et qui ad religionis B cultum segnes se præbuerunt. Quos autem corripuerit, hos tradit corporalibus interdum morbis utpote carnifex et crudelis. Dat autem illi providentissime hanc facultatem omnituens Deus, ut calamitatis pondere impulsi, ad **316** meliora transgredi velint. Quare et sapientissimus Paulus hominem quemdam Corinthi de fornicatione accusatum tradidit Satanæ in interitum carnis, ut spiritus salvus fieret [69]. Item gibbosa mulier id dicitur passa a sævitia diaboli, vel, ut dixi, ita Deo permittente ob ejus peccata, vel etiam generali aliqua ratione et communi. Cæteroqui causa esse solet morborum humanis corporibus maleficus Satanas: namque illam quoque transgressionem in C Adamo structam ab eo dicimus, ex qua in infirmitatem atque corruptelam corpora hominum deciderunt. Verumtamen cum ita homines se haberent, haud nos languentes neglexit bonus suapte natura Deus, longo videlicet et insanabili percussos morbo, sed his vinculis absolvit, suo in hunc mundum adventu et ostensione commodissimam humanis malis medicinam faciens. Venit enim ut naturam nostram in antiquam formam reponeret. « Nam Deus mortem non fecit, uti scriptum est; neque viventium interitu lætatur, quia cuncta ut permanerent creavit. Sana quippe fuere mundi principia, neque iis exitii venenum inerat [70]; sed invidia diaboli mors in mundum introiit [71]. » — Ob destruendam mortem, corruptelam, et improbi D malorumque auctoris serpentis invidiam, Verbi facta est incarnatio sive humanatio; idque nobis manifeste factis ipsis apparet. Liberavit itaque Abrahæ filiam tam diutina infirmitate, elata voce inclamans: « Mulier, dimissa es ab infirmitate tua. » Convenientissima Deo vox, supernæque potentiæ plena! nam regali nutu morbum proterret. Manus quoque ei imponit; illa autem, inquit Scriptura, confestim erecta est. Ergo hinc quoque cognoscere licet, Dei virtute atque efficacia sanctam

[68] Isa. I, 12. [69] I Cor. V, 5. [70] Sap. I, 13, 14. [71] Sap. II, 24.

(1) Ante hunc textum in catena lat. D. Thomæ sic. « Cyrillus. Ad expugnationem autem corruptionis et mortis, et invidiæ diaboli contra nos, prodiit incarnatio Verbi; et hoc apparet ex ipsis eventibus, sequitur enim: *Et ecce mulier quæ*, » etc.

Digitized by Google

carnem fuisse præditam. Erat enim caro ipsius Verbi propria, et non alterius ab eo diversi separatique et distincti Filii, sicuti nonnulli irreligiosissime censent.

A δὲ καὶ χεῖρας αὐτῇ· καὶ ἀνωρθώθη, φησὶ, παραχρῆμα. Ἔξεστι δὴ οὖν κἀντεῦθεν ἰδεῖν, ὅτι τὴν τοῦ Θεοῦ δύναμίν τε καὶ ἐνέργειαν ἡ ἁγία παφόρηκε σάρξ· ἰδία γὰρ ἦν αὐτοῦ, καὶ οὐχ ἑτέρου τινὸς παρ' αὐτὸν ὄντος Υἱοῦ καταμόνας καὶ ἰδικῶς, κατά γε τό τισιν ἀνοσιώτατα δοκοῦν (1).

V. 14. **317** *Respondens autem archisynagogus, indignans quia Sabbato curasset Jesus*, etc.

Atqui cur non magis oportebat mirari Christum, qui ea ligatura filiam Abrahæ liberaverat? Vidisti hanc præter omnium exspectationem morbo resolutam. Haud vidisti orantem medicum, neque ut precum fructum ab alio accipientem infirmæ sanationem, sed potestativum opus facientem. Cum sis archisynagogus, profecto nosti Moysis historiam: B nosti hunc sæpissime orasse, nihilque omnino propria virtute effeciase. Nam et cum leprosa facta esset Maria, propterea quod leve quid dixerat improbandi causa, et quidem vere; Uxorem enim, ait, Æthiopissam duxit; non tamen Moyses illo morbo potentior fuit, sed Deo supplicans, ait: « Rogo te, Deus, ut illam sanitati restituas [72]. » Neque idcirco, eo licet supplicante, remissa est Mariæ peccati pœna. Unusquisque vero propheta, quidquid omnino operaretur, cum Dei virtute id egisse conspicitur. Nunc mecum animadverte Servatorem omnium Christum, haud preces fundere, sed suæ virtuti efficaciam operis attribuere, dum voce sanat manusque contactu. Nam cum et Dominus sit et Deus, æquipollentem sibi, ad morborum depulsionem, C propriam carnem demonstrat. Oportuisset itaque hinc demum mysterii, quod in eo latebat, vim cognoscere. — Si ergo ingeniosus fuisset archisynagogus, intellexisset utique quis quantusque esset Servator, tam insperato prodigio edito, neque more vulgi locutus esset; neque sanantibus exprobrasset legis transgressionem, id est, otiandi in Sabbato statutam traditionem. Atqui sanare aliquem, inquis, opera est. Sed quisnam lædi legem putet, si forte Deus etiam Sabbato misericors fuerit? Cuinam præcepit otiari in Sabbato, sibine potius an tibi? Si ipsi sibi, ne ergo res nostras Sabbato regat: cesset solis cursus, pluviæ non decidant, stent aquarum fontes et fluminum perennium fluxus, ventorumque opportunitates. **318** Sin tibi potius D otiari mandavit, ne Deum incuses, quod Sabbato quoque nonnullis, pro potestate sua, misericordiam impertitus sit. Cur vero demum otiari jussit Sabbato? Nempe, inquit, ut requiescat servus tuus, et bos tuus, et jumentum tuum, et quodlibet pecus tuum. Cum ergo is aliquibus requiem tribuit, morbis eos liberans, tu vero id prohibes, manifeste legem Sabbati violas, dum non sinis eos requiescere, qui doloribus morbisque vexantur, et quos Satanas alligavit.

Sed ingratæ Synagogæ princeps, postquam vidit mulierem jam pridem membris impeditam, neque

Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ ἀρχισυνάγωγος, ἀγανακτῶν ὅτι τῷ Σαββάτῳ ἐθεράπευσεν ὁ Ἰησοῦς, κ. τ. λ.

(A f. 190 b) Καίτοι πῶς οὐκ ἔδει μᾶλλον θαυμάσαι Χριστὸν ἀπολύσαντα τῶν δεσμῶν τὴν Ἀβραὰμ θυγατέρα; Εἶδες αὐτὴν παραδόξως τοῦ πάθους ἀπηλλαγμένην. Οὐκ εἶδες εὐχόμενον τὸν ἰατρὸν, οὐχ ὡς αἴτημα παρ' ἑτέρου λαβόντα τῆς καμνούσης τὴν ἴασιν, ἀλλ' ἐξουσίας ἔργον ἀποτελέσαντα. Ἀρχισυνάγωγος ὢν, τὰ Μωϋσέως οἶσθά που γράμματα· εἶδες αὐτὸν εὐχόμενον πλειστάχου, καὶ ἐξ ἰδίας δυνάμεως οὐδὲν ἐνεργήσαντα παντελῶς. Καὶ γοῦν λεπρωθείσης τῆς Μαριὰμ διὰ τὸ εἰπεῖν τι μόνον κατ' αὐτοῦ ἐν καταγνώσεως μέρει, καὶ τοῦτο ἀληθές· Γυναῖκα γὰρ, φησὶν, Αἰθιόπισσαν ἔλαβεν ἑαυτῷ· οὐ γέγονε κρείττων τοῦ κακοῦ, προσέπιπτε δὲ μᾶλλον τῷ Θεῷ, λέγων· « Ὁ Θεὸς, δέομαί σου, ἴασαι αὐτήν. » Καὶ ὅμως οὐδὲ ἱκετεύοντος συνεχωρήθη αὐτῇ τῆς ἁμαρτίας τὸ ἐπιτίμιον. Καὶ ἕκαστος δὲ τῶν ἁγίων προφητῶν, εἴ πού τι καὶ ἐνήργηκεν ὅλως, ἐν δυνάμει Θεοῦ τοῦτο ποιήσας ὁράται. Ἐνταῦθα δέ μοι βλέπε τὸν τῶν ὅλων Σωτῆρα Χριστὸν οὐκ εὐχὴν ἀνατείνεσθαι, ἀλλὰ τῇ ἑαυτοῦ δυνάμει ἀνατεθεικότα τοῦ πράγματος τὴν κατόρθωσιν, φωνῇ θεραπεύοντα, καὶ χειρὸς ἁφῇ. Κύριος γὰρ ὢν καὶ Θεὸς, ἰσοδυναμοῦσαν ἑαυτῷ, πρός γε τὸ δύνασθαι, φημὶ, νοσημάτων ἐλευθεροῦν, τὴν ἰδίαν ἀπέφηνε σάρκα. Ἔδει δὲ οὖν ἐντεῦθεν συνεῖναι λοιπὸν τοῦ κατ' αὐτὸν μυστηρίου τὴν δύναμιν. — (B f. 134) Οὐκοῦν εἴπερ τις ἦν ἀγχίνους ὁ ἀρχισυνάγωγος, ἐνενόησεν ἂν τίς τε καὶ ὅσος ἐστὶν ὁ Σωτὴρ, ἐκ τῆς οὕτω παραδόξου θεοσημείας, καὶ μὴ ταὐτὰ λέγειν τοῖς ὄχλοις, μηδὲ τοῖς θεραπευομένοις ἐγκαλεῖν τοῦ νόμου τὴν λύσιν, τῆς κατὰ τὸ Σάββατον ἀργίας τὴν παράδοσιν. Ἐργάσασθαι γὰρ ὅλως ἐστὶ τὸ θεραπεύεσθαι· ἀδικεῖται δὲ νόμος, Θεοῦ κατοικτείροντος καὶ ἐν ἡμέρᾳ Σαββάτου; Τίνι προστέταχεν ἀργεῖν ἐν Σαββάτῳ; Ἑαυτῷ μᾶλλον, ἢ σοί; Εἰ μὲν οὖν ἑαυτῷ, μὴ διοικείτω τὰ καθ' ἡμᾶς ἐν Σαββάτῳ· ἀργείτω καὶ ὁ τοῦ ἡλίου δρόμος, μὴ πιπτέτωσαν ὑετοὶ, στήτωσαν αἱ τῶν ὑδάτων πηγαὶ, καὶ ποταμῶν ἀεννάων φοραὶ, καὶ ἀνέμων χρεῖαι. Εἰ δέ σοι προστέταχεν ἀργεῖν, μὴ ἐγκάλει Θεῷ, τὸ καὶ ἐν Σαββάτῳ διδόναι τισὶ μετ' ἐξουσίας τὸν ἔλεον. Διὰ τί δὲ ὅλως καὶ ἀργεῖν ἐκέλευσεν ἐν Σαββάτῳ; Ἵνα, φησὶ, ἀναπαύσηται ὁ παῖς σου, καὶ ὁ βοῦς σου, καὶ τὸ ὑποζύγιόν σου, καὶ πᾶν κτῆνός σου. Ὅταν οὖν ἀναπαύσῃ τινὰς, νοσημάτων αὐτοὺς ἀνιείς, εἶτα τοῦτο κωλύῃς αὐτὸς, ἔλυσας ἐναργῶς τὸν ἐπὶ τῷ Σαββάτῳ νόμον, οὐκ ἐῶν ἀναπαύεσθαι τοὺς ἐν ἀλγήμασιν ὄντας καὶ νόσοις, οὓς ἔδησεν ὁ Σατανᾶς.

(A f. 191 b) Ἀλλ' ὁ τῆς ἀχαρίστου Συναγωγῆς ἀρχισυνάγωγος, ἐπειδὴ εἶδε τὴν τὰ μέλη δεδεμένην

[72] Num. XII, 10 seqq.

(1) Contra Nestorianos hæc dici manifestum est.

Digitized by Google

γυναῖκα, καὶ ὀρθοποδεῖν μὴ δυναμένην, ἀλλ' εἰς γῆν καὶ ἐπὶ γαστέρα συννεύουσαν, ὑπὸ Χριστοῦ ἠλεημένην, καὶ ἁφῇ μόνῃ τέλεον ἀνορθωθεῖσαν, καὶ τὴν τοῖς ἀνθρώποις οἰκείαν πορείαν ἐν ὀρθίῳ τῷ σχήματι ὁδεύουσαν, καὶ ὑπὲρ τούτου τὸν Θεὸν μεγαλύνουσαν, ἄχθεται τῇ ταύτης λύσει, καὶ ἐπὶ τῇ δόξῃ τοῦ Κυρίου πυρπολούμενος, δεσμεῖται τῷ φθόνῳ· καὶ ὑπηρεάζει τῷ θαύματι, καὶ τὸν Κύριον ἀφεὶς τὸν ἐλέγξαντα τὴν τούτου ὑπόκρισιν, τοῖς ὄχλοις ἐπιτιμᾷ· ὥστε δόξαι ὅτι διὰ τὸ Σάββατον ἀγανακτεῖ· ἵνα πείσῃ τοὺς ἐν ταῖς ἄλλαις ἡμέραις διεσκορπισμένους, καὶ ταῖς ἐργασίαις σχολάζοντας, μηδὲ ἐν Σαββάτῳ θεατὰς εἶναι καὶ θαυμαστὰς τῶν τοῦ Κυρίου τερατουργημάτων, μή ποτε καὶ πιστεύσωσιν. Ἀλλ' εἰπὲ ἡμῖν, ὦ βασκανίας ἀνδράποδον, ὁποῖον ἔργον ὁ νόμος ἐκώλυσεν, ὁ εἰπών σοι· « Ἀπὸ παντὸς ἔργου χειροκμήτου ἀποστήσῃ τῇ ἡμέρᾳ τοῦ Σαββάτου; » Ἆρα τὸ διὰ στόματος καὶ διὰ λόγου; Παῦσαι γοῦν ἐσθίων, καὶ πίνων, καὶ ὁμιλῶν, καὶ ψάλλων ἐν Σαββάτῳ. Καὶ εἰ μὴ ταῦτα πράττεις, μηδὲ τὸν νόμον ἀναγινώσκεις, ἵνα τί σοι καὶ τὸ Σάββατον; Ἀλλὰ τὸ διὰ χειρῶν. Καὶ ποῖον διὰ χειρῶν ἔργον, τὸ φωνῇ γυναῖκα ἀνορθῶσαι; Εἰ δ' ὅτι ἔργῳ ἡ γυνὴ τεθεράπευται τοῦτο ἐργασίαν καλεῖς, ἔργον ἐργάζῃ καὶ σὺ τὴν θεραπείαν μεμφόμενος. Ἀλλ' εἰπέ, φησί· Ἀπολέλυσαι τῆς ἀσθενείας· καὶ ἀπολέλυται. Τί δέ; οὐ καὶ σὺ λύεις τὴν ζώνην ἐν Σαββάτῳ; οὐ τῶν ποδῶν ἐκλύεις τὸ ὑπόδημα; οὐ τὴν στρωμνὴν στρωννύεις; οὐ τὴν χεῖρα ἀποσμήχεις ῥυπῶσαν ἐν ἐδέσμασι; Πῶς οὖν ἐφ' ἑνὶ μόνῳ λόγῳ τῷ « Ἀπολέλυσαι » ἀγανακτεῖς; Ὁποῖον δὲ καὶ ἔργον ἡ γυνὴ μετὰ τὸν λόγον εἰργάσατο; Ἆρά γε χαλκευτικῆς, ἢ τεκτονικῆς, ἢ οἰκοδομικῆς ἐφήψατο; Ἆρα ἐν αὐτῇ τῇ ἡμέρᾳ ὑφαντικῆς ἢ ἱστουργικῆς ἔργον μετεχειρίσατο; Ἀλλ' ἀνωρθώθη, φησί· ἔργον γὰρ ὅλως ἐστὶ τὸ θεραπεύεσθαι. Ἀλλὰ γὰρ οὐ διὰ τὸ Σάββατον ἀληθῶς ἀγανακτεῖς, ἀλλὰ τὸν Χριστὸν βλέπων τιμώμενον καὶ ὡς Θεὸν προσκυνούμενον, μαίνῃ καὶ ἀποπνίγῃ, καὶ τῇ βασκανίᾳ κατατήκῃ· καὶ ἕτερα μὲν ἐν τῇ καρδίᾳ ἐνδομυχᾷς, ἄλλον δὲ σκῆπτῃ καὶ προφασίζῃ. Ὅθεν καὶ χαριέστατα ὑπὸ τοῦ Κυρίου τοῦ εἰδότος τοὺς ματαίους σου διαλογισμοὺς ἐλέγχῃ· καὶ τὴν ἁρμόζουσάν σοι δέχῃ προσηγορίαν, *ὑποκριτὴς* ἀκούσας καὶ *εἴρων* καὶ *ὕπουλος*.

A pedibus consistere valentem, sed humi et in ventrem curvam, nunc demum a Christo misericordiam adeptam, et unico tactu perfecte sanatam, et consueto hominibus incessu, figura erecta, ambulantem, ideoque Deum magnificantem; Synagogæ, inquam, princeps moleste fert hanc sanitatem, et Domini gloriæ irascens, invidia corripitur, calumniatur miraculum, omissoque Domino qui ejus hypocrisin coarguturus erat, turbas objurgat, ut videatur Sabbati gratia stomachari: re tamen vera, ut suadeat hominibus, qui diebus aliis dispersi negotiis propriis vacabant, quominus ne Sabbato quidem spectatores fiant et admiratores Domini miraculorum, atque ita ad fidem aliquando accedant. Sed age dic nobis, o livoris mancipium, B quodnam operis genus lex tibi vetuit, quæ ait: « Omni opere manuali die Sabbati abstinebis [73]? » Num oris opus aut sermonis intelligit? A comedendo igitur cessa, et a bibendo, sermocinando, atque etiam psallendo in Sabbato. Quod si hoc non facis, neque legis lectioni vacas, cur tibi Sabbatum? At opus manuale vetitum dicis. Quale vero est manuale opus, mulieris vocali jussu erectio? Quod si, quia revera mulier sanata fuit, ea res a te appellatur opus, tu quoque opus facis dum hanc reprehendis sanationem. Atqui ais, dixit ille: Dimissa esto ab infirmitate, et dimissa est. **319** Quid porro? Nonne et tu zonam solvis Sabbato? nonne pedum calceamenta exuis? nonne lectum sternis? nonne C manum eduliis inquinatam abstergis? Cur ergo huic uni vocabulo « Dimissa esto » irasceris? Quodnam vero opus et ipsa mulier post illa verba egit? Num fabrile, aut lignarium, aut murarium tractavit? Num istac ipsa die telam aut licium attigit? At erecta est, inquit: prorsus autem in operibus reputatur sanatio. Verum enimvero tu haud propter Sabbatum reapse irasceris, sed quia Christum cernis honore affici et tanquam Deum adorari, furis, angeris, et invidia tabescis: et aliud quidem corde celas, aliud simulas et prætexis. Quare egregie a Domino argueris, qui stultas tuas cogitationes introspicit, et tibi congruas lucraris appellationes, *hypocrita* audiens, *simulator*, atque *subdolus*.

Ὑποκριτά, ἕκαστος ὑμῶν τῷ Σαββάτῳ οὐ λύει τὸν βοῦν αὐτοῦ; κ. τ. λ. Ταύτην δὲ θυγατέρα Ἀβραὰμ οὖσαν, κ. τ. λ.

D V. 15, 16. *Hypocrita, unusquisque vestrum Sabbato non solvit bovem suum?* etc. *Hanc autem filiam Abrahæ*, etc.

(A f. 192) Σὺ [cod. οὐ pro σὺ] θαυμάζεις γάρ, φησὶ, τὸν λύσαντα τὴν τοῦ Ἀβραὰμ θυγατέρα· ἀλλὰ βοῦν μὲν καὶ ὄνον ἀναπαύεις, καμάτων αὐτοὺς ἀνιεὶς καὶ ἀποφέρων ἐφ' ὕδωρ· σωζομένου δὲ παραδόξως ἀνθρώπου νενοσηκότος, καὶ Θεοῦ κατοικτείραντος, ἀμφοτέροις ἐπιτιμᾷς ὡς παρανομήσασι, τῷ μὲν ὅτι τεθεράπευκε, τῷ δὲ ὅτι τοῦ νοσεῖν ἀπηλλάττετο. — (A f. 192) Θέα μοι τὸν ἀρχισυνάγωγον, ὅπως ἀτιμότερος αὐτῷ τοῦ κτήνους

Tu miraris, inquit, illum qui Abrahæ solvit filiam; simulque bovi et asino quietem indulges, laboribus eos liberans et potatum ducens: nunc homine mirabiliter incolumi, Deoque benigne se gerente, ambos objurgas uti transgressores, hunc quia sanavit, illam quia morbo liberata fuit. — Specta mihi archisynagogum, quomodo vilior sit apud illum jumento homo, siquidem bovem atque asinum Sabbato cura dignatur, curvam autem mulierem non vult, Christo

[73] Deut. xvi, 15.

Digitized by Google

invidens, infirmitate liberari, neque naturalem recuperare figuram. — Sed Synagogæ lividus princeps erectam a Domino mulierem, quadrupedis potius instar deorsum repere volebat, quam proprium hominum recipere habitum : modo Christus non magnificaretur, neque Deus actibus suis demonstraretur. Coarguitur ergo archisynagogus hypocrita, qui bruta quidem animalia Sabbato ad aquam deducere paratus erat, mulierem vero, non magis genere quam fide Abrahæ filiam, haud **320** æquum censebat infirmitatis vinculo solvi; sed liberationem a morbo transgressionem esse legis judicabat.

A ἐστὶν ὁ ἄνθρωπος, εἴ γε βοῦν καὶ ὄνον ἐν Σαββάτῳ προνοίας ἀξιοῖ· τὴν δὲ συγκεκυφυῖαν γυναῖκα οὐ βούλεται βασκαίνων Χριστῷ ἀπαλλαγῆναι τῆς ἀσθενείας, οὐδὲ τὸ κατάλληλον ἀπολαβεῖν σχῆμα. — (A f. 192) Ἀλλ' ὁ τῆς Συναγωγῆς ἄρχων ὁ βάσκανος ἐβούλετο τὴν ἀνορθωθεῖσαν γυναῖκα, κατὰ τὰ τετράποδα μᾶλλον κάτω κεκυφέναι, ἢ τὸ οἰκεῖον ἀνθρώποις ἀπολαβεῖν σχῆμα· μόνον ἵνα μὴ Χριστὸς μεγαλύνηται, μηδὲ Θεὸς εἶναι ὑπὸ τῶν πραγμάτων κηρύττηται. Ἐλέγχεται μέν τοι ὁ ἀρχισυνάγωγος ὑποκριτὴς ὤν, εἴ γε τὰ μὲν ἄλογα ζῶα ἐν Σαββάτῳ ἐπὶ τὸ ὕδωρ ἀπάγοι, τὴν δὲ γυναῖκα, τὴν οὐ μᾶλλον διὰ τὸ γένος ὅσον διὰ τὴν πίστιν Ἀβραὰμ οὖσαν θυγατέρα, οὐκ ἀξιοῖ λυθῆναι τοῦ δεσμοῦ τῆς ἀσθενείας· ἀλλὰ τὴν ἐλευθερίαν τῆς νόσου, παράβασιν κρίνει τοῦ Σαββάτου.

V. 17. *Erubescebant omnes adversarii ejus.*

Pudebat eos qui corrupta mentis judicia gerebant; qui in angularem lapidem impegerant, ideoque confracti fuerant; qui medico adversabantur; qui sapienti figulo fracta vasa instauranti resistebant : nec ullum eis responsum supererat, sed ipsi sibi irrefutabiles accusatores erant, muti effecti prorsus, et quid jam loquerentur ignari. Adeo audax illorum os oppilaverat Dominus! Turbæ autem, miraculorum utilitatem expertæ, gestiebant. Namque operum fama et gloria quæstionem omnem et ambiguitatem haud malitiose inquirentibus dissolvebat.

B *Κατησχύνοντο πάντες οἱ ἀντικείμενοι αὐτῷ.*

(A f. 192) Κατησχύνοντο μὲν οἱ διεφθαρμένας τὰς κρίσεις ἐκφέροντες· οἱ τῷ ἀκρογωνιαίῳ προσκόπτοντες, καὶ διὰ τοῦτο συνθλώμενοι· οἱ τῷ ἰατρῷ ἀνθεστηκότες· οἱ τῷ σοφῷ κεραμεῖ τὴν τῶν διαστραφέντων σκευῶν ἐπανόρθωσιν ποιουμένῳ ἀντιπίπτοντες· καὶ οὐδὲ μία αὐτοῖς ἀπόκρισις ὑπελείπετο· ἀλλ' ἦσαν αὐτοὶ ἑαυτοῖς ἔλεγχος ἀναντίρρητος, ἐπιστομιζόμενοι καὶ ἀπορούμενοι ὅ τι ἄρα καὶ φθέγξονται. Οὕτως αὐτῶν ἀπέῤῥαψε τὸ θρασὺ στόμα ὁ Κύριος! οἱ δὲ ὄχλοι, οἷα ὠφελούμενοι ἐκ τῶν σημείων, ἔχαιρον· τὸ γὰρ ἔνδοξον τῶν ἔργων καὶ περιφανὲς ἔλυε πᾶσαν ζήτησιν καὶ ἀμφιβολίαν τοῖς μὴ κακοήθως ζητοῦσιν.

V. 19. *Simile est (regnum Dei) grano sinapis.*

Pulchra similitudo, neque non idonea ad demonstrandum ea quæ accidebant, id est, quæ in divina C sacraque Evangelii prædicatione fiebant, quam etiam regnum Dei appellat; etenim per Evangelium lucramur, ut una cum Christo aliquando regnemus. Et Dei quidem regnum, ad paucos olim redactum, dilatatum postea est, atque ad cunctas gentes propagatum. Prius enim in sola Judæa prædicatum fuit, ubi etiam pauci valde exstiterunt beati discipuli. Verumtamen non credente Israele, sanctis apostolis mandavit dicens : « Euntes docete omnes gentes [74], » et reliqua. Sicut ergo sinapis semen cæteris olerum seminibus longe minus est ad molem quod attinet, alte tamen consurgit, ultra cujusvis oleris mensuram, ita ut passerculorum multorum habitaculum fiat; ita etiam cœlorum regnum, id est, nova et sacra ac salutaris prædicatio, per D quam ad optimum quodvis opus deducimur, et eum qui suapte natura vereque Deus est cognovimus; etsi apud paucos initio erat, et breve veluti atque contractum, deinde in amplitudinem excrevit, ita ut receptui sit confugientibus illuc, qui **321** passerculis etiam comparantur, quia nimirum res nostræ Deo comparatæ exigui valde moduli sunt. Data fuit quidem Israelis filiis per Moysen lex : sed quia impossibile erat propter hærentem illic umbram materialemque cultum, salvari mundi incolas, necessario deinde evangelica Servatoris exorta est prædicatio, atque universo orbe diffusa.

*Ὅμοία ἐστὶ κόκκῳ σινάπεως.*

(A f. 193) Εὐφυὲς τὸ παράδειγμα, καὶ οὐκ ἀνικάνως ἔχον εἰς παράστασιν τῶν συμβεβηκότων, ἤγουν γενομένων ἐπὶ τῷ θείῳ τε καὶ ἱερῷ κηρύγματι, φημὶ δὴ τῷ εὐαγγελικῷ, ὃ δὴ καὶ βασιλείαν ὀνομάζει τοῦ Θεοῦ· δι' αὐτοῦ γὰρ κερδαίνομεν τὸ συμβασιλεῦσαι Χριστῷ. Καὶ ἦν μὲν ἐν ἀρχαῖς παρ' ὀλίγοις καὶ συνεσταλμένον, ἐπλατύνθη δὲ καὶ διέδραμε μετὰ ταῦτα εἰς πάντα τὰ ἔθνη. Ἐλαλήθη μὲν γὰρ κατὰ μόνην τὴν Ἰουδαίαν, ἐν ᾗ καὶ εὐαρίθμητοι παντελῶς γεγόνασιν οἱ μακάριοι μαθηταί· ἀπειθήσαντος δὲ τοῦ Ἰσραὴλ, τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις ἐνετέλλετο λέγων· « Πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, » καὶ τὰ ἑξῆς. Ὥσπερ οὖν τὸ σπέρμα τοῦ σινάπεως, τοῦ μὲν ἑτέρων λαχανικῶν σπερμάτων ἡττᾶται λίαν εἰς τὸ ἐν μεγέθει ποσὸν, ἀνίσχει γε μὴν εἰς ὕψος, λαχανοπρεποῦς ἐπέκεινα μέτρου, ὥστε καὶ στρουθίων ἐναύλισμα γενέσθαι πολλῶν· οὕτω καὶ ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν, τουτέστι τὸ νέον τε καὶ ἱερὸν καὶ σωτήριον κήρυγμα, δι' οὗ πρὸς πᾶν ὁτιοῦν τῶν ἀρίστων ἀνδραγαθημάτων πεποδηγήμεθα, καὶ φύσει τε καὶ ἀληθῶς ὄντα Θεὸν ἐγνώκαμεν, ὡς παρ' ὀλίγοις μὲν ἦν ἀρχαῖς, καὶ οἷον βραχὺ καὶ συνεσταλμένον, προβέβηκε δὲ μετὰ τοῦτο πρὸς αὔξησιν· ὥστε καὶ εἰς σκέπην γενέσθαι τοῖς προσιοῦσιν αὐτῷ, οὓς δὴ καὶ στρουθίοις παρεικαστέον, Θεῷ γὰρ τὰ καθ' ἡμᾶς ἐν ὀλίγοις κομιδῇ μέτροις εἰσίν. Ἐδόθη μὲν γὰρ τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ ὁ διὰ Μωϋσέως νόμος· ἐπειδὴ δὲ ἦν ἀνέφικτον διὰ τῆς ἐν αὐτῷ σκιᾶς, καὶ σωματικῆς λατρείας, διασωθῆναι δύνασθαι τοὺς ἐπὶ τῆς γῆς, λοιπὸν ἀναγκαίως τὸ εὐαγγελικὸν καὶ σωτήριον ἀνέφυ κήρυγμα, καὶ εἰς ὅλην ἐκτέτασται τὴν ὑπ' οὐρανόν.

[74] Matth. xxviii, 19.

Digitized by Google

(A f. 193 b) Τοῦτο ἡμῖν αἰνιγματωδῶς τὸ Μωσαϊκὸν ἐσήμαινε γράμμα· ἔχει δὲ οὕτως· « Καὶ ἐλάλησε Κύριος πρὸς Μωϋσῆν λέγων· Ποίησον σεαυτῷ δύο σάλπιγγας ἐλατὰς, ἀργυρᾶς ποιήσεις αὐτὰς, καὶ ἔσονταί σοι ἀνακαλεῖν τὴν συναγωγὴν, καὶ ἐξαίρειν τὰς παρεμβολάς. » Καὶ μεθ' ἕτερα· « Καὶ οἱ υἱοὶ Ἀαρὼν οἱ ἱερεῖς σαλπιοῦσι ταῖς σάλπιγξι· καὶ ἔσται ὑμῖν νόμιμον αἰώνιον εἰς τὰς γενεὰς ὑμῶν. » Ἵν' ἐντεῦθεν ἐννοῇς καὶ τὴν τοῦ νόμου παιδαγωγίαν, καὶ τελείωσιν τὴν διὰ Χριστοῦ διὰ πολιτείας εὐαγγελικῆς καὶ μυσταγωγίας τῆς ὑπὲρ σκιὰν καὶ τύπους. Σάλπιγξ δὲ οὖν ὁ νόμος· ὁμοίως δὲ καὶ τὸ εὐαγγελικὸν καὶ σωτήριον κήρυγμα· οὕτω γὰρ αὐτοῦ διαμνημονεύει καὶ ὁ προφήτης Ἡσαΐας, λέγων· « Καὶ ἔσται ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, σαλπιοῦσι τῇ σάλπιγγι τῇ μεγάλῃ. » Μεγάλη γὰρ ὄντως ἀνεφώνησε σάλπιγξ, ἡ διά γε τῶν ἁγίων ἀποστόλων, οὐκ ἀθετοῦσα τὴν πρώτην, συνεισδεχομένη δὲ καὶ αὐτήν· διὰ γὰρ νόμου καὶ προφητῶν, ἐμπεδοῦσιν ἀεὶ τὸν ἐπὶ Χριστῷ λόγον, μαρτυρίαις χρώμενοι ταῖς ἀρχαιοτέραις. Οὐκοῦν δύο μὲν αἱ σάλπιγγες, ἀργυραῖ δὲ καὶ ἐλαταί· τοῦ μὲν ἀργύρου κατασημαίνοντος τὴν φαιδρότητα, λαμπρὸς γάρ ἐστιν ὁ παρὰ Θεοῦ λόγος· τοῦ γε μὴν ἐλάσματος ὑποφαίνοντος, ὅτι προβήσονται καὶ προκόψουσιν αἱ ἱεραί τε καὶ θεῖαι σάλπιγγες, ἤγουν τὸ νέον τε καὶ ἀρχαῖον κήρυγμα· προκόπτει γὰρ ἀεί πως τὸ ἐλαυνόμενον, καὶ εἰς εὐρός-τε καὶ μῆκος ἐκτείνεται· ἔμελλον δὲ προκόπτειν, ἐπιλάμψαντος τοῦ Χριστοῦ· ὁ μὲν παλαιὸς νόμος, εἰς θεωρίαν πνευματικήν· τὸ δὲ κήρυγμα τὸ εὐαγγελικὸν, εἰς τὸ πάσης κατευρυνθήσεσθαι τῆς ὑπ' οὐρανόν. Πλὴν τοῖς ἱερεῦσιν ὁ νόμος ἐδίδου τὸ χρῆναι ταῖς σάλπιγξι διατάττειν τοὺς λαούς· δέδοται γὰρ παρὰ Χριστοῦ τὸ διακηρύττειν αὐτὸν καὶ τὰ αὐτοῦ θεσπίσματα, τοῖς τῶν νέων κηρυγμάτων ἱερουργοῖς, δῆλον δὲ ὅτι τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις. Ὅτι δὲ ἔμελλεν εἰς αὔξησιν ὥσπερ ἀναπηδᾷν, βραχὺς ὢν ἐν ἀρχαῖς τῶν εὐαγγελικῶν κηρυγμάτων ὁ λόγος, ἀταλαίπωρον ἰδεῖν, προηγορευκότος Θεοῦ διὰ φωνῆς Ἡσαΐου περὶ αὐτοῦ, ὅτι « Ἐνεπλήσθη ἡ σύμπασα τοῦ γνῶναι τὸν Κύριον, ὡς ὕδωρ πολὺ κατακαλύψαι θαλάσσης. » Θαλάσσης γὰρ δίκην ἐκκέχυται πανταχοῦ τὸ σωτήριον κήρυγμα, καὶ πανσθενεστάτην ἔχει τὴν ἐμβολήν· καὶ τοῦτο πάλιν ἡμῖν διασαφεῖ λέγων ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, διὰ προφήτου φωνῆς· « Καὶ κυλισθήσεται ὡς ὕδωρ, κρῖμα· καὶ δικαιοσύνη, ὡς χείμαρρος ἄβατος. » *Κρῖμα* μὲν γὰρ καὶ *δικαιοσύνην*, τὸ εὐαγγελικὸν ὀνομάζει κήρυγμα· οὕτω γε μὴν αὐτὸ κατακυλισθήσεσθαι διεβεβαιοῦτο τῆς ὑπ' οὐρανὸν, ὡς ὕδωρ καὶ χειμάρρουν· οὗ τὰς ὁρμὰς ἐγκόψειεν ἂν οὐδεὶς καταχεομένου λαύρως.

A Id nobis ænigmatice modo Mosaicæ significant litteræ, quæ ita se habent: Dixitque Dominus Moysi: « Fac tibi duas tubas argenteas ductiles, quibus convocare possis multitudinem, quando movenda sunt castra [75]. » Et infra: « Filii autem Aaronis sacerdotes clangent tubis; eritque hoc legitimum sempiternum in generationibus vestris [76]; » nempe ut hinc intelligas et legis pædagogatum, et perfectionem in Christo per evangelicam vitam, et magisterium quod umbram figurasque excedit. Tuba ergo lex est pariterque evangelica quoque Servatoris prædicatio. Sic enim hujus meminit etiam Isaias propheta, dicens: « Et erit die illa, tuba magna clangent [77]. » Grandis reapse insonuit tuba per sanctos apostolos, haud sane priorem legem destruens, sed una secum B complectens. Nam hi lege atque prophetis confirmant semper Christi doctrinam, dum ipsorum priscis testimoniis utuntur. Duæ sunt igitur tubæ, et quidem argenteæ ductilesque: ita ut argentum lætitiam significet, splendidus enim Dei sermo est: ductilis autem natura ejusdem innuat, fore ut dilatentur ac longius provehantur sacræ divinæque tubæ, id est nova simul et vetus doctrina. Re etenim vera semper quodammodo proficit, id quod dilatatur lateque et longe protenditur. Futurum autem erat ut utraque doctrina excresceret, Christo apparente; vetus quidem lex in spiritalem sensum excrevit; evangelica autem prædicatio, sua per universum orbem dilatatione. Verumtamen sacerdotibus dabat lex tubarum usum, ob regendum po- C pulum; Christus autem ut se prædicarent **322** doctrinamque suam, novæ prædicationis sacerdotibus, id est sanctis apostolis, attribuit. Quod vero incrementum quodammodo esset capturus, qui initio exiguus erat sermo evangelicus, facile est cognoscere, Deo per Isaiam sic prænuntiante: « Repleta est universa terra scientia Domini, sicut aquæ maris operientes [78]. » Enimvero maris instar quaque versus salutaris prædicatio effunditur, et validissimam facit impressionem. Atque hoc rursus declarat nobis prophetæ ore universalis Deus: « Et volvetur quasi aqua judicium, et justitia quasi torrens intransibilis [79]. » Nam *judicium* atque *justitiam* nominat evangelicam prædicationem; quam sic per orbem D volvendam affirmabat, ceu aquam atque torrentem, cujus impetum violenter decurrentem nemo potest infringere.

*Ὅμοια ἐστὶ ζύμῃ*, κ. τ. λ.

V. 21. *Simile est fermento*, etc.

(A f. 194 b, B f. 135) Ὁ αὐτὸς δ' ἂν γένοιτο λόγος, καὶ περὶ τοῦ ζύμῃ παραβεβλῆσθαι τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ· μικρὰ μὲν γὰρ ἡ ζύμη, πλὴν τοῦ παντὸς φυράματος ἀμελητὶ καταδράττεται, καὶ τὴν ἰδίαν αὐτῷ ποιότητα καταμίσγει γοργῶς. Τοιοῦτόν τι καὶ ἐν ἡμῖν ὁ θεῖος ἐργάζεται λόγος· γεγονὼς

Simili modo dicendum est de fermento quod cum regno Dei comparatur. Etenim tenue sane fermentum est, nihilo tamen minus universam sine mora massam corripit, suamque vivaciter qualitatem immiscet. Hujusmodi quid in nobis quoque divinus operatur sermo: namque ad nos delatus, sanctos

[75] Num. x, 2. [76] ibid. 8. [77] Isa. xxvii, 13. [78] Isa. xi, 9. [79] Amos v, 24.

Digitized by Google

inculpabilesque efficit ; et in mentem et cor receptus, spirituales ostendit ; ut, quod ait Paulus [80], universus spiritus noster et corpus et anima sine querela servetur in die Domini Jesu Christi. Nam quod in mentes nostras divinus influat sermo, patefaciet his verbis universalis Deus per unum de prophetis : « Ecce dies veniunt, dicit Dominus, et complebo super domum Israelis, et super domum Judæ novum fœdus, tradens leges meas mentibus illorum, et in eorumdem cordibus scribens [81]. » In mentem igitur atque cor, intellectuale divinumque fermentum recipiamus ; ut per tam sacram sanctamque rem spiritualiter azymi inveniamur. Etenim in mentem repens evangelici magisterii vis vivifica, animam simul et corpus in suam veluti qualitatem convertit.

A γὰρ ἐν ἡμῖν, ἁγίους καὶ ἀμώμους ἀποτελεῖ· καὶ εἰς νοῦν καὶ καρδίαν εἰσδεδυκὼς, πνευματικοὺς ἀποφαίνει· ἵν' ὡς ὁ Παῦλός φησι, ὁλόκληρον ἡμῶν τὸ πνεῦμα, καὶ τὸ σῶμα, καὶ ψυχὴ ἀμέμπτως τηρηθείη ἐν τῇ ἡμέρᾳ τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ. Ὅτι γὰρ ἐν τῷ βάθει τῆς διανοίας ἡμῶν ὁ θεῖος εἰσχειται λόγος, σαφηνιεῖ λέγων ὁ τῶν ὅλων Θεὸς δι' ἑνὸς τῶν προφητῶν· « Ἰδοὺ ἡμέραι ἔρχονται, λέγει Κύριος, καὶ συντελέσω ἐπὶ τὸν οἶκον Ἰσραὴλ καὶ ἐπὶ τὸν οἶκον Ἰούδα διαθήκην καινὴν, διδοὺς νόμους μου· εἰς τὰς διανοίας αὐτῶν ἐπιγράψω αὐτούς. » Οὐκοῦν εἰς νοῦν καὶ καρδίαν, τὴν νοητὴν καὶ θείαν δεχώμεθα ζύμην, ἵνα διὰ τῆς οὕτω σεπτῆς καὶ ἁγίας ζύμης ἄζυμοι νοητῶς εὑρισκώμεθα. Εἰσδύνουσα γὰρ εἰς νοῦν τῆς εὐαγγελικῆς παιδεύσεως ἡ ζωοποιὸς ἐνέργεια, ψυχήν B τε, καὶ σῶμα, καὶ πνεῦμα πρὸς τὴν ἰδίαν ὥσπερ ποιότητα μεταστοιχειοῖ.

V. 23. **323** *Ait autem illi quidam : Domine, num pauci sunt qui salvantur ? Ipse autem dixit ad illos : Contendite intrare per angustam portam*, etc.

(1) Videtur quodammodo responsio extra scopum interrogantis excurrere. Ille enim sciscitatus fuerat, num pauci salvarentur ; hic autem rationem qua possent justificari exponit dicens : « Contendite intrare per angustam portam. » Quid ergo hic dicimus ? Solebat universalis Servator interrogantibus respondere, haud omnino prout ipsis libebat, sed spectare potius quid audientibus utile foret ac necessarium. Id vero potissimum agebat, cum aliquis supervacanea atque inutilia cognoscere avebat. Cur enim opus erat velle rescire, utrum multi an pauci sint qui salvantur ? Quænam hinc utilitas audientibus obveniebat ? Verum enimvero necessarium erat et utile cognoscere viam potius qua quispiam ad salutem pergeret. Prudenter itaque vanam interrogationem silentio transmittit, verba autem sua ad necessariam rem convertit ; videlicet ad docendum quid facto opus esset ut per angustam arctamque januam intremus. Hoc ipsum et alibi monuerat dicens : « Intrate per angustam portam ; nam lata spatiosaque via est quæ ducit ad perditionem, multique per eam intrant : angusta vero et arcta via est quæ ad vitam ducit, et pauci sunt qui inveniunt illam [82]. » Nam volentibus pervenire necessaria in primis est recta fides ; deinde inculpata D vita, quantum humana justitia esse potest. Sic enim aliquando David etiam propheta Deum his verbis precabatur : « Judica me, Domine, secundum justitiam meam [83]. » Verumtamen ii qui sancte vivere volunt, haud queunt sine Deo vocante id agere. Semper enim aspera et ardua, multisque haud gradibilis, quæ ducit ad virtutem via est. Facile vero introibit per angustam portam, **324** et arcta via

Εἶπε δέ τις αὐτῷ· *Κύριε, εἰ ὀλίγοι οἱ σωζόμενοι ; Ὁ δὲ εἶπε πρὸς αὐτούς· Ἀγωνίζεσθε εἰσελθεῖν διὰ τῆς στενῆς πύλης*, κ. τ. λ.

(A f. 195 b, B f. 135, D f. 55) Δοκεῖ πως ἡ ἀπόκρισις ἔξω φέρεσθαι σκοποῦ τοῦ ἐρωτήσαντος. Ὁ μὲν γὰρ ἠξίου μαθεῖν, εἰ ὀλίγοι οἱ σωζόμενοι· ὁ δὲ τὴν τοῦ δύνασθαι δικαιωθῆναι τρίβον ἐξηγεῖτο, λέγων· « Ἀγωνίζεσθε εἰσελθεῖν διὰ τῆς στενῆς πύλης. » Τί οὖν ἄρα πρὸς τοῦτό φαμεν ; Ἔθος ἦν τῷ πάντων Σωτῆρι Χριστῷ, τοῖς ἐρωτῶσιν αὐτὸν ὑπαντᾷν, οὐχὶ πάντως κατὰ τὸ αὐτοῖς δοκοῦν, ἀλλ' εἰς τὸ χρήσιμόν τε καὶ ἀναγκαῖον τοῖς ἀκροωμένοις ὁρᾷν. Ἔδρα δὲ τοῦτο μάλιστα, ὅτε τις ἠξίου μαθεῖν τι τῶν ὅσα περιττά ἐστι καὶ ἀνόνητα. C Τί γὰρ ἔδει φιλοπευστεῖν, πότερόν ποτε πολλοί τινες εἶεν ἢ ὀλίγοι οἱ σωζόμενοι ; Τί τὸ ἐντεῦθεν ὄφελος ἐκβέβηκεν ἂν τοῖς ἀκροωμένοις ; Ἦν δὲ ἀναγκαῖον καὶ λυσιτελὲς τὸ εἰδέναι μᾶλλον τὸν τρόπον δι' οὗπερ ἄν τις ἴοι πρὸς σωτηρίαν· οὐκοῦν οἰκονομικῶς πρὸς μὲν τὸ τῆς ἐρωτήσεως εἰκαῖον, ἀποσιγᾷ· μεθίστησι δὲ τοὺς λόγους ἐφ' ὅπερ ἦν ἀναγκαῖον· τοῦτο δὲ ἦν τὸ εἰδέναι ὁρᾷν ἐκεῖνα δι' ὧν ἦν δύνασθαι τὴν στενὴν καὶ τεθλιμμένην εἰσελάσαι πύλην. Τοῦτο γάρ που καὶ ἑτέρωθι διδάσκων φησίν· « Εἰσέλθετε διὰ τῆς στενῆς πύλης· ὅτι πλατεῖα ἡ πύλη, καὶ εὐρύχωρος ἡ ὁδὸς ἡ ἀπάγουσα εἰς τὴν ἀπώλειαν, καὶ πολλοί εἰσιν οἱ εἰσερχόμενοι δι' αὐτῆς· στενὴ δὲ ἡ πύλη καὶ τεθλιμμένη ἡ ὁδὸς ἡ ἀπάγουσα εἰς τὴν ζωὴν, ὀλίγοι δέ εἰσιν οἱ εὑρίσκοντες αὐτήν. » Τοῖς γὰρ ἐθέλουσιν ἐλθεῖν, δεῖ δὴ πάντως πίστεως μὲν, καὶ πρό γε τῶν ἄλλων, ὀρθῆς· εἶτα, βίου ἀλήπτου κατά γε τὸ μέτρον τῆς ἀνθρωπίνης δικαιοσύνης. Οὕτω γάρ που καὶ ὁ προφήτης Δαβὶδ τὰς πρὸς Θεὸν ἱκεσίας ἐποιεῖτο λέγων· « Κρῖνόν με, Κύριε, κατὰ τὴν δικαιοσύνην μου. » Πλὴν οὐκ ἔνεστι τοῖς ἐθέλουσι βιοῦν ἁγίως, ἀκλητὶ δύνασθαι τοῦτο ὁρᾷν (2)· ἀεὶ γάρ πώς ἐστι σκληρὰ καὶ ἀνάν-

[80] I Thess. v, 23. [81] Jerem. xxxi, 31, 38. [82] Matth. vii, 13, 14. [83] Psal. vii, 9.

(1) Ante subsequentia apud D. Thomam in cat. Lat. sic. « CYRILLUS. Angusta porta ærumnam et patientiam sanctorum significat. Sicut enim pugnarum victoria attestatur militis strenuitati, sic præclarum efficiet valida perpessio laborum et tentationum. »

(2) Animadverte gratiæ divinæ ad bene agendum necessitatem.

Digitized by Google

της, καὶ οὐ βάσιμος τοῖς πολλοῖς, ἡ εἰς ἀρετὴν ἀποφέρουσα τρίβος· εἰσελάσει δὲ ῥᾳδίως διὰ τῆς στενῆς πύλης, καὶ δραμεῖται τὴν τεθλιμμένην ὁ ἀγωνιζόμενος καὶ τοὺς τοιούτους πόνους αἱρούμενος. Γέγραπται γοῦν, ὅτι « Ἀνὴρ ἐν πόνοις πονεῖ ἑαυτῷ, καὶ ἐκβιάζεται ἑαυτοῦ τὴν ἀπώλειαν· » ὡς γὰρ αὐτὸς πάλιν ἔφη ὁ Κύριος· « Βιαστή ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν, καὶ βιασταὶ ἁρπάζουσιν αὐτήν. » Πλατεῖα δὲ ἡ πύλη, καὶ εὐρύχωρος ἡ ὁδὸς, ἡ πολλοὺς εἰς ὄλεθρον καταφέρουσα. Καὶ ὁποῖον ἂν νοηθείη τὸ πλάτος αὐτῆς; Αἰσχρὰ καὶ φιλήδονος ζωὴ, τρυφαὶ, καὶ κῶμοι, καὶ μέθαι, καὶ πάντα τὰ τῆς κακίας ἐπιτηδεύματα, ἡ φιλαργυρία, καὶ τῶν προσκαίρων δοξαρίων φαντασία κενὴ, τὸ ἀμνημονεῖν τῶν θείων ἐνταλμάτων, τὸ μὴ ἔχειν τὸν τοῦ Θεοῦ φόβον πρὸ ὀφθαλμῶν. Οὐκοῦν τῶν μὲν τοιούτων ἀποφοιτᾷν ἀναγκαῖον τοὺς εἰσβάλλειν ἐθέλοντας διὰ τῆς στενῆς πύλης, συνεῖναι δὲ καὶ συνεορτάζειν Χριστῷ· ὅτι γὰρ οἱ μὴ τοιοῦτοι ἀπόβλητοι, δι' ἐναργοῦς παραδείγματος διέδειξεν ὁ Σωτὴρ εἰπών·

A gradietur, qui conabitur, et hujusmodi labores exantlare decreverit. Scriptum est igitur : « Vir laborans, laborat sibi, et vim facit perditioni suæ[84] (2). » Sicut enim rursus idem ait Dominus : « Vim patitur regnum Dei, et violenti rapiunt illud[85]. » Lata vero porta et spatiosa via quæ multos ducit ad interitum. Quænam porro intelligetur latitudo ejus? turpis nimirum et voluptaria vita, deliciæ, comessationes, crapulæ, et omnia vitiorum studia, avaritia, et temporalis gloriolæ vana phantasia, divinorum mandatorum oblivio, Dei denique timorem non habere præ oculis. Ergo hæc omnia vitare oportet, si qui volunt per angustam portam intrare, et cum Christo versari æternumque festum peragere. Quod vero qui ejusmodi non sunt rejicientur, evidenti exemplo demonstrat Servator dicens:

B

Ἀφ' οὗ ἂν εἰσέλθῃ (1) ὁ οἰκοδεσπότης καὶ ἀποκλείσῃ τὴν θύραν, κ. τ. λ.

(A f. 197, B f. 135 b, C f. 137 b) Ὡς ἐπί τινος οἰκοδεσπότου πολλοὺς τῶν ἐπιτηδείων συναγηγερκότος εἰς ἑστίαν καὶ τράπεζαν, εἶτα προεισδεδηκότος μεθ' ὧν ἔδει τοῦτο δρᾷν, ἀποκλείσαντός τε τὴν θύραν, τοὺς μετὰ τοῦτο κρούοντας ἀκούσεσθαί φησιν· « Οὐκ οἶδα ὑμᾶς. » Γνῶσιν δὲ ἐνταῦθα οὐχ ἁπλῶς τὴν εἴδησιν λέγει, ἀλλὰ τὴν οἰκειότητα τὴν ἐν μεθέξει, τὴν ὡς ἐν χάριτι καὶ τιμῇ. Εἴπερ γὰρ ἡ γνῶσις μόνον ἡμῖν κατασημαίνεται εἴδησιν, πῶς ἠγνόησε τῶν ὄντων τινὰς, ὁ πάντα ἔχων γυμνὰ καὶ τετραχηλισμένα τοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ, ὁ καὶ πρὶν γενέσεως πάντα εἰδώς; Οὐκοῦν οὐ μόνον ἀνόητον, ἀλλὰ καὶ δυσσεβὲς, τὸ ἀγνοῆσαί τινας ὑποτοπῆσαι τὸν Κύριον· οἰησόμεθα δὲ μᾶλλον εἰπεῖν αὐτὸν, ὡς οὐδαμόθεν τὴν οἰκειότητα τὴν πρὸς αὐτὸν καὶ σχέσιν ἐπάγονται. Οὐκ οἶδα γὰρ, φησὶ, γεγονότας ἀρετῆς ἐραστάς· οὐ τὸν ἐμὸν τιμήσαντας λόγον, ἀλλ' οὐδὲ συναφθέντας ἐμοὶ διὰ πράξεων ἀγαθῶν. Ἀκολούθως καὶ πρὸς Μωϋσέα εἴρηται· « Οἶδά σε παρὰ πάντας, καὶ χάριν εὗρες παρ' ἐμοί· » ἀντὶ τοῦ· Ἐν οἰκειότητι τῇ ὑπὲρ πάντας ἑτέθης παρ' ἐμοὶ, καὶ πολλὴν ἐπορίσω τὴν χάριν. Οὐκοῦν καὶ περὶ τῶν οὐδαμόθεν οἰκειωθέντων αὐτῷ, λέγει· « Οὐκ οἶδα ὑμᾶς· ἀπόστητε ἀπ' ἐμοῦ, ἐργάται τῆς ἀδικίας. » — « Οὐδεμία γὰρ κοινωνία φωτὶ πρὸς σκότος. »

V. 26. *Cum autem intraverit paterfamilias, et ostium clauserit*, etc.

Cum si quis paterfamilias complures amicos suos congregaverit ad mensæ convivium, et deinde ipse introiverit quibuscum est cœnaturus, januamque occluserit; quicunque postea pulsaverint, audituros dicit : « Non novi vos. » Notitiam autem hoc loco non pro simplici scientia dicit, sed pro familiaritate, gratiæque et honoris communione. Nam si hic notitia scientiam strictim significaret, quomodo quemquam is ignoraret cui omnia nuda et revelata versantur ob oculos, et qui antequam etiam fiant cuncta scit? Est ergo non modo insanum sed etiam irreligiosum suspicari quidquam a Domino ignorari. Existimabimus potius dici ab ipso, quod hi nullam cum eo necessitudinem nexumque habeant. Non novi, inquit, vos amatores esse virtutis, non meam in pretio habentes **325** doctrinam, nec mecum per bonorum operum exercitia conjunctos. His consentanea Moysi quoque dicta fuerunt : « Novi te præ omnibus, gratiamque apud me nactus es[86]. » Nempe ad meam familiaritatem præ omnibus assumptus es, multamque gratiam consecutus. Quare et iis qui ipsius amicitiam non sunt adepti, dicit : « Non novi vos; discedite a me, operarii iniquitatis[87]. » — « Nulla enim communio lucis cum tenebris[87*]. »

C

D

Τίνες δ' ἂν νοηθεῖεν οἱ λέγοντες τῷ Χριστῷ· Ἐφάγομεν καὶ ἐπίομεν ἐνώπιόν σου; Ἁρμόσειεν ἂν ὁ τοιόσδε λόγος μάλιστα τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ, οἷς δὴ καὶ ἔφη Χριστὸς, ὅτι « Ὄψεσθε τοὺς περὶ τὸν Ἀβραὰμ καὶ τοὺς προφήτας ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ Θεοῦ, ἑαυτοὺς δὲ ἐκβαλλομένους ἔξω. » Πῶς οὖν ἤσθιον καὶ ἔπινον

Quinam vero credentur qui aiunt Christo, manducabimus et bibimus coram te? Congruit utique Israelitis potissimum sermo hic; quibus certe dicebat Christus : « Videbitis Abrahamum et prophetas in regno Dei, vos autem foras expelli. » Quomodo ergo manducabant atque bibebant coram Deo?

[84] Prov. xvi, 26. [85] Matth. xi, 12. [86] Exod. xxiii, 12. [87] Matth. vii, 23. [87*] II Cor. vi, 14.

(1) Scripsi εἰσέλθῃ cum aliquot codicibus apud Sabaterium et Scholtzium; sic enim legebat non solum vulgatus noster Lat., verum etiam Cyrillus, ut apparet infra ex vocabulo ejus προεισδεδηκότος. Vulgo tamen Græcus textus habet ἐγερθῇ.

(2) Apud Sabaterium bis Cassianus, et semel S. Hieronymus, ita habent ut nos Latine scripsimus. Flaminius Nobilius tamen in sua Proverbiorum translatione maluit interpretari : *Vim facit in interitum suum*; quod contrarium fortasse sensum exhibere videtur.



Digitized by Google

Nempe legali fungentes cultu; nam cruentas victimas Deo afferentes comedebant et lætabantur. Audiebant insuper in synagogis libros Moysis, qui non tam sua scripsit, quam Dei verba interpretatus est; etenim semper sermoni suo præfabatur : « Hæc dicit Dominus. » Haud tamen justificando homini sufficit cruentus cultus · neque suas quisquam abluet maculas, audiens quidem divinarum legum lectionem, nihil vero mandatorum exsequens. Alioqui etiam fidem non admittentes quæ impium justificat, nec evangelica statuta sectantes, quæ vires suppeditant ingenuæ præstantique vitæ agendæ, quo pacto regnum cœlorum adire poterunt? Prædictis annumerabis et nonnullos alios qui dicere interdum queunt omnium Judici : Comedimus coram te, et in plateis nostris tu docuisti. Quinam item hi erunt? Multi crediderunt in Christum, sanctasque ejus celebrant solemnitates, et ecclesias frequentantes evangelicas audiunt doctrinas; attamen sacrarum Scripturarum nihil in mente sua reponunt, sed fructus sterile gerunt cor. Hi quoque igitur amare flebunt, dentibusque stridebunt; namque et hos Dominus negabit. Ait itaque : « Non omnis qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum Dei, **326** sed qui facit voluntatem Patris mei qui in cœlis est [88]. »

ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ ; τὴν νομικὴν τελοῦντες λατρείαν· προσκομίζοντες γὰρ τῷ Θεῷ τὰς δι' αἵματος θυσίας, ἤσθιον καὶ ηὐφραίνοντο· ἠκροῶντο δὲ καὶ ἐν ταῖς συναγωγαῖς τῶν Μωϋσέως βιβλίων, οὐ τὰ ἑαυτοῦ γεγραφότος μᾶλλον, ἑρμηνεύοντος δὲ τὰ παρὰ τοῦ Θεοῦ· προανετίθει γὰρ ἀεὶ τῆς ἑαυτοῦ φωνῆς τό· « Τάδε λέγει Κύριος. » Ἀλλ' οὐκ ἀρκεῖ πρὸς δικαίωσιν ἡ δι' αἱμάτων λατρεία· οὐδ' ἂν ἀπονίψαιτό τις μολυσμοὺς, ἀκροατὴς μὲν τῶν θείων γενόμενος νόμων, πεπραχὼς δὲ οὐδὲν τῶν κεκελευσμένων· καὶ ἑτέρως δὲ τὴν πίστιν οὐ προσηκάμενοι τὴν δικαιοῦσαν τὸν ἀσεβῆ, οὐδὲ τοῖς εὐαγγελικοῖς θεσπίσμασιν ἀκολουθήσαντες, δι' ὧν ἦν δύνασθαι τὴν εὐφυᾶ καὶ ἐξειλεγμένην ἐξασκῆσαι ζωὴν, πῶς ἂν εἰσελάσειαν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ; Ἐπαριθμήσεις τοῖς ὠνομασμένοις καὶ ἑτέρους τινὰς δυναμένους εἰπεῖν ἔσθ' ὅτε τῷ πάντων Κριτῇ· Ἐφάγομεν ἐνώπιόν σου, καὶ ἐν ταῖς πλατείαις ἡμῶν ἐδίδαξας. Καὶ τίνες ἂν εἶεν οὗτοι πάλιν; Πολλοὶ πεπιστεύκασιν εἰς Χριστὸν, καὶ τὰς ἁγίας ἐπ' αὐτῷ τελοῦσιν ἑορτὰς, φοιτῶντες δὲ καὶ ἐν ἐκκλησίαις, τῶν εὐαγγελικῶν ἀκροῶνται παιδευμάτων· ἀποτίθενται δὲ εἰς νοῦν τῶν γεγραμμένων οὐδέν· ἀλλὰ καὶ πνευματικῆς εὐκαρπίας γυμνὴν ἔχουσι τὴν καρδίαν· κλαύσονται οὖν καὶ οὗτοι πικρῶς, καὶ βρύξουσι τοὺς ὀδόντας· ἀρνήσεται γὰρ καὶ αὐτοὺς ὁ Κύριος. Ἔφη γοῦν· « Οὐ πᾶς ὁ λέγων μοι, Κύριε Κύριε, εἰσελεύσεται εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ, ἀλλ' ὁ ποιῶν τὸ θέλημα τοῦ Πατρός μου τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. »

V. 29. *Venient ab oriente et occidente*, etc.

Multi convenient cum sanctis, ipsi autem Israelitæ expellentur. Et qui primas partes tenuerant, tunc secundas occupabunt, aliis sibi præpositis, quod reapse accidit : nam gentes prælatæ sunt Judaico gregi. Quanquam de multis quoque aliis atque indefinite hæc dicta sunt. Erunt autem priore loco qui ex ethnicis crediderunt, illi scilicet qui nunc sunt postremi, ceu qui postremo tempore Deum agnoverunt. Erunt vero tunc primi propter fidem suam sinceram. At increduli Judæi, qui nunc priores videntur, quatenus priores Deum cognoverunt (nam Filius meus, inquit Scriptura, primogenitus Israel [89]), tunc incredulitatis suæ causa fient novissimi. Intelligitur sermo hic etiam de fidelibus, qui in hac vita videntur infimi, sed in futuro sæculo primi erunt; et vice versa. — Quod autem Judæi amicitiam Dei, spiritalem scilicet, omnino forent amissuri, proque iis gentium multitudo introducenda, demonstravit dicens : « Quod ab oriente et occidente, aquilone et austro, vocati multi requiescent cum sanctis. » Et illi quidem expellentur, hi autem accumbent in regno Dei. — Et primum quidem tempus esse putamus, ut diximus, quo erat in paradiso Adamus. Secundum, ceu si

C *Ἥξουσιν ἀπὸ ἀνατολῶν καὶ δυσμῶν*, κ. τ. λ.

(A f. 198, B f. 136) Πολλοὶ συνελεύσονται τοῖς ἁγίοις, αὐτοὶ δὲ ἐξωσθήσονται· καὶ τὴν πρώτην ἐσχηκότες τάξιν, τὴν δευτέραν ἕξουσι τότε, προτεταγμένων ἑτέρων· ὃ καὶ γέγονε· προτετίμηνται γὰρ τὰ ἔθνη τῆς Ἰουδαίων ἀγέλης· εἰ καὶ περὶ πολλῶν ἑτέρων καὶ ἀδιορίστως τοῦτο εἴρηται. Ἔσονται οἱ ἐξ ἐθνῶν πιστοὶ πρῶτοι, οἱ δοκοῦντες ἔσχατοι νῦν, ὡς ἔσχατοι τὸν Θεὸν ἐπιγνόντες· ἔσονται δὲ τότε πρῶτοι διὰ τὴν εἰλικρινῆ πίστιν αὐτῶν· οἱ δὲ ἄπιστοι Ἰουδαῖοι, οἳ δοκοῦσι μὲν πρῶτοι νῦν, ὡς πρῶτοι τὸν Θεὸν ἐπιγνόντες (υἱὸς γάρ, φησὶ, πρωτότοκός μου Ἰσραὴλ), ἔσονται τότε ἔσχατοι διὰ τὴν ἀπιστίαν αὐτῶν. Νοεῖται δὲ ὁ λόγος καὶ περὶ τῶν πιστῶν τῶν δοκούντων μὲν εἶναι ἐσχάτων ἐν τῷ παρόντι βίῳ, ἐσομένων δὲ πρώτων ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι, καὶ αὖθις ἐναλλάξ. — (A f. 198) Ὅτι δὲ ἔμελλον Ἰουδαῖοι τῆς πρὸς αὐτὸν οἰκειότητος, δῆλον δὲ ὅτι πνευματικῆς, ὁλοτρόπως ἀπολισθεῖν, ἀντεισενεχθήσεσθαι δὲ τῶν ἐθνῶν ἡ πληθὺς, διέδειξεν εἰπών· « Ὅτι ἐξ ἡοῦς καὶ δυσμῶν, καὶ βορρᾶ, καὶ νότου κεκλημένοι πολλοὶ συναναπαύσονται τοῖς ἁγίοις. » Αὐτοί γε μὴν ἐξωσθήσονται· [οὗτοι δὲ] ἀνακλιθήσονται ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ Θεοῦ.— (A f. 198 b) Καὶ πρῶτον μὲν καιρὸν λογιούμεθα, ὡς εἴρηται (1), καθ' ὃν ἦν ἐν παραδείσῳ Ἀδάμ. Δεύτε-

[88] Matth. VII, 21. [89] Exod. IV, 22.

(1) Reapse hæc partim dicta fuerunt ad vers. 8. Et quidem hoc fragmentum pertinere potius videtur ad Cyrilli in Matthæum (cap. XX) commentarium qui desideratur; illic enim actum fuit de parabola vineæ. Porro similia his scribit Cyrillus in suo de prædicta parabola sermone ad populum, quem Græce nos edidimus in Spicilegio Rom. t. V, p. 119 seqq. [et *Biblioth. Nova PP.*, t. II, p. 469-471 Græce et Latine].

Digitized by Google

ρον, ὡς ἐν ὥρᾳ τρίτῃ δηλούμενον, καθ' ὃν ἦν Νῶε. Τρίτον, ὡς ἐν ἕκτῃ, καθ' ὃν ἦν Ἀβραάμ. Τέταρτον, ὡς ἐν ἐννάτῃ, καθ' ὃν ἦν Μωϋσῆς καὶ οἱ προφῆται. Περὶ δὲ τὴν ἑνδεκάτην, τουτέστιν ἐν τῷ πέμπτῳ καιρῷ, συστελλομένης ἤδη τῆς ἡμέρας, ἦγουν τοῦ παρόντος αἰῶνος, ἐμισθώσατο τὰ ἔθνη ὁ Χριστὸς, κεκλημένα πρὸς ἐπίγνωσιν, παρ' οὐδενὸς ἑτέρου.

esset tertia hora denotatum, quo fuit Noe. Tertium, quasi hora sexta, dum viveret Abrahamus. Quartum, quasi hora nona, quo tempore fuerunt Moyses atque prophetæ. Undecima denique hora, id est quinto temporis spatio, die jam inclinante, id est præsente sæculo, mercede gentes conduxit Christus, quas nemo præter ipsum ad se cognoscendum vocavit.

*Προσῆλθόν τινες Φαρισαῖοι λέγοντες· Ἔξελθε, καὶ πορεύου ἐντεῦθεν.*

(B f. 136 b, D f. 55 b) Οὐκ ἤθελον ὑπὸ βασκανίας οἱ Φαρισαῖοι τὸν Χριστὸν ἐνδημεῖν τοῖς Ἱεροσολύμοις, ἵνα μὴ τοῖς θεοσημείαις καὶ ταῖς ὑπὲρ νόμον μυσταγωγίαις πρὸς τὴν αὐτοῦ πίστιν σαγηνεύσῃ πολλούς. Ἐπειδὴ δὲ Θεὸς ὢν οὐκ ἠγνόει τοὺς αὐτῶν διαλογισμοὺς, ὑπαπαντᾷ πράως τε καὶ ἐπεσκιασμένως, ὡς ἔθος αὐτῷ, « Εἴπατε γάρ, φησὶ, τῇ ἀλώπεκι ταύτῃ. » — (A f. 198 b) Πρόσχες ἀκριβῶς τῇ τοῦ λόγου δυνάμει. Δοκεῖ μὲν γάρ πως τετράφθαι καὶ βλέπειν εἰς τὸ Ἡρῴδου πρόσωπον τὸ εἰρημένον, ὥς τινες ἐνόμισαν· ἔρχεται δὲ μᾶλλον κατὰ τῆς τοῦ Φαρισαίου σκαιότητος. Καίτοι γὰρ δυνάμενος εἰπεῖν· Εἰπὲ τυχὸν τῇ ἀλώπεκι ἐκείνῃ, τοῦτο μὲν παρῆσιν· εὐφυέστατα δὲ μέσῃ τινὸς χρώμενος φωνῇ, μονονουχὶ κατέδειξεν ἐγγὺς ὄντα Φαρισαῖον, εἰπών, « τῇ ἀλώπεκι ταύτῃ (1). » Τῇ ἀλώπεκι δὲ παρεικάζει τὸν ἄνθρωπον· πανοῦργον γὰρ ἀεί πώς ἐστι καὶ δύστροπον τὸ θηρίον· τοιοῦτοι καὶ οἱ Φαρισαῖοι.

V. 31. **327** (2) *Accesserunt quidam Pharisæi dicentes: Exi, et vade hinc.*

Nolebant propter invidiam Pharisæi Christum habitare Hierosolymis, ne miraculis et superioribus legi doctrinis ad fidem suam multos pertraheret. Sed quia utpote Deus cogitationes illorum non ignorabat, respondet mansuete tecteque, pro more suo. « Dicite, inquit enim, vulpi huic. » — Sedulo animadverte sermonis vim. Videtur enim fortasse dictum hoc contra Herodis personam dirigi, ut quidam existimant; reapse tamen contra Pharisæi hominis potius nequitiam intenditur. Nam cum dicere potuisset: Dic vulpi illi, hoc non facit: solertissime vero medio quodam usus vocabulo, demonstrat Pharisæum præsentem, dicens: « vulpi huic. » Vulpi autem comparat hominem: est enim illud animal callidum et malignum, cujusmodi erant Pharisæi.

*Ἰδοὺ ἐκβάλλω δαιμόνια καὶ ἰάσεις ἐπιτελῶ σήμερον καὶ αὔριον· καὶ τῇ τρίτῃ τελειοῦμαι.*

(A f. 198 b, B f. 136, D f. 55 b, E f. 204 b) Ὁρᾷς ὅτι τοῦθ' ὅπερ ᾔδει λυπεῖν τὸ τῶν Φαρισαίων στίφος, ἀποπληροῦν ἐπαγγέλλεται, φάσκων ὅτι καὶ ἀκαθάρτοις ἐπιτιμήσει πνεύμασι, καὶ ἀπαλλάξει παθῶν τοὺς ἐν ἀῤῥωστίαις, καὶ τελειωθήσεται, τουτέστιν, ἑκὼν ὑπομενεῖ τὸ ἐπὶ τῷ σταυρῷ πάθος, ὑπέρ γε τοῦ σῶσαι τὴν ὑπ' οὐρανόν; Ἤδει δὴ οὖν ἄρα καὶ πῶς καὶ πότε τὸν κατὰ σάρκα θάνατον ὑποστήσεται· πλὴν ᾠήθησαν οἱ Φαρισαῖοι κατορῥωδήσειν αὐτὸν τὴν Ἡρῴδου χεῖρα, καίτοι τῶν δυνάμεων ὄντα Κύριον. Ὅτι δὲ τῆς ἐξ ἀνθρώπων πλεονεξίας οὐδένα ποιεῖται λόγον, διέδειξεν εἰπών· « Πλὴν δεῖ με σήμερον καὶ αὔριον καὶ τῇ ἐχομένῃ πορεύεσθαι· ὅτι οὐκ ἐνδέχεται προφήτην ἀπολέσθαι ἔξω Ἱερουσαλήμ. » Τὸ δὲ « δεῖ με » λέγων, οὐκ ἀνάγκην ἀδιάφυκτον ἐπηρτημένην ὥσπερ ἑαυτῷ ἐδήλωσεν· ἀλλ' ὅτι μᾶλλον ἐξουσίᾳ τῶν ἑαυτοῦ θελημάτων ἀνυπόπτως ὅπουπερ ἂν ἐθέλῃ βαδιεῖται καὶ περινοστήσει τὴν Ἰουδαίαν, οὐδενὸς ἐπιόντος ἢ ἐπιβουλεύοντος, ἄχρις ἂν αὐτὸς ἑκὼν καταδέξηται τὴν τελείωσιν, τὴν διά γε, φημὶ, τοῦ τιμίου σταυροῦ. Τέως μέντοι ἐνεργῶ δυνάμεις· καὶ τούτου νῦν ὁ καιρός· καὶ οὔ τί γε ἐπὶ πλείονα χρόνον· τοῦτο γὰρ τὸ σήμερον καὶ τὸ αὔριον. Καὶ τοῦτο δὲ, φησὶν, ἀποκείσεται Ἱερουσαλὴμ, καὶ οὐχ ἑτέρως

V. 32. *Ecce ejicio dæmonia, et sanitates perficio hodie et cras, et tertia die consummor.*

Viden' ut quod molestum esse Pharisæorum globo sciebat, hoc se facere profitetur? dicens videlicet se impuros increpiturum spiritus, ægros morbis expediturum, et ipsum se denique consummaturum iri, id est, sponte laturum crucis passionem, ut terrarum orbi saluti sit. Sciebat ergo et quomodo et quando mortem in carne foret experturus; interim tamen putabant Pharisæi timeri ab eo Herodis manum, licet virtutum esset Dominus. Sed enim quod hominum iniquæ potentiæ nullam rationem haberet, demonstravit dicens: « Verumtamen oportet me hodie et cras et sequenti die ambulare; quia non capit prophetam perire extra Jerusalem. » Cum dicit « oportet me » haud inevitabilem imminentemque sibi necessitatem **328** indicat; sed quod potius pro voluntatis suæ facultate; absque ulla suspicione, prout maluerit, incedet, Judæamque circumibit, nemine insidias aut vim faciente, donec ipse sponte consummationem sui exceperit per venerandam crucem. Interim quidem signis edendis do operam, cujus rei nunc tempus est; neque id tamen diu, prout innuunt verba hodie et cras. Illa vero passio Hierosolymis fiet, neque alibi patrari potest: nam quæ prophetarum cædi semper studuit, prophetarum quoque Do-

(1) Confer scholia in Lucam apud nos AA. class. t. IX, p. 448.

(2) Apud D. Thomam in cat. Lat. « Cyrillus. Prædicta Domini verba Pharisæorum animos provocaverunt ad iram: Videbant enim populos jam contritos fidem ejus arripere. Itaque quasi perdentes officium populis præsidendi, lucrumque amittentes, simulantes se eum diligere, suadent illi ut inde discederet: *accesserunt*, » etc.

Digitized by Google

minum aggredietur. Multorum sanctorum sanguinis ream facit Jerusalem. Quid inde porro? Nempe excidendum a Dei amicitia, spiritali scilicet, et sanctorum spem amittendam. Hæc dicens, locum demonstrabat, quo passionem erat excepturus. — Quod Judæi immemores essent donorum Dei, contumacesque et morosi ad id omne quod ipsis profuisset, declaravit dicens : « Quoties volui congregare filios tuos, » etc. Erudivit enim per sapientissimum Moysen, admonuit per sanctos prophetas ; voluit illos sub alas, id est potentiæ suæ tegumento tenere : ipsi vero tam optabilibus exciderunt bonis, dum immemores ingratique esse maluerunt.

A οἷόν τε γενέσθαι· ἀλλ' ἡ τοὺς προφήτας ἀεὶ μελετηκυῖα φονεύειν, ἥξει καὶ ἐπὶ τὸν τῶν προφητῶν Κύριον. Πολλοῖς δὲ ἁγίων αἵμασι ποιεῖται ἔνοχον τὴν Ἱερουσαλήμ· καὶ τί τὸ ἐντεῦθεν; Ἀπολισθεῖν τῆς πρὸς Θεὸν οἰκειότητος, δῆλον δὲ ὅτι πνευματικῆς, ἔμελλον ἀποπέμπεσθαι τῆς τῶν ἁγίων ἐλπίδος. Τοῦτο λέγων, τὸν τόπον ἐδήλου ἐφ' οὗ τὸ πάθος ἔμελλεν ὑπομένειν. — (A f. 199) Ὅτι δὲ ἦσαν ἀμνήμονες τῶν παρὰ Θεοῦ χαρισμάτων, δυσάγωγοί τε καὶ ὀκνηροὶ πρὸς πᾶν ὁτιοῦν τῶν ὠφελούντων αὐτούς, διέδειξεν εἰπών· « Ποσάκις ἠθέλησα ἐπισυνάξαι τὰ τέκνα, » κ. τ. λ. Πεπαιδαγώγηκε γὰρ διὰ τοῦ πανσόφου Μωϋσέως, νενουθέτηκε διὰ προφητῶν ἁγίων· ἠθέλησεν ὑπὸ πτέρυγας, τουτέστι ὑπὸ σκέπην τῆς ἑαυτοῦ δυνάμεως ἔχειν αὐτούς, οἱ δέ γε τῶν οὕτως εὐκταιοτάτων διημαρτήκασιν ἀγαθῶν, ἀμνήμονες καὶ ἀχάριστοι ὄντες.

V. 35. *Non videbitis me, donec veniat cum dicetis : Benedictus qui venit in nomine Domini.*

Discessit Hierosolymis Dominus, indignos veluti sua præsentia deserens illos qui ei dixerant : « Exi, et vade hinc. » Deinde circumiens Judæam, multosque valetudini restituens, editisque quæ omnem sermonem superant prodigiis, denuo Hierosolyma reversus est. Tunc videlicet asinæ pullo insedit, multaque turba et pueri impuberes, palmarum ramos tenentes anteibant acclamantes atque dicentes : « Hosanna Filio Davidis! benedictus qui venit in nomine Domini [99]. » Itaque ceu nunc indignos deserens, tum rursus se appariturum ait, cum passionis **329** tempus instabit. Tunc enim Hierosolyma rediit, et cum acclamatione ingressus est : eodemque tempore salutarem pro nobis passionem pertulit.

B *Οὐ μὴ ἴδητε, ἕως ἂν ἥξει ὅτε εἴπητε· Εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου.*

(A f. 199 b, B f. 137 b) Ἀποπεφοίτηκε γὰρ τῶν Ἱεροσολύμων ὁ Κύριος, ὡς ἀναξίους ὄντας τῆς ἑαυτοῦ παρουσίας ἀφεὶς τοὺς εἰπόντας· « Ἔξελθε, καὶ πορεύου ἐντεῦθεν. » Εἶτα περινοστήσας τὴν Ἰουδαίαν, καὶ διασώσας πολλοὺς, καὶ σημείων ἀποτελεστὴς τῶν ὑπὲρ λόγον γεγενημένος, ὑπενόστησε πάλιν ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις, τότε δὴ, τότε κεκάθικεν ἐπὶ τὸν πῶλον τῆς ὄνου, ὄχλοι δὲ πολλοὶ καὶ παῖδες ἄνηβοι, τὰ κάλυντρα (2) τῶν φοινίκων ἀνατείνοντες, προεβάδιζον, εὐφημοῦντές τε καὶ λέγοντες, « Ὡσαννὰ τῷ υἱῷ Δαβίδ· εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου. » Οὐκοῦν (3) ἀναξίους ὄντας ἀφεὶς, τότε πάλιν αὐτοῖς ὀφθήσεσθαί φησιν, ὅταν ὁ τοῦ πάθους ἐνστῇ καιρός· τότε γὰρ ἀνέβη πάλιν εἰς Ἱεροσόλυμα, καὶ εἰσῆλασεν εὐφημούμενος· καὶ κατ' ἐκεῖνο τοῦ καιροῦ τὸ σωτήριον ὑπὲρ ἡμῶν ὑπέστη πάθος.

C

## CAP. XIV (1).

V. 3. *Num licet Sabbato curare?*

Interrogavit legisperitos et Pharisæos Dominus, an unquam liceret Sabbato curare, necne? Hi vero, inquit Scriptura, tacebant. Cur taces, o legisperite? Recita aliquid ex Scripturis ; demonstra utrum lex Moysis eum vituperet qui benefacit Sabbato ; utrum nos duros et immisericordes esse velit propter Sabbati otium. Atqui hoc nunquam demonstrabis. Quia vero malitiose tacebant, frangit contumacem illorum impudentiam Christus gravibus ad hoc argumentis utens. Si vetat, inquit, misereri lex Sabbato, cur tu misericordia uteris erga asinum in puteum delapsum? Num filium negligeres Sabbato periclitantem? objurga mandati rigorem, si certe existimas durum esse legislatorem et immisericordem : neque laboranti manum porri-

D

## ΚΕΦΑΛ. ΙΔ'.

*Εἰ ἔξεστι τῷ Σαββάτῳ θεραπεύειν ;*

(A f. 200) Ἤρετο τοὺς νομικοὺς καὶ τοὺς Φαρισαίους ὁ Κύριος, πότερόν ποτε ἔξεστι τῷ Σαββάτῳ θεραπεύειν, ἢ οὔ ; οἱ δὲ, φησὶν, ἐσίγησαν. Ἀνθ' ὅτου σεσίγηκας, ὦ νομικέ ; Εἰπέ τι τῶν γεγραμμένων· ἐπίδειξον τὸν διὰ Μωϋσέως νόμον διαβεβληκότα ποτὲ τὸ εὖ ποιεῖν ἐν Σαββάτῳ, εἰ σκληροὺς ἡμᾶς καὶ ἀφιλοικτείρμονας εἶναι βούλεται διὰ τὴν τῶν Σαββάτων ἀργίαν. Ἀλλ' οὐκ ἂν ἔχοις ἐπιδεῖξαι τοῦτό ποθεν. Ἐπειδὴ δὲ δυστρόπως σεσιγήκασι, παραλύει Χριστὸς τὴν ἄθραυστον αὐτῶν ἀναισχυντίαν, λογισμοῖς ἀναγκαίοις εἰς τοῦτο χρώμενος. Εἰ κεκώλυκε, φησὶν, ὁ νόμος ἐλεεῖν ἐν Σαββάτῳ, πῶς ἐποικτείρεις αὐτὸς ὄνον [cod. τὸν] εἰς φρέαρ καταπεσόντα ; Μὴ φροντίσῃς υἱοῦ κινδυνεύοντος ἐν Σαββάτῳ ; Ἐπιτίμησον τῷ τῆς διαθέσεως κέντρῳ, εἴπερ

[99] Matth. xxi et Joan. xii.

(1) Hoc loco ad capituli versum 1 sic est apud D. Thomam in cat. Lat. « Cyrillus. Quamvis Dominus malitiam Pharisæorum cognosceret, tamen eorum fiebat conviva, ut profiteretur præsentibus per verba et miracula, unde subditur : *et factum est*, etc. *et ipsi observabant eum*, num scilicet reverentiam legis contemneret, et an quidquam prohibitorum faceret in die Sabbati. »

(2) Ita cod. Et observa vocabulum.

(3) Mendose Corderius legit οὖκουν pro οὐκοῦν, ut est in nostris codicibus ; ideoque ille contrario sensu ait, *non itaque tanquam indignos omnino deserit.*

Digitized by Google

εἶσθα σκληρὸν ὄντα τὸν νομοθέτην καὶ ἀφιλο[ι]κτείρμονα· μηδὲ νέμε χεῖρα τῷ κάμνοντι, προτιθεὶς αὐτοῦ τὴν εἰς τὸν νόμον αἰδῶ, μᾶλλον δὲ τὴν ἀργίαν τὴν ἀλογωτάτην, εἰ μή σοι δοκεῖ πνευματικὸν εἰδέναι Σαββατισμόν. Οὐ καταλήγει τοῦ εἶναι χρηστὸς ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, ἀγαθός ἐστι καὶ φιλάνθρωπος· οὐκ ἀπανθρωπίας τὸν Μωϋσέως νόμον ἐτίθει διδάσκαλον, ἀγάπης δὲ μᾶλλον τῆς εἰς τὸν πέλας εἰσηγητήν. Εἶτα, πῶς ἦν εἰκὸς τὴν οὕτω σεπτὴν καὶ ἀξιάγαστον ἐντολὴν ἀτονεῖν ἐν Σαββάτῳ, κατὰ βούλησιν Θεοῦ; Τί οὖν σεσίγηκας, νομικέ; Ἠπόρησας ὁμολογουμένως. Μακρὰ τοιγαροῦν χαίρειν εἰπὼν ταῖς βασκανίαις τῶν Ἰουδαίων, ἀπαλλάττει τοῦ νοσεῖν τὸν ὑδέρῳ κεκρατημένον· ὃς δεδιὼς τοὺς Φαρισαίους, οὐ προσῆλθεν αἰτῶν θεραπευθῆναι διὰ τὸ Σάββατον, ἀλλὰ μόνον ἔστη ἐνώπιον αὐτοῦ, ἵνα ἐκ τῆς θέας ἐλεήσας αὐτὸν, θεραπεύσῃ. Ὑπερ εἰδὼς ὁ Κύριος, ὡς ἐμβατεύων αὐτοῦ τὴν ψυχὴν ὡς Θεὸς, οὐκ ἐρωτᾷ αὐτὸν εἰ θέλει ὑγιὴς γενέσθαι, ἀλλ' εὐθέως ἐθεράπευσεν αὐτόν· ᾔδει γὰρ ὅτι ἤθελε· καὶ γὰρ ἵνα τύχῃ τῆς θεραπείας, ἵστατο ἔμπροσθεν αὐτοῦ καὶ ἐσιώπα.

*Ἐπέχων πῶς τὰς πρωτοκλισίας ἐξελέγοντο.*

ἀντέχτισιν αἰτοῦσι παρὰ Χριστοῦ; Τί οὖν πρὸς ταῦτά φαμεν; Μάλιστα μὲν ταύτης ἕνεκα τῆς αἰτίας, ἀναγκαιοτάτην ἐποιοῦντο τὴν πεῦσιν. Ὡς γὰρ οὐδὲν κεκτημένοι, πλὴν ὅτι μικρὰ καὶ εὐτελῆ, βούλονται μαθεῖν τίνα τρόπον ἀμείψεται Θεὸς καὶ τοὺς ὀλίγιστα καταλελοιπότας διὰ τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ, τουτέστι διὰ τὸ ἐφίεσθαι τυχεῖν τῆς τῶν οὐρανῶν βασιλείας, διὰ τῆς εἰς αὐτὸν ἀγάπης. Ἀραρότως μὲν γὰρ ὁ πλούσιος καταφρονήσας πολλῶν, προσδοκήσει τὰς ἀμοιβάς· ὁ δέ γε μικρὰ κεκτημένος, εἶτα τούτων ἀποστάς, ἐν ποίαις ἐλπίσιν ἔσται, πῶς οὐκ ἔδει μαθεῖν; Εἶτα πρὸς τούτοις κἀκεῖνο εἰπεῖν ἀνάγκη· τὸ γάρ τοι πολλῶν ἢ ὀλίγων ἀπολισθεῖν, ἴσον τοῖς παθοῦσιν εἴη ἂν κατὰ τὸν τῆς ὀρθότητος λόγον· οὐκοῦν τό γε ἦκον εἰς ὑπακοὴν καὶ πρόθεσιν, ἐν ἴσῃ τάξει καταλογισθεῖεν ἂν τοῖς πολλὰ κεκτημένοις οἱ μὴ κατ' αὐτοὺς μὲν ὄντες, εἶτα ταῖς ἴσαις προθυμίαις χρώμενοι, καὶ τῶν ἐνόντων τὴν ἀπεμπολὴν ἑκούσιον ὑπομένοντες. Εἶτα τί πρὸς αὐτοὺς ὁ Χριστός;

V. 29. *Amen dico vobis, nemo est qui reliquit domum, aut parentes*, etc.

Digna Deo vox, et sanctum decretum! Namque in spem firmam audientes cunctos adducit : juratamque adeo facit promissionem, præposito *amen* vocabulo, quod jurisjurandi vice fungitur. Est autem operæ pretium quærere quinam sint qui patrem reliquerunt aut matrem, uxorem, et fratres atque domos : et deinde sigillatim perpendere quomodo hi multiplicatam habebunt præsente tempore remunerationem? Derelinquunt itaque interdum quidam patrem, et universæ cognationis affectum negligunt, propter Christi amorem. Quomodo autem id fiat, ipse nos docebit his verbis : « Qui amat patrem aut matrem plus quam me, non est me dignus [12]. » Præterea : « Veni separare hominem a patre suo [13], » et reliqua. Nam dum mundum divina prædicatio in fidei sagenam pertrahit, volunt quidem aliqui huic se cursui tradere; sed tamen patres aut matres infideles adhuc, **382** aut improbe viventes, subverentur. Certe patres sæpe non verentur esse filiis molesti, quia ad fidem accurrunt. Idem dicendum est de fratribus erga fratres, de nuru erga socrum, et de hac erga illam. Sed enim qui firmiter in fide perstant, nihil anteferunt Christi amori, et carnale genus nullius pensi habent.

Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι οὐδείς ἐστιν ὃς ἀφῆκεν οἰκίαν, ἢ γονεῖς, κ. τ. λ.

(A f. 250, B f. 172, D f. 60 b) Θεοπρεπὴς ἡ φωνὴ, καὶ ἡ ψῆφος ὁσία· εἰς ἐλπίδα γὰρ βεβαίαν ἀνακομίζει ἅπαντας τοὺς ἀκροωμένους· καὶ ἐνώμοτον ποιεῖται τὴν ὑπόσχεσιν, προτιθεὶς τοῦ λόγου τὸ *ἀμὴν*, οἷον ὅρκου χρείαν ἀποπληροῦν. Ζητῆσαι δὲ πρέπει, τίνες ἂν εἶεν οἱ ἀφιέντες πατέρα ἢ μητέρα, γυναῖκά τε καὶ ἀδελφοὺς καὶ οἰκίας· εἶθ' οὕτως πολυπραγμονῆσαι λεπτῶς, πῶς ἂν οἱ τοιοῦτοι πολλαπλασίονα λάβοιεν ἐν τῷ παρόντι καιρῷ. Οὐκοῦν καταλιμπάνουσί τινες πατέρα, καὶ τῆς εἰς ἅπαν τὸ γένος φιλοστοργίας ὀλιγωροῦσι ἕσθ' ὅτε, διά γε τὴν εἰς Χριστὸν ἀγάπην· καὶ τίνα τρόπον, αὐτὸς ἡμᾶς διδάξει λέγων· « Ὁ φιλῶν πατέρα ἢ μητέρα ὑπὲρ ἐμὲ, οὐκ ἔστι μου ἄξιος. » Καί· « Ἦλθον μερίσαι ἄνθρωπον ἀπὸ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, » καὶ τὰ ἑξῆς. Σαγηνεύοντος γὰρ εἰς τὴν ὑπ' αὐτῷ πίστιν τοῦ θείου κηρύγματος τὴν ὑπ' οὐρανὸν, βούλονται μὲν πρὸς τοῦτο ἰέναι τινὲς, ὑφορῶνται δὲ ἴσως πατέρας ἢ μητέρας ἀπίστους ὄντας καὶ πονηρούς· καὶ υἱοὺς δὲ πολλάκις οὐκ ἠνέσχοντο λυπῆσαι πατέρες, διὰ τοῦ προσδραμεῖν τῇ πίστει. Ὁ αὐτὸς δ' ἂν γένοιτο λόγος καὶ περὶ ἀδελφῶν πρὸς ἀδελφοὺς, καὶ νύμφης πρὸς πενθερὰν, κἀκείνης πρὸς ταύτην· ἀλλ' οἵ γε τῇ πίστει ἑδραῖοι προτάττουσιν οὐδὲν τῆς εἰς Χριστὸν ἀγάπης, τὸ κατὰ σάρκα γένος ἐν οὐδενὶ ποιούμενοι λόγῳ.

Superest videndum, quomodo qui hos reliquerit, multiplicatam mercedem hoc quoque in sæculo accipiet. Num enim multarum feminarum fiet vir, aut multos pro uno reperiet in terra patres, et multiplicatum suum carnale genus? Haud sane hoc dicimus; sed quod carnalibus temporalibusque dimissis, meliora multo recipiet, et quasi præ contemptis multiplicia. Nam et apostoli, exiguis rebus

Σκοπῆσαι δὲ λοιπὸν χρὴ πῶς ἂν τις τούτους ἀφεὶς, πολλαπλασίονα λήψεται ἐν τῷ νῦν αἰῶνι. Ἆρα γὰρ πολλῶν γυναικῶν ἔσται ἀνὴρ, ἢ πολλοὺς ἀνθ' ἑνὸς πατέρας εὑρήσει ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ πολυπλασιασθὲν οὕτω τὸ κατὰ σάρκα γένος; Οὐ τοῦτό φαμεν· ἀλλ' ὅτι τὰ σαρκικὰ καὶ πρόσκαιρα καταλελοιπὼς, τὰ πολλῷ κρείττονα λήψεται, καὶ οἷον πολλαπλασίονα τῶν καταφρονουμένων (1). Καὶ οἱ ἀπόστολοι γὰρ

[12] Matth. x, 37. [13] ibid. 35.

(1) Sic etiam S. Hieronymus interpretatur lib. III in Matth. XX : *Qui carnalia pro Salvatore dimiserit, spiritalia recipiet*, etc. Egregius est toto eo tractu Hieronymus; nam et paulo ante, contra illam sententiam, quam Græci male tuentur, quod conjux innocens, dimisso reo, novas nuptias inire queat,

Digitized by Google

ἀφέντες ὀλίγα, ἁγίου μεμέστωνται Πνεύματος, καὶ παντοδαπῶν ἔτυχον χαρισμάτων, ἀπόλεκτοί τε καὶ ἀοίδιμοι γεγόνασι τοῖς ἅπανταχοῦ. Ἅπαντες οὖν ἐσόμεθα κατ' ἐκείνους οἱ πιστεύσαντες εἰς Χριστὸν, καὶ ἠγαπηκότες αὐτοῦ τὸ ὄνομα. Κἂν οἶκον ἀφῇ τις, τὰς ἄνω λήψεται μονάς· κἂν ἀπολισθήσῃ πατρὸς, τὸν ἐν οὐρανοῖς ἔχει Πατέρα· κἂν ἀδελφῶν γένηται μακρὰν, ἀλλ' εἰς ἀδελφότητα αὐτὸν παραλήψεται Χριστός· ὅταν ἀφῇ γυναῖκα σύνοικον, εὑρήσει τὴν ἄνωθεν καὶ παρὰ Θεοῦ σοφίαν (1), ἐξ ἧς τεκνογονήσει εὐκαρπίας· κἂν ἀφήσῃ μητέρα, εὑρήσει « τὴν ἄνω Ἱερουσαλὴμ, ἥτις ἐστὶν ἐλευθέρα καὶ μήτηρ ἡμῶν. »

A relictis, Spiritu sancto repleti fuerunt, et complura charismata adepti sunt, et eximii ac perillustres toto orbe evaserunt. Cuncti igitur pares illis fiemus, qui Christo credidimus, ejusque nomen in pretio habuimus. Et si domum quis reliquerit, supernas sedes accipiet : si patre destituetur, habet in cœlo Patrem : si fratribus procul discesserit, eum ad suam fraternitatem Christus assumet : cum uxorem omiserit, supernam inveniet apud Deum sapientiam, ex qua bonos fructus procreabit : et si matrem æque dereliquerit, inveniet « supernam Jerusalem, quæ est libera, et mater nostra (2). »

*Τελεσθήσονται πάντα τὰ γεγραμμένα διὰ τῶν προφητῶν τῷ Υἱῷ τοῦ ἀνθρώπου.*

V. 31. *Consummabuntur omnia quæ scripta sunt per prophetas de Filio hominis.*

(A f. 250, B f. 172 b, D f. 61) Προαποκείρει διὰ τοῦ λέγειν τὰ συμβησόμενα, καὶ λογισμῶν ἀτοπίαν, καὶ παντὸς σκανδάλου πρόφασιν· οἱ γὰρ τὰς παρ' αὐτοῦ θεοσημείας τεθεαμένοι, καὶ τοῖς παρ' αὐτοῦ λόγοις πρὸς εὐανδρίαν διανευρούμενοι, ἔμελλον ὁρᾷν αὐτὸν τῶν Ἰουδαίων ὑπομένοντα γέλωτα, σταυρούμενον, καὶ ἀτιμαζόμενον. Ἦν οὖν εἰκὸς ἐπ' αὐτοῖς δὴ τούτοις σκανδαλιζομένους, ἐκεῖνα καθ' ἑαυτοὺς διενθυμεῖσθαί τε καὶ λέγειν· Ὁ τοσοῦτος ἐν ἰσχύϊ, καὶ νεύματι μόνῳ θαυματουργῶν, ὁ τὴν τοῦ Πατρὸς πρόνοιαν καὶ μέχρι στρουθίων καθικνεῖσθαι λέγων, ὁ Μονογενὴς καὶ Πρωτότοκος, πῶς ἠγνόησε τὰ ἐσόμενα, καὶ τεθήρευται παρ' ἐχθρῶν ὁ καὶ ἡμᾶς αὐτοὺς διασώσειν ὑπισχνούμενος; Ἵνα τοίνυν εἰδεῖεν, ὡς καὶ προέγνω τὸ πάθος, καὶ διαφυγεῖν εὐκόλως ἐξὸν, ἑκὼν εἰς τοῦτο παρῆλθε, προκαταμηνύει τὰ συμβησόμενα. Προσετίθει δὲ ἀναγκαίως, ὡς πάντα προείρηται διὰ προφητῶν ἁγίων, προοικονομοῦντος Θεοῦ καὶ τοῦτο χρησίμως, ἵν' ὅταν γενέσθαι συμβῇ, σκανδαλισθείη μηδείς. Ἐξῆν γὰρ ὅλως μηδὲ παθεῖν τῷ προεγνωκότι τὸ συμβησόμενον· ἀλλ' οὐ βεβίασται πρός τινος, εἵλετο δὲ τὸ παθεῖν ἑκὼν, εὖ εἰδὼς ὅτι σωτηρία ἔσται τῷ κόσμῳ παντὶ, τὸ παθεῖν αὐτόν. Ὑπέστη μὲν γὰρ τὸν κατὰ σάρκα θάνατον, ἐγήγερται δὲ πατήσας τὴν φθορὰν, καὶ διὰ τῆς ἐκ νεκρῶν ἀναστάσεως, ἐνεφύτευσε τοῖς ἀνθρωπίνοις σώμασι τὴν παρ' ἑαυτοῦ ζωήν· ὅλη γὰρ ἦν ἡ ἀνθρώπου φύσις ἐν αὐτῷ παλινδρομοῦσα πρὸς ἀφθαρσίαν.

B Eventura prædicens, præcidit simul perversas cogitationes, et cujusvis scandali causam. Namque hi, qui nunc miracula ejus **383** spectaverant, ejusdemque verbis ad fortitudinem roborati fuerant, nihilominus visuri eum erant a Judæis irrisum, crucifixum, dehonestatum. Verisimile ergo erat, his ludibriis scandalizatos, ita apud se cogitare : Hic tanta potentia præditus, et vel solo nutu prodigia patrans, qui Patris providentiam usque ad passeres pertingere aiebat, hic Unigenitus ac Primogenitus quomodo eventura ignoravit? quomodo ab inimicis captus est, qui nosmet ipsos salvaturum promiserat? Ut ergo agnoscerent se et passionem præscire, et cum vitare facile posset, sponte ad C hanc venturum, jam nunc significat quæ futura sunt. Necessario insuper adjecit, cuncta a sanctis prophetis fuisse prædicta, Deo id etiam antea commode consulente, ut cum hæc fierent, nemo scandalum pateretur. Etenim licebat sine dubio ei vitare passionem, qui futuram esse noverat. Sed nemo eum coegit, sponte pati voluit, probe sciens salutarem universo orbi fore passionem suam. Nam pertulit in carne necem, sed resurrexit victa corruptione; et per suam a mortuis resurrectionem, infudit in humana corpora propriam vitam; universa enim hominum natura cum ipso reversa ad immortalitatem est.

*Αὐτοὶ οὐδὲν τούτων συνῆκαν.*

V. 34. *Ipsi nihil horum intellexerunt.*

(A f. 250 b) Ὁ μὲν τῶν ὅλων Σωτὴρ προαπήγγειλε ταῦτα τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις, οἱ δὲ οὐ συνῆκαν, φησὶ, τὰ λεγόμενα· οὔπω γὰρ ᾔδεισαν ἀκριβῶς τὰ παρὰ τῶν ἁγίων προφητῶν προκεκηρυγμένα. Καὶ γοῦν ὁ προὔχων ἐν μαθηταῖς, συνεὶς οὔπω τοῦ μυστηρίου τὸ βάθος, ἀντανίστατο λέγων· « Ἱλεώς σοι, Κύριε, οὐ μὴ ἔσται σοι τοῦτο. » Ἐπετιμήθη δὲ

D Et communis quidem Servator hæc sanctis apostolis prænuntiabat, illi autem haud intellexerunt, inquit, quæ dicebantur; nondum enim prophetarum vaticinia accurate cognoverant. Quamobrem discipulorum princeps, mysterii adhuc profunditate non intellecta, contradixit ita : « Absit a te, Domine! non eveniet tibi hoc [14]. » Quod dictum objur-

[14] Matth. xvi, 22.

ita peremptorio stylo scribit : *Quia evenire poterat, ut aliquis calumniam faceret innocenti, et ob secundam copulam nuptiarum, veteri crimen impingeret, sic priorem dimittere jubetur uxorem, ut secundam, prima vivente, non habeat. — Nec non quia poterat evenire ut juxta eamdem legem uxor quoque marito daret repudium, eadem cautela præcipitur, ne secundum accipiat virum.*

(1) Sic prorsus idem Hieronymus lib. III in Matth. XVIII, fin. *Justi uxor, dicitur sapientia.*

(2) Paulo plura apud divi Thomæ catenam Lat. « Cyrillus. Inveniet Jerusalem cœlestem, quæ est mater nostra. A fratribus etiam et a sororibus sui propositi glutino spiritali colligatis multo in hac vita gratiosiorem accipiet charitatem. »

Digitized by Google

gatione castigatum fuit. Postquam autem a mortuis resurrexit Christus, aperuit illorum oculos [15], ceu quidam sanctorum evangelistarum ait; illuminati quippe fuerunt, copiosam Spiritus participationem adepti, ita ut dicerent: « Habemus firmiorem propheticum sermonem, cui bene facitis attendentes quasi lucernæ lucenti **384** in caliginoso loco, donec dies elucescat, et lucifer oriatur in cordibus vestris [16]. »

A τοῦτο λέγων. Ἐπεὶ δὲ ἀνεῴγω Χριστὸς ἐκ νεκρῶν, διήνοιξεν αὐτῶν τοὺς ὀφθαλμούς καθ' ὃ γέγραφέ τις τῶν ἁγίων εὐαγγελιστῶν· κατεφωτίσθησαν γάρ, τὴν τοῦ Πνεύματος μέθεξιν ἀμφιλαφῆ πλουτήσαντες· ὡς λέγειν· « Καὶ ἔχομεν βεβαιότερον τὸν προφητικὸν λόγον, ᾧ καλῶς ποιεῖτε προσέχοντες, ὡς λύχνῳ φαίνοντι ἐν αὐχμηρῷ τόπῳ, ἕως οὗ ἡμέρα διαυγάσῃ καὶ φωσφόρος ἀνατείλῃ ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν. »

V. 38. *Jesu, fili Davidis, miserere mei.*

Ἰησοῦ, υἱὲ Δαβίδ, ἐλέησόν με.

(1) Accessit hic ut ad omnipotentem Deum, quem tamen Davidis filium appellat: etenim enutritus in Judaismo atque indigena, non ignorabat prædicta de eo in lege et a sanctis prophetis, et quod de genere Davidis esset secundum carnem. Ergo ut jam credens, eum uti Dei Verbum sponte sustinuisse carnalem de sancta Virgine sortiri nativitatem, adest ut Deo dicens: « Miserere mei, fili Davidis. » Quod enim ita animo comparatus preces obtulerit, testis mox erit Christus qui illi dicit: « Fides tua salvum te fecit. » Imitentur hunc oculis captum, hi qui in duos Christum dividunt: hic enim, ut Deum adit communem Servatorem Christum, simulque Dominum, et filium Davidis nominat: ejusdem vero majestatem testatur, dum ab eo dignam Deo operationem expostulat. Mirentur in eodem cæco confessionis constantiam; etenim nonnulli, dum is fidem profitebatur, increpabant; qui tamen non desinebat, neque prohibentium causa fiduciam dicendi amittebat. Novit fides præliari cum omnibus, et omnia vincere. Ideo illi quidem increpabant, hic autem fidelis non cedebat, sed Dominum sequebatur, sciens pulchram esse in religione tuenda audaciam. Nam si divitiarum causa multi audent, propter animæ salutem nonne oportet pulchram audaciam sumere? — Domini gressum sistit hominis vox cum fide invocantis, meritoque honoratur a Christo cæcus. Ab ipso enim prope advocatur, ut qui fide jam appropinquaverat, nunc corpore etiam fiat **385** proximus. Nos quoque fides Christo sic admovet, ut etiam sermones ejus audire digni fiamus. Jam vero cæcum prope astantem interrogavit dicens: « Quid tibi vis faciam? » Num cæci votum Dominus ignorabat? quomodo hoc credibile sit? Prudente œconomia scisitatus est, ut qui coram aderant, unaque incedebant, discerent, pecuniam ab eo cæcum non petere, sed tanquam a Deo divinam operationem. Num

(Λ f. 251 b, C f. 146 b) Προσῆλθε μὲν οὗτος ὡς Θεῷ τῷ πάντα ἰσχύοντι· ὀνομάζει δὲ αὐτὸν υἱὸν Δαβίδ· τεθραμμένος γὰρ ἐν Ἰουδαϊσμῷ, καὶ αὐθιγενὴς ὑπάρχων, οὐκ ἠγνόησε τὰ διά γε τοῦ νόμου B καὶ τῶν ἁγίων προφητῶν περὶ αὐτοῦ προηγορευμένα, καὶ ὡς ἐκ γένους ὑπῆρχε τοῦ Δαβὶδ τὸ κατὰ σάρκα. Οὐκοῦν ὡς ἤδη πεπιστευκὼς ὅτι Θεὸς ὢν ὁ Λόγος, ὑπέμεινεν ἑκὼν τὴν κατὰ σάρκα γέννησιν, τὴν ἀπό γε, φημι, τῆς ἁγίας Παρθένου, πρόσειστν ὡς Θεῷ, λέγων· « Ἐλέησόν μου, υἱὲ Δαβίδ· » Ὅτι γὰρ οὕτω διατεθεὶς προσεκόμισε τὴν ἱκετηρίαν, ἐπιμαρτυρήσει λέγων αὐτῷ ὁ Χριστός· « Ἡ πίστις σου σέσωκέ σε. » Μιμησάσθωσαν αὐτὸν τὸν τὰς ὄψεις ἠρωστηκότα, οἱ διαιροῦντες εἰς δύο τὸν ἕνα Κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν (2), ὃς ὡς Θεῷ πρόσεισι τῷ πάντων Σωτῆρι Χριστῷ, καὶ Κύριον (3) αὐτὸν, καὶ υἱὸν ὀνομάζει Δαβίδ. Μαρτυρεῖ δὲ αὐτοῦ τῇ δόξῃ, διὰ τοῦ θεοπρεπεστάτην ἐνέργειαν παρ' αὐτοῦ ζητεῖν. Θαυμαζέτωσαν αὐτοῦ τὴν ἔνστασιν τῆς ὁμολογίας· τινὲς C μὲν γὰρ ἐπετίμων ὁμολογοῦντι τὴν πίστιν· ὁ δὲ οὐκ ἀνίει, οὐδ' ἐνεποδίζετο ἡ παῤῥησία διὰ τῶν κωλυόντων. Οἶδεν ἡ πίστις πρὸς πάντα μάχεσθαι καὶ πάντα νικᾷν· διὸ ἐπετίμων, ὁ δὲ πιστὸς οὐχ ὑπεστέλλετο, ἀλλ' ἠκολούθει τῷ Δεσπότῃ, εἰδὼς ὅτι καλὴ ἡ ὑπὲρ εὐσεβείας ἀναίδεια· εἰ γὰρ ὑπὲρ χρημάτων ἀναιδεῖς πολλοί, ὑπὲρ σωτηρίας ψυχῆς οὐ χρὴ τὴν καλὴν ἀναίδειαν ἐνδύσασθαι;—(A f. 251 b, D f. 61 b) Ἵστησι τὸν Κύριον ἡ φωνὴ τοῦ μετὰ πίστεως ἐπικαλουμένου· καὶ τετίμηται εἰκότως παρὰ Χριστοῦ ὁ τυφλός· κέκληται γὰρ παρ' αὐτοῦ, καὶ ἐγγὺς γενέσθαι προστέτακται, ἵν' ὁ ἐγγίσας αὐτῷ τῇ πίστει πρότερον, πλησιάσῃ καὶ τῷ σώματι· καὶ ἡμᾶς οὖν ἡ πίστις παρίστησι καὶ ἐγγὺς ἀπόφερει Χριστοῦ, ὥστε καὶ λόγων ἀξιωθῆναι τῶν παρ' αὐτοῦ. Ἐγγὺς γὰρ ἐνεχθέντα τὸν τυφλὸν, ἤρετο λέγων· « Τί σοι θέλεις ἵνα ποιήσω; » Ἆρ' οὖν ἠγνόει τὴν αἴτησιν; καὶ πῶς ἂν ἔχοι τοῦτο λόγον; Ἠρώτα τοίνυν οἰκονομικῶς, ἵνα δὴ μάθοιεν οἱ περιεστηκότες, ἦγουν συμβαδίζον-

[15] Luc. xxiv, 31. [16] II Petr. i, 19.

(1) Apud S. Thomam in cat. Lat. « Cyrillus. Multus autem erat populus circa Christum; et cæcus enim quidem non noverat, sentiebat autem effectum, et rapiebat per affectum quod non hausit aspectus; unde subditur: *Et cum audiret turbam pertranseuntem, interrogabat quid hoc esset.* Et oculati quidem secundum opinionem loquebantur. Sequitur enim: *Dixerunt autem ei, quod Jesus Nazarenus transiret.* Cæcus vero vera clamabat. Alia docetur; et alia prædicat. Et clamavit dicens: *Jesu, fili David, miserere mei.* Quis te docuit hæc, o homo? Num perlegisti libros privatus luminibus? Unde igitur nosti luminare mundi? Vere Dominus illuminat cæcos. In Judaismo autem nutritus, » etc.

(2) Contra Nestorianos.

(3) Nam Nestoriani in vocabulo *Dominus* (v. gr. cum Elisabeth salutavit matrem Domini) Deum non agnoscebant. Idcirco Cyrillus animadvertit eumdem Dominum simul ac Deum dici.

Digitized by Google

τες, ὡς οὐ χρήματα μᾶλλον αἰτεῖ αὐτὸν, ἀλλ' ἐνέργειαν θεῖκὴν ὡς παρὰ Θεοῦ.— (A f. 255, D f. 61 b) Ἆρ' οὖν ἀπηλλάττετο μὲν τοῦ νοσεῖν ὁ τυφλὸς, κατημέλει δὲ τοῦ εἶναι φιλόχριστος; Οὐδαμῶς· ἀλλὰ τοῖς ἔργοις τὴν εὐγνωμοσύνην ἐπεδείκνυτο. Καὶ διττῆς ἠλευθέρωτο τυφλότητος, τῆς τε σωματικῆς, καὶ τῆς εἰς νοῦν καὶ καρδίαν· οὐ γὰρ ἂν ἐδόξασεν αὐτὸν ὡς Θεὸν, εἰ μὴ ἀνέβλεψεν ὄντως. Γέγονε δὲ καὶ ἑτέροις πρόφασις τοῦ δοξάζειν αὐτόν.

A itaque solutus infirmitate cæcus diligere Christum neglexit? Minime; sed opere gratum animum demonstravit. Duplici liberatus est cæcitate, et corporali et mentis atque cordis: non enim honorasset illum ut Deum, nisi vere visum recuperasset. Sed et cæteris quoque glorificandi Christum causa exstitit.

## ΚΕΦΑΛ. ΙΘ'.

*Ἰδοὺ ἀνὴρ ὀνόματι καλούμενος Ζακχαῖος.*

(A f. 252, B f. 173, C f. 146 b, D f. 62) Ἀρχιτελώνης ἦν ὁ Ζακχαῖος, ἐν ἐπιτάσει τε πολλῇ παρ' αὐτῷ φιλάργυρον, καὶ τῆς πλεονεξίας ὁ σκοπός· τοῦτο γὰρ τοῖς τελώναις τὸ ἐπιτήδευμα· ταύτην δὲ καὶ εἰδωλολατρείαν ὀνομάζει ὁ Παῦλος, ὡς τάχα πρέπουσαν μόνοις τοῖς οὐκ εἰδόσι Θεόν. Ταύτητοι καὶ μάλα εἰκότως παῤῥησίαν ἀναιδῆ τοῖς προσώποις ἐνδύσαντας τοὺς τελώνας, πόρναις συντέταχεν ὁ Κύριος, οὕτω λέγων τοῖς Ἰουδαίοις καθηγηταῖς· « Αἱ πόρναι καὶ οἱ τελῶναι προάγουσιν ὑμᾶς εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ. » Ἀλλ' οὐ μεμένηκεν ἐν τούτοις ὁ Ζακχαῖος, ἠξιώθη δὲ φειδοῦς τῆς παρὰ Χριστοῦ· αὐτὸς γάρ ἐστιν ὁ καλῶν ἐγγὺς τοὺς μακρὰν, καὶ φωτίζων τοὺς ἐσκοτισμένους. Ὁποία δὲ γέγονε τῷ Ζακχαίῳ τῆς ἐπιστροφῆς ἡ ὁδὸς, φέρε ἴδωμεν. — (B f. 173 b) Ἐπεθύμησεν ἰδεῖν τὸν Ἰησοῦν· ἐβλάστησε γὰρ ἐν αὐτῷ σπέρμα σωτηρίας. Τεθέαται τοῦτο Χριστὸς τοῖς τῆς θεότητος ὀφθαλμοῖς· ἀναβλέψας οὖν εἶδεν αὐτὸν καὶ τοῖς τῆς ἀνθρωπότητος· καὶ ἐπειδὴ σκοπὸς ἦν αὐτῷ πάντας ἀνθρώπους σωθῆναι, προτείνει τὴν ἡμερότητα· καὶ παραθαῤῥύνων αὐτὸν λέγει· « Σπεύσας κατάβηθι· » ἐζήτει γὰρ αὐτὸν θεάσασθαι, καὶ ἐκώλυεν αὐτὸν ὁ ὄχλος, οὐ τοσοῦτον ὁ τῶν ἀνθρώπων, ὅσον ὁ τῶν ἁμαρτημάτων. Ἦν δὲ καὶ μικρὸς τὴν ἡλικίαν οὐ μόνον τὴν σωματικὴν, ἀλλὰ καὶ τὴν πνευματικήν· καὶ οὐκ ἄλλως ἠδυνήθη ἰδεῖν αὐτὸν, εἰ μὴ ὑψώθη ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ ἀνέβη ἐπὶ τὴν συκομωραίαν, δι' ἧς ἔμελλε διελθεῖν ὁ Χριστός. Ἔχει δὲ αἴνιγμα ὁ λόγος. Οὐκ ἄλλως γὰρ δύναταί τις ἰδεῖν τὸν Χριστὸν, καὶ πιστεῦσαι εἰς αὐτὸν, εἰ μὴ ἐπὶ τὴν συκομωραίαν ἀρθῇ, μωράνας τὰ μέλη τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, πορνείαν, ἀκαθαρσίαν, καὶ τὰ ἑξῆς. Ἔμελλε δὲ, φησὶν, ὁ Χριστὸς διὰ τῆς συκομωραίας διέρχεσθαι· τὴν γὰρ νομικὴν ὁδεύσας πολιτείαν, ὅ ἐστι συκῆν, τὰ μωρὰ τοῦ κόσμου ἐξελέξατο, ὅ ἐστι τὸν σταυρὸν καὶ τὸν θάνατον. Καὶ πᾶς ὃς αἴρει τὸν σταυρὸν αὐτοῦ, καὶ ἀκολουθεῖ τῇ τοῦ Χριστοῦ πολιτείᾳ, σώζεται, συνετῶς τὸν νόμον ἐργαζόμενος, ὃς ἐστι συκῆ μὴ ποιοῦσα σῦκα ἀλλὰ μῶρα· μωρία γὰρ τοῖς Ἰουδαίοις φαίνεται ἡ κεκρυμμένη τοῖς πιστοῖς

## CAP. XIX.

*V. 2. Ecce vir nomine Zacchæus.*

Publicanorum princeps erat Zacchæus, pecuniæ amore plurimum captus, et avaritiam unice spectans: hoc enim est publicanorum studium; quod idololatriæ nomine appellat Paulus [17], ceu illorum tantummodo proprium qui Deum ignorant. Convenientissime igitur publicanos hanc præ se ferentes impudentiam, cum meretricibus contulit Dominus dicens Judæorum ducibus: « Meretrices et publicani præcedent vos in regnum Dei [18] » Sed tamen inter hos non mansit Zacchæus, sed Christi clementia dignus fuit. Ipse enim prope advocat qui longinqui erant, et illuminat obtenebratos. Quænam vero se obtulerit Zacchæo conversionis occasio, age, videamus. — Cupiebat Jesum videre, quia salutis semen jam in eo germinabat. Viderat eam rem Christus divinitatis oculis; nunc vero suspiciens ipsum quoque humano visu observavit. Et quia finem sibi proposuerat omnium hominum salutem, benignitatem exprimit, eique animos addens, « Descende, » inquit; siquidem ille videre Jesum cupierat, sed turba impediebatur non tam hominum **386** quam peccatorum (1). Eratque statura exiguus non corporali solum (2), verum etiam spiritali; neque aliter illum videre poterat, nisi in ficum fatuam conscendens, juxta quam Christus præteriturus erat. Latet autem in sermone ænigma. Quippe nemo aliter Christum videre potest, atque in eum credere, nisi in fatuam ficum se attollat, id est nisi membra sua, dum in terra degit, sine sensu efficiat, ad fornicationem scilicet, ad immunditiam, et reliqua. Futurum enim erat, ut Christus prope fatuam ficum transiret. Nempe quia legalem decurrens viam, quæ ficus instar erat, stulta mundi elegit, id est crucem atque necem. Et quicunque sibi tollit crucem ejus, et Christi vitam sectatur, salvus fit. Sapienter scilicet legem exsequens, quæ est ficulnea, haud ficus fructificans sed mora (fatuitatem). Fatuitas enim Judæis videtur interioris fidelium vitæ ratio, circumcisio nempe malitiæ, otium ab iniqua actione; qui sane haud sensibile præputium cædunt,

[17] Ephes. v, 5. [18] Matth. xxi, 31.

(1) Hic apud S. Thomam in cat. « Cyrillus. Turba autem est imperitæ confusio multitudinis, quæ verticem nequivit videre sapientiæ. Ergo Zacchæus quandiu in turba est, non videt Christum; sed plebeiam transgressus inscitiam, meruit quem desiderabat aspicere. »

(2) Statura ergo Zacchæi pusilla erat, ut nemo hactenus dubitavit; non autem Christi Domini, ut hodiernus quidam scripsit, qui præpostere fortasse intellexit vulgati Latini versiculum: *Zacchæus quærebat videre Jesum; et non poterat præ turba, quia statura pusillus erat.*

Digitized by Google

neque sabbatum observant. Cognovit itaque illum ad obedientiam paratum, fide ferventem, et ex nequitia in virtutem flecti cereum. Quare et vocat, et accedit illum lucraturus; qui « festinus descendit, Christumque lætabundus domi excepit; » lætabundus, inquam, non solum quia illum ut satagebat viderat, verum etiam quia nominatim appellatus ab eo fuerat, eumdemque hospitio præter suam exspectationem suscepturus erat.

A ἐργασία, ἐν περιτομῇ κακίας, καὶ ἀργίᾳ φαύλης πράξεως· μὴ μέντοι αἰσθητῶς ἀκροβυστίαν περιτεμόντων, καὶ τηρούντων τὸ Σάββατον. Ἔγνω τοίνυν αὐτὸν ἕτοιμον εἰς ὑπακοὴν, καὶ θερμὸν εἰς πίστιν, καὶ εὐμετάβλητον ἀπὸ κακίας εἰς ἀρετήν· διὸ καὶ καλεῖ, καὶ ἅπεισι κερδήσων αὐτόν· ὁ δὲ « σπεύσας κατέβη, καὶ ὑπεδέξατο αὐτὸν χαίρων, » οὐ μόνον ὅτι εἶδεν αὐτὸν ὡς ἐζήτει, ἀλλ' ὅτι καὶ ἐκλήθη παρ' αὐτοῦ, καὶ ὅτι ὑπεδέξατο αὐτὸν, ὡς οὐκ ἄν ποτε προσεδόκησεν.

V. 5. *Zacchæe, festinans descende, quia hodie in domo tua oportet me manere.*

Provisio hæc erat, probe enim rem futuram sciebat. Noverat hominis animam ad sanctum vitæ genus eligendum perquam proclivem. Ergo eum ad pietatem convertit, qui Jesum libenter suscepit, rem quippe **387** insperatam consecutus. Sed fortasse aliquis dicturus erat communi nostro Servatori Christo: Apud Zacchæum hospitaris, apud, inquam, publicanorum præfectum, qui avaritiæ mores nondum exuit? Utique, respondisset: id sciebam, cum Deus natura sim, et terrestrium omnium vias inspiciam; cumque insuper futurorum scientiam habeam, ad pœnitentiam hunc vocavi, quia paratus huic agendæ est.

*Ζακχαῖε, σπεύσας κατάβηθι· σήμερον γὰρ ἐν τῷ οἴκῳ σου δεῖ με μεῖναι.*

(A f. 252 b, B f. 174) Πρόγνωσις αὕτη θεία, εὖ γὰρ ἠπίστατο τὸ ἐσόμενον· εἶδεν ἀνθρώπου ψυχὴν ἑτοιμότατα διανεύουσαν εἰς γε τὸ βιοῦν ἐλέσθαι B ἀγίως· καὶ μετέθηκεν εἰς εὐσέβειαν· ὑπεδέξατο γὰρ, φησὶ, τὸν Ἰησοῦν χαίρων· ἔτυχε γὰρ ὧν μὴ προσεδόκα· ἀλλ' ἴσως ἐκεῖνο φαίη τις ἂν τῷ πάντων ἡμῶν Σωτῆρι Χριστῷ· Αὐλίζῃ παρὰ Ζακχαίῳ καὶ παρὰ τῷ τελωνῶν ἡγουμένῳ, ὃς οὔπω τοὺς τῆς φιλοκερδείας ἀπενίψατο τρόπους; Ναὶ, φησίν· οἶδα τοῦτο, Θεὸς ὢν φύσει, καὶ τὰς ἑκάστου τῶν ἐπὶ τῆς γῆς ἐποπτεύων ὁδοὺς, καὶ πρὸς τούτοις ἔχων τῶν ἐσομένων τὴν γνῶσιν· κέκληκα πρὸς μετάγνωσιν, πρόθυμον ὄντα πρὸς τοῦτο.

V. 8. *Dimidium bonorum meorum, Domine, do pauperibus.*

Viden' quomodo publicanorum præfectus, ille, inquam, avarus, repente misericors, et pauperum amator factus est? Distributurum se spondet egentibus opes; et quos fraudaverat certiores facit redditurum se illis ex legis norma; quatuor jubentis pro una ove restituere, juxta Davidis judicium, qui ovem pauperi raptam, quadruplam reddi a plagiario mandavit [19].

*Τὰ ἡμίση τῶν ὑπαρχόντων μου, Κύριε, δίδωμι τοῖς πτωχοῖς.*

(A f. 252 b) Ὁρᾷς πῶς ὁ τελωνῶν ἡγούμενος, ὁ φιλάργυρος, εὐθὺς ἐλεήμων καὶ φιλοπτωχίας γέγονε C ἐραστὴς, διανέμειν ἐπαγγελλόμενος τοῖς ἐνδεέσι τὸν πλοῦτον, καὶ τοῖς ἠδικημένοις ἀπολογούμενος, κατὰ τὸν νόμον τὸν τέσσαρα πρόβατα ἀνθ' ἑνὸς ἐκτίσειν κελεύοντα, κατὰ τὴν τοῦ Δαβὶδ κρίσιν περὶ τοῦ τὴν ἀμνάδα λεχθέντος ἁπεστερηκέναι τοῦ πτωχοῦ. « Καὶ τὴν ἀμνάδα γὰρ, φησὶ, ἀποτίσει τετραπλασίονα (1). »

V. 9. *Hodie salus domui huic facta est.*

Quo enim ingreditur Christus, ibi omnino salus fit. Neque post aliquas moras, vel promittentis ritu, sed hodie Zacchæo salutem Christus denuntiat, quoniam et ille statim quæ promisit, in rem contulit. Non enim dixit, Dabo dimidium; neque frandatis dixit, Reddam quadruplum: obtemperavit quippe Salomoni monenti: « Ne dicas, Postea revertere, et cras dabo [20]; » sed, « Ecce, inquit, do et reddo. » Quare et Christus: Hodie das, ait, hodie D tibi salus. Oportuisset itaque Judæos gratulari Zacchæo præter spem salvato; quia et ipse de filiis erat Abrahæ, quibus per Christum redemptionem Deus oraculo prophetarum promiserat.

*Σήμερον σωτηρία τῷ οἴκῳ τούτῳ ἐγένετο.*

(A f. 254) Ἔνθα γὰρ ἂν εἰσβάλῃ Χριστὸς, ἐκεῖ πάντως ἐστὶ καὶ σωτηρία· οὐκ εἰς ἀναβολὰς δὲ οὐδὲ ἐπαγγελίας, ἀλλὰ σήμερον τῷ Ζακχαίῳ τὴν σωτηρίαν ὁ Χριστὸς εὐαγγελίζεται· ἐπειδὴ καὶ αὐτὸς αὐτίκα πεποίηκεν ἃ ἐπηγγείλατο. Οὐ γὰρ εἶπεν· Δώσω τὰ ἡμίση, καὶ τοῖς ἀδικηθεῖσιν ἀποδώσω τετραπλοῦν· ἤκουσε γὰρ τοῦ Σολομῶντος· « Μὴ εἴπῃς· Ἐπάνηκε, καὶ αὔριον δώσω· » ἀλλ', « Ἰδοὺ, φησὶ, δίδωμι καὶ ἀποδίδωμι. » Διὸ καὶ ὁ Χριστός· Σήμερον, φησὶ, δίδως, σήμερόν σοι καὶ ἡ σωτηρία. Ἔδει τοίνυν τοὺς Ἰουδαίους χαίρειν ἐπὶ Ζακχαίῳ σεσωσμένῳ παραδόξως· ὅτι καὶ αὐτὸς εἰς υἱοὺς ἐτέλει τῷ Ἀβραάμ, οἷς τὴν διὰ Χριστοῦ λύτρωσιν διὰ προφητῶν ἁγίων ἐπηγγείλατο ὁ Θεός.

V. 11. *Adjiciens dixit parabolam: Homo quidam nobilis*, etc.

Hac, quæ in manibus est, parabola priorem simul suum ad homines adventum, et hinc discessum,

*Προσθεὶς εἶπε παραβολήν· Ἄνθρωπός τις εὐγενὴς*, κ. τ. λ.

(B f. 255) Διὰ τῆς ἐν χερσὶ δὲ παραβολῆς, ἐμοῦ καὶ τὴν προτέραν εἰς ἀνθρώπους ἄφιξιν ἑαυτοῦ, καὶ

[19] II Reg. XII, 6. [20] Prov. III, 28.

(1) Sic etiam Vulgatus Latinus, nec non Exod. XXII, 1. At Græcus Vaticanus hic: ἑπταπλασίονα, *septuplum*.

Digitized by Google

τὴν ἐνθένδε ἀποδημίαν, τήν τε μετὰ ταῦτα τῆς βασιλείας ὑποδοχήν, καὶ τὴν ἐπὶ τούτοις ἐπ' ἀγαθαῖς ἐλπίσι προσδοκωμένην ἡμῖν δευτέραν αὐτοῦ θεοφάνειαν, αἰνίττεται καὶ ὡς κατ' ἐκεῖνο καιροῦ, τῶν μὲν ἀξίων αὐτοῦ βασιλεύσει, κοινωνοὺς αὐτοὺς τῶν ἀγαθῶν καὶ δὴ καὶ τῆς βασιλείας ποιησάμενος· τῶν δὲ ἐπὶ τοῦ παρόντος βίου τὸ κήρυγμα παραιτησαμένων, ἐν ἐχθρῶν τε χώρᾳ καὶ πολεμίων ἑαυτοὺς καταλεξάντων κριτὴς ἔσται ἀπαραίτητος. Ταῦτα δ' ἐν παραβολῆς ἐθέσπιζε τρόπῳ, σαφῶς διδάσκων, ὅτι μήπω τότε ταῦτ' ἐξέφαινεν ἀνθρώποις συνών, ὁ τῆς αὐτοῦ βασιλείας ἐνειστήκει καιρός. Ἔλεγε δ' οὖν ταῦτα καὶ παρεδίδου, ἐν Ἰεριχοῖ μὲν ποιούμενος τὰς διατριβάς, ὁρμῶν δὲ λοιπὸν ἐπὶ τὰ Ἱεροσόλυμα· καὶ ἔλεγεν ἀναγκαίως· ἐπειδὴ πολὺς ἦν ὁ περὶ αὐτοῦ παρὰ τοῖς πᾶσι λόγος, ὡς αὐτίκα τότε μέλλοντος ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις τὴν διὰ τῶν προφητῶν ἀνακεκηρυγμένην αὐτοῦ βασιλείαν παραλήψεσθαι· ἧς ὑπονοίας μυρία τοῖς πολλοῖς ἐγίνετο αἴτια, τὰ πρὸς αὐτοῦ δρώμενα θαύματα, αἵ τε παράδοξοι δυνάμεις, δι' ὧν τοὺς θεωμένους ἔπειθεν ἀραρότως, αὐτὸν εἶναι ἡγεῖσθαι τὸν ἐκ πατέρων αὐτοῖς κατηγγελμένον καὶ προτδοκώμενον Χριστόν. Ἐπειδὴ τοίνυν ἤδη παρεῖναι τῆς αὐτοῦ βασιλείας τὸν καιρὸν ὑπελάμβανον, ἀναγκαίως τοὺς τοῦτο νομίζοντας διωρθοῦτο τῆς ψευδοῦς δόξης.

et post hæc regni receptionem, necnon secundam quam **388** bona spe exspectamus Dei manifestationem, significat : et quod illo tempore super dignos se regnaturus sit, eosque bonorum suorum adeoque et regni facturus participes : illis contra qui in præsente vita Evangelium recusaverint, seque in adversariorum et hostium loco constituerint, inexorabilis judex futurus. Hæc autem sub parabolæ forma edixit ; perspicue docens, quandoquidem hæc patefaciebat cum hominibus versans, nondum regni sui tempus instare. Hos ergo sermones serebat Hierichunte diversans, et mox Hierosolyma quoque profectus. Sic autem necessario loquebatur, quia multus erat de ipso apud omnes rumor, quasi tunc in ipsis Hierosolymis capturus esset prædicatum a prophetis regnum : cujus suspicionis quam plurimæ causæ apud populum erant, patrata nimirum ab eo miracula, et virtutes extraordinariæ, quibus firmiter spectatoribus persuadebat ut crederent se esse promissum illum jam inde a patrum ætatibus et exspectatum Christum. Quia igitur regni ejus tempus tunc adesse putabant, necessario eos qui ita existimabant, a falsa opinione retrahebat.

(A f. 255 b, B f. 175 b) Ὅπερ οὖν ἔφημεν, καταγράφει τῆς παραβολῆς ὁ σκοπὸς ὅλην ὡς ἐν βραχέσι τῆς ἐφ' ἡμῖν γενομένης οἰκονομίας τὴν δύναμιν, καὶ τοῦ κατὰ Χριστὸν μυστηρίου τὰ ἀπ' ἀρχῆς ἄχρι τέλους. Γέγονε μὲν γὰρ ἄνθρωπος Θεὸς ὢν ὁ Λόγος· κεχρημάτικε δὲ διὰ τοῦτο δοῦλος· ἀλλ' ἦν καὶ ἔστιν εὐγενής, κατά γε τὴν ἐκ Πατρὸς ἄῤῥητον γέννησιν· ἀποπεράνας δὲ τῆς μετὰ σαρκὸς οἰκονομίας τὸ μυστήριον, εἰς τὴν ἐνοῦσαν αὐτῷ κατὰ φύσιν ἀναπεφοίτηκε δόξαν, καὶ οἷον ἀποδεδήμηκεν εἰς χώραν μακράν· χώρα γὰρ ἑτέρα παρὰ τὴν γῆν, ὁ οὐρανός· ἀνέβη δὲ λαβεῖν ἑαυτῷ βασιλείαν. Πῶς δὲ ὁ τῶν ὅλων βασιλεύων μετὰ τοῦ Πατρὸς, ἄνεισι πρὸς αὐτὸν ληψόμενος βασιλείαν; Δηλονότι ἐνανθρωπήσαντι τῷ Υἱῷ καὶ τοῦτο δίδωσιν ὁ Πατήρ· ἀναφοιτήσας γὰρ εἰς οὐρανὸν, κεκάθικεν ἐν δεξιᾷ τῆς μεγαλωσύνης ἐν τοῖς ὑψηλοῖς, τὸ λοιπὸν ἐκδεχόμενος, ἕως οὗ τεθῶσιν οἱ ἐχθροὶ αὐτοῦ ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ.

Sicut ergo jam diximus, scopus parabolæ est breviter repræsentandi totam, quæ nostri causa suscepta fuit, incarnationis rationem, Christique a primordiis ad finem usque mysterium. Factus est enim Deus Verbum homo, in servili conditione se gessit ; sed tamen erat et est nobilis, quod attinet ad ineffabilem ex Patre nativitatem. Peracto autem in suscepta carne mysterio, ad insitam sibi naturaliter gloriam reversus est, atque in longinquam veluti regionem profectus. Nam diversa a terra regio cœlum est. Ascendit autem ad capiendum debitum sibi regnum. Sed enim quomodo is qui universaliter cum Patre regnat, ad capiendum apud eumdem ascendit regnum ? Nempe humanato Filio id quoque Pater attribuit : namque in cœlum redux, sedet ad dexteram majestatis in excelsis, **389** de cætero exspectans donec ponantur inimici sui scabellum pedum ipsius.

*Καλέσας δὲ δέκα δούλους ἑαυτοῦ, ἔδωκεν αὐτοῖς δέκα μνᾶς.*

*V. 13. Vocatis autem decem servis suis, dedit eis decem mnas.*

(A f. 255 b, B f. 275 b, C f. 147) (1) Διανέμει γὰρ ὁ Σωτὴρ τοῖς πιστεύσασιν εἰς αὐτὸν, τὴν τῶν θείων χαρισμάτων διαφοράν· τοῦτο γὰρ εἶναί φαμεν τὰς δέκα μνᾶς. Πλὴν πολλὴ τούτων ἡ διαφορὰ πρὸς ἐκείνους, οἳ καὶ ὅλως ἠρνήσαντο τὴν βασιλείαν αὐτοῦ· οἱ μὲν γὰρ ἀνταίρουσιν, οἱ δὲ τῆς ἐπ' αὐτῷ

Fidelibus quippe suis divinarum gratiarum varietatem impertit Servator. Has enim esse dicimus decem mnas. Verumtamen grandis est his discordia adversus eos qui regnum illius detrectarunt ; alteri enim resistunt, alteri servitio ejus gloriantur. Igitur ceu bonis famulis Dominicæ commissæ fuerunt opes,

(1) Hic plura apud S. Thomam in cat. Lat. « Cyrillus. Ascendens autem (ad cœlos) dispensavit credentibus in eum divinorum charismatum differentiam ; Sicut servis committuntur Dominicæ facultates, ut aliquid lucrantes, famulatus sui ferant præconia. Unde sequitur : *Vocatis autem servis suis*, etc. Consuevit sacra Scriptura in signum perfectionis uti numero denario ; quem si quis numerando excedere velit, ab unitate iterum inchoabit, quasi denario perducto ad metam. Et ideo in dispensatione talentorum eum qui metam attigit divini officii, decem ait mnas recepisse. »

Digitized by Google

ut aliquid in his negotiati, debitas fidelitati suæ laudes reportarent. Sed enim sui, inquit, cives illum oderant. Hoc nimirum imputat Judæis Christus : « Nisi opera inter eos fecissem, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent. Nunc autem et viderunt, et nihilominus oderunt me Patremque meum [21]. » Hi noluerunt illum super se regnare; Zacharia propheta nequidquam clamante : « Gaude valde, filia Sion, quia ecce rex tuus venit ad te justus et Salvator [22]. » Et Isaias similiter : « Ecce, inquit, rex justus regnabit, et principes cum judicio imperabunt [23]. » Imo et ipse quandoque Christus per Psalmistæ lyram dixit : « Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion monte sancto ejus [24]. » Negarunt itaque regnum ejus (Judæi), dum Pilato dixerunt : « Non habemus regem nisi Cæsarem [25]. »

V. 15. *Cum rediret, accepto regno.*

Igitur reverso, post acceptum regnum, viro illo nobili, id est Christo, laudem consequentur, et supernis deliciis abundabunt doctrinæ ministri. Nam decuplo vel saltem quinquiplo effecto talento, quia multos homines lucrati sunt, decem vel quinque urbibus præficientur, id est non iis tantummodo quibus antea, verum etiam aliis multis dominabuntur. — Nunc quoque **390** Servator talenta famulis suis distribuit, ad evangelicæ normam parabolæ. Eia pandite corda vestra, et lætanter excipite. Strenui estote mensarii; quod datum est, prudenter negotiamini, vestraque devotione augete. Grande sanctisque dignum hinc gaudium conflit, et fidelitatis laus subsequitur. Sed cur hæc aio, omisso quod majus est? Cœli cives nos efficit, ad regnum ducit, et cum nostro communi Servatore Christo glorificat. Id ex ipsis quoque evangelicis Litteris agesis cognoscamus. Qui talentis quinque a patrefamilias acceptis alia quinque superlucratus est, quid ait, ad dominum accedens? « Domine, quinque talenta dedisti mihi, ecce alia quinque ex his confeci [25*]. » Viden' quanta sit studiosi laboris gloria? Quid vero ad hæc Christus? « Euge, serve bone et fidelis, quia in paucis fuisti fidelis, super multa te constituam; intra in gaudium domini tui [26]. » Quid his verbis ad potentiam majus? quid præstantius ad felicitatem? Laudes a Christo, suffragium Dominicum studiosam coronans operam : fidelem eum appellat, qui sua industria fructum peperit. Jam vero num lucrum illud Domino attulit? Num hic re aliqua ad usum suum eget? Ipse est rerum omnium plenitudo; atque, ut Joannes ait, « De plenitudine ejus nos omnes accepimus [27]. » Sed cum nobis ipsi lucramur, et

A δουλείας φέρουσι τὸ καύχημα. Οὐκοῦν ὡς οἰκέται γνήσιοι τὸν Δεσποτικὸν ἐθαρρύνθησαν πλοῦτον, ἵνα τι προσεργασάμενοι, τοὺς τῇ γνησιότητι πρέποντας ἐπαίνους κερδάνωσι. Ἀλλ' οἱ πολῖται αὐτοῦ, φησὶν, ἐμίσουν αὐτόν· τοῦτο τοῖς Ἰουδαίοις ὠνείδισεν ὁ Χριστός· « Εἰ μὴ τὰ ἔργα ἐποίησα ἐν αὐτοῖς, ἃ οὐδεὶς ἄλλος ἐποίησεν, ἁμαρτίαν οὐκ εἶχον· νῦν δὲ καὶ ἑωράκασι καὶ μεμισήκασι καὶ ἐμὲ καὶ τὸν Πατέρα μου. » Αὐτοὶ οὐκ ἠθέλησαν αὐτὸν ἐπ' αὐτοὺς βασιλεῦσαι· καίτοι Ζαχαρίου τοῦ προφήτου βοῶντος· « Χαῖρε σφόδρα, θύγατερ Σιών· ὅτι ἰδοὺ ὁ βασιλεύς σου ἔρχεταί σοι δίκαιος καὶ σώζων. » Καὶ Ἡσαΐας δὲ ὁμοίως. « Ἰδοὺ δὴ, φησὶ, βασιλεὺς δίκαιος βασιλεύσει, καὶ ἄρχοντες μετὰ κρίσεως ἄρξουσι. » Ναὶ μὴν καὶ αὐτὸς ἔφη που Χριστὸς διὰ τῆς τοῦ Ψάλ-

B λοντος λύρας· « Ἐγὼ δὲ κατεστάθην βασιλεὺς ὑπ' αὐτοῦ, ἐπὶ Σιὼν ὄρος τὸ ἅγιον αὐτοῦ. » Ἠρνήσαντο τοίνυν τὴν βασιλείαν αὐτοῦ, φάσκοντες Πιλάτῳ· « Οὐκ ἔχομεν βασιλέα, εἰ μὴ Καίσαρα. »

*Ἐν τῷ ἐπανελθεῖν αὐτὸν λαβόντα τὴν βασιλείαν.*

(A f. 256) Ὑποστρέψαντος τοίνυν μετὰ τὸ λαβεῖν τὴν βασιλείαν τοῦ ἀνθρώπου τοῦ εὐγενοῦς, δῆλον δὲ ὅτι τοῦ Χριστοῦ, ἐπαίνων τεύξονται, καὶ ταῖς ἀνωτάτω τιμαῖς ἐντρυφήσουσιν οἱ τοῦ λόγου διάκονοι. Δεκαπλασιάσαντες γὰρ, ἤγουν πενταπλασιάσαντες τὸ τάλαντον διὰ τοῦ κερδᾶναι πολλοὺς, ἐπάνω δέκα πόλεων ἢ πέντε γενήσονται· τουτέστιν ἄρξουσι πάλιν, οὐχ ὧν ἤρξαν πρὸ τούτου μόνον, ἀλλὰ καὶ ἑτέρων ἔτι πολλῶν. [A f. 257, B f. 175 b] (1) Διανέμει καὶ νῦν ὁ Σωτὴρ τάλαντα τοῖς ἰδίοις οἰκέταις, κατά γε τὴν ἐν Εὐαγγελίοις παραβολήν. Οὐκοῦν ἁπλώσατε τὰς καρδίας, καὶ ὑποδέξασθε χαίροντες·

C δόκιμοι γένεσθε τραπεζῖται· ἐμπορεύσασθε τὸ δοθὲν, ἐπιστημόνως· πολυπλασιάσατε ταῖς ἐπιεικείαις. Μέγα καὶ ἁγιοπρεπὲς τὸ καύχημα, καὶ τοὺς τῆς γνησιότητος ἐπαίνους προξενεῖ. Καὶ τί τοῦτο λέγω, τὸ ἔτι μεῖζον ἀφεὶς; Οὐρανοῦ πολίτην ἐργάζεται, εἰς βασιλείαν ἀναφέρει, αὐτῷ συνδοξάζεσθαι ποιεῖ τῷ πάντων ἡμῶν Σωτῆρι Χριστῷ. Ἴδωμεν δὲ τοῦτο, καὶ ἐξ αὐτῶν τῶν εὐαγγελικῶν γραμμάτων. Ὁ τὰ πέντε τάλαντα λαβὼν παρὰ τοῦ οἰκοδεσπότου, προσεργασάμενος δὲ καὶ ἕτερα πέντε, τί προσέρχεται λέγων; « Κύριε, πέντε τάλαντά μοι ἔδωκας, ἴδε ἐποίησα ἄλλα πέντε. » Ὁρᾷς ὅσον ἐστὶ τῆς φιλοπονίας τὸ καύχημα; Καὶ τί πρὸς αὐτὸν ἔφη Χριστός; « Εὖ, δοῦλε ἀγαθὲ καὶ πιστὲ, ἐπὶ ὀλίγα ἦς πιστὸς,

D ἐπὶ πολλῶν σε καταστήσω· εἴσελθε εἰς τὴν χαρὰν τοῦ Κυρίου σου. » Τί τούτου τὸ μεῖζον εἰς δύναμιν; τί τὸ αἱρετώτερον εἰς εὐημερίαν; Ἔπαινοι παρὰ Χριστοῦ, καὶ ψῆφος Δεσποτικὴ στεφανοῦσα τὸν φιλεργήσαντα, πιστὸν ὀνομάζει τὸν καρποφορήσαντα νοητῶς. Μὴ γὰρ τῷ Δεσπότῃ τὸ κέρδος προσήνεγκε; Μὴ

[21] Joan. xv, 24. [22] Zach. ix, 9. [23] Isa. xxxii, 1. [24] Psal. ii, 6. [25] Joan. xix, 15. [25*] Matth. xxv, 20. [26] ibid. 21. [27] Joan. i, 16.

(1) In marg. Κυρίλλου ὁμιλία. Nempe hic locus sumitur ex Cyrilli quadam homilia a catenæ auctore Niceta. De Cyrilli homiliis deperditis diximus in Præfatione (*hujus ed. nov. t. I, col.* 95). Et quidem de Joanne Baptista in not. ad Luc. III, 4; de electione apostolorum ad Luc. VI, 13, de divite horrea dilatare volente ad Luc. XII, 19; denique de passione Domini infra cap. XXIII, 23.

Digitized by Google

γὰρ χρῄζει τινὸς ἐν τοῖς καθ' ἑαυτόν; Αὐτός ἐστι τὸ πάντων πλήρωμα, καὶ ὡς ὁ πάνσοφος Ἰωάννης φησίν, « Ἐκ τοῦ πληρώματος αὐτοῦ πάντες ἡμεῖς ἐλάβομεν. » Ἀλλ' ὅταν ἡμεῖς ἑαυτοὺς κερδάνωμεν, προσωφελῶμεν δὲ καὶ ἑτέρους, τότε χαίρει Χριστός· πλοῦτον ἡγεῖται τὴν ἡμῶν εὐδοκίμησιν. Καὶ τὸ ἔτι μεῖζον ἐρῶ· τροφὴν ὥσπερ ποιεῖται τὸ πρᾶγμα· ὅτι δέ ἐστιν ἀληθὲς ὃ φημι, πάλιν ἐκ τῶν εὐαγγελικῶν μαθήσῃ γραμμάτων· νενουθέτηκε μὲν γὰρ τὴν ἐκ Σαμαρείας γυναῖκα· εἶτα λεγούσης ἐκείνης, Ὅτε ἔλθῃ Μεσσίας, ἀπαγγελεῖ ἡμῖν πάντα, ἑαυτὸν ἐμφανῆ κατέστησε, λέγων· « Ἐγώ εἰμι ὁ λαλῶν σοι. » Καὶ τὸ μὲν γύναιον δρόμῳ συντείνεται, καὶ τὴν Σαμαρειτῶν μεμυσταγώγηκε πόλιν. Εἰδὼς δὲ Χριστὸς ὅτι πολλοὶ πιστεύσουσιν ἐπ' αὐτὸν, τοῖς ἁγίοις ἔφασκε μαθηταῖς· « Ἐγὼ βρῶσιν ἔχω φαγεῖν, ἣν ὑμεῖς οὐκ οἴδατε. » Τρέφει γὰρ ὥσπερ τὴν ἡμερωτάτην φύσιν, τῶν ἀπολωλότων ἡ σωτηρία.

A cæteris simul prosumus, tunc Christus lætatur : opes suas existimat bonam nostram vitam. Sed et majus aliquid dicam : alimoniæ suæ loco, hoc habet negotium. Quod autem vere dicam, rursus ex evangelicis disces litteris. Samaritanæ mulieri monita dabat; cumque illa diceret venturum esse Messiam qui omnia nobis nuntiabit; ipse semet revelat dicens : « Ego ille sum, qui tecum loquor [28]. » Tunc mulier cursim reversa, Samaritanorum civitatem sacra notitia imbuit. Videns autem Christus multos sibi esse credituros, **391** sanctis ait apostolis : « Ego cibum habeo manducare, quem vos nescitis [29]. » Alit enim quodammodo per benignam ejus naturam, illorum, qui perierant, recuperata salus.

Ὁ μὲν οὖν γνήσιος οἰκέτης, (ἀναδήσομαι γὰρ αὖθις ἐπὶ τὸν τοῦ λόγου σκοτὸν), τὸν τῆς ἐπιεικείας ἀνεδήσατο στέφανον· εἰσκεκόμισται γὰρ εἰς τὴν χαρὰν τοῦ ἰδίου δεσπότου. Ὁ δέ γε λαβὼν τὸ [ἓν] τάλαντον, εἶτα γεγονὼς ὀκνηρὸς, προσεργασάμενος δὲ παντελῶς οὐδὲν, κατακρύψας δὲ μᾶλλον εἰς γῆν αὐτὸ, ταῖς ἐσχάταις περιπέπτωκε δίκαις. Φύγωμεν τοίνυν τὴν μίμησιν, ἀποπεμψώμεθα τῆς ἑαυτῶν διανοίας τὸν ἀκερδῆ καὶ ἐπάρατον ὄκνον, τὸν ἐπ' ἀγαθοῖς δηλονότι σπουδάσμασι· μὴ εἰς ἀργίαν, τὴν δοθεῖσαν ἡμῖν παρὰ Χριστοῦ καταχώσωμεν χάριν. Φησί που διὰ φωνῆς Ἡσαΐου ὁ τῶν ὅλων Θεός· « Ἱερεὺς λαλησάτω εἰς τὴν καρδίαν Ἱερουσαλήμ. » Τί δὲ, εἰ ὁ μὲν διδάσκων, τοὺς ὠφελεῖν εἰωθότας ἐξυφαίνοι λόγους τοῖς ἀκροωμένοις, οἱ δὲ οὐκ εἰς νοῦν καὶ καρδίαν ἀποτίθενται τὴν μυσταγωγίαν, ἀλλ' ἐπικροτήσαντες μόνον, καὶ γυμνοῖς ἐπαίνοις ἀμειψάμενοι τὸν μυσταγωγὸν, ἄγευστοι τῶν ἱερῶν ἀπομένουσι διδαγμάτων; Ἆρα ὀκνῆσαι προσήκει τὸν μυσταγωγόν; Εἶτα, ποίους εὑρήσει λόγους ἐπὶ τοῦ θείου βήματος τοὺς ἐπικουροῦντας αὐτῷ, ὅταν αἰτιάσηται τῶν ἀκροωμένων τὸ ῥᾴθυμον, καὶ εὐάφορμον εἴπῃ διὰ τοῦτο τὸν ὄκνον; Κατακριθήσεται γὰρ μᾶλλον, ὡς ἔστιν ἰδεῖν ἐκ τῆς εὐαγγελικῆς παραβολῆς. Ὁ γάρ τοι τὸ τάλαντον λαβὼν παρὰ τοῦ οἰκοδεσπότου, κατέχωσε μὲν εἰς γῆν αὐτὸ, καὶ ἀπολυπλασίαστον ἔχων, προσεκόμιζε λέγων· « Κύριε, ἴδε ἔχεις τὸ σόν. » Ἆρ' οὖν ἐπῄνηται καὶ γερῶν ἠξίωται, ἢ κατεδικάσθη μᾶλλον ὡς ὀκνηρός; « Ἔδει σε γὰρ, φησὶ, καταβαλεῖν τὸ ἀργύριόν μου τοῖς τραπεζίταις· κἀγὼ ἐλθὼν ἐκομισάμην ἂν τὸ ἐμὸν σὺν τόκῳ. » Οὐκοῦν ὡς τραπεζίταις ὑμῖν ἐπιστήμοσι τὸ δεσποτικὸν ἀργύριον ἐξοδιάζω ἐγώ· ὑμεῖς δὲ λαβόντες, ἀπόθεσθε εἰς νοῦν τὸ δοθὲν, καὶ εἰς τὸ βάθος τῆς ἑαυτῶν καρδίας κρύψατε· εὖ εἰδότες, ὅτι τὰ εἰς γῆν πεμπόμενα τῶν σπερμάτων, ἐγχωννύμενα μὲν ταῖς βώλοις, καρποφορεῖ· τὰ δὲ ἀκατάχωστα διαρπάζεται.

B Ergo fidelis servus (rursus enim ad sermonis scopum revolvor) boni actus sui corona redimitur; introductus enim est in gaudium domini sui. Qui autem unum acceperat, deinde desidens nihil lucratus fuerat, sed illud potius humi defoderat, maximas pœnas dedit. Caveamus itaque quominus hunc imitemur; ejiciamus animo sterilem ac detestandam ignaviam ad bonorum operum studium : ne otio, inquam, datam nobis a Christo gratiam mergamus. Ait alicubi Isaiæ voce universalis Deus : « Sacerdos loquatur ad cor Jerusalem [30]. » Quid vero, si magister quidem utiles audientibus nectat sermones, hi vero in cor mentemque doctrinam non recipiant, sed solo plausu nudisque laudibus magistrum remunerantes, sacram reapse eruditionem non degustent? Num idcirco oportet magistrum quoque desidere? Atqui ante tribunal Christi quomodo sibimet patrocinabitur, si quidem audientium accusata ignavia, hanc otii sui ceu probabilem causam afferat? Potius enim condemnabitur, ut ex evangelica parabola cognoscere licet. Nam qui unum talentum acceperat a patrefamilias, id humi obruit, atque ita non multiplicatum servans, deinde retulit dicens : « Domine, en quod tuum est habes. » Num ergo laudatus fuit et præmio affectus? An potius uti ignavus damnatoria sententia perculsus? « Oportuerat enim, inquit, a te pecuniam meam committi nummulariis, et tunc veniens ego recepissem utique quod meum est cum usura. » Itaque ceu peritis nummulariis Dominicam vobis pecuniam ego trado; vos vero accipientes, in mente, quod datum est, reponite, atque intra cordis penetralia recondite : bene conscii, semina in terram jacta, si modo glebis adobruantur, fructum reddere; minime autem infossa, diripi.

C

D

(A f. 257 b) Ἐρεῖ καὶ ὑμῖν ὁ χρήσας τὰ τάλαντα· Εἰ γὰρ αὐστηρός εἰμι, φησὶ, θερίζων ὅπου οὐκ ἔσπειρα, διὰ τί μὴ τὴν δοθεῖσάν σοι χάριν (τοῦτο γάρ ἐστιν ἡ μνᾶ) **δέδωκας** τοῖς τραπεζίταις, τουτέστι, προῦθηκας εἰς ἀπόλαυσιν τοῖς εὖ εἰδόσι δοκιμάζειν τὰ παρὰ

**392** Dicet etiam vobis is qui talenta utenda commisit : Si ego homo austerus sum, metens quod non sevi, cur datam tibi gratiam, hæc enim est mina, mensariis non commisisti, id est, illorum usui non tradidisti, qui accepta a te recte æstimare po-

[28] Joan. IV, 26. [29] ibid. 32. [30] Isa. XL, 2.



Digitized by Google

terant? Namque ego veniens, exegissem rem meam non sine usura. Certe magistrorum officium est, serere coram auditoribus utilem salutaremque sermonem ; divinæ autem virtutis opera est vocare ad obedientiam eos qui audiunt, et illorum mentem reddere fructuosam. — Ignavus servus qui velut mortuum reposuerit charisma, neque ex eo quidquam lucratus fuerit, etiam hoc dato charismate spoliabitur : qui vero meliore via incesserint, supernis bonis cumulabuntur. — Animadvertendum est alium evangelistam adnotare qualis quoque fuerit distributorum differentia talentorum : « Uni enim dedit, inquit, quinque talenta, alii autem duo, alii vero unum, unicuique secundum propriam virtutem dividens [21]. » Quinam porro hi sunt, quibus talenta commendata fuerunt, age dicamus. Sunt hi perfecto animi statu præditi, quibus utique solidus cibus congruit, recte initiando idonei, atque ad omne boni studii genus semetipsos atque alios dirigentes ; cujusmodi fuere divi discipuli, et qui post illos ministerium idem exceperunt. His Servator divinarum gratiarum pro rata parte numerum confert ; ut sint mundi lumina, verbumque vitæ contineant. Hi dum subjectas sibi plebes monitis instruunt, talentum negotiantur, debitamque sanctis hæreditatem capiunt. — Qui noluerunt nobilem illum virum sibi dominari, jugulati ante ejus conspectum fuerunt. Hoc Israelitæ sunt experti ; negato enim ab ipsis Christi regno, in extremas inciderunt calamitates, et mali male perierunt.

σοῦ ; Ἐγὼ γὰρ ἐλθὼν, ἔπραξα ἂν, τουτέστιν ἀπῄτησα, τὸ ἐμὸν σὺν τόκῳ. Τῶν μὲν γὰρ διδασκάλων ἐστὶ τὸ κατασπείρειν τοῖς ἀκροωμένοις τὸν ἐπωφελῆ καὶ σωτήριον λόγον· ἔργον δὲ ἰσχύος τῆς παρὰ Θεοῦ, τὸ καλεῖν εἰς εὐπείθειαν τοὺς ἀκροωμένους καὶ εὔκαρπον αὐτῶν ἀποφαίνειν τὸν νοῦν (1). — (A f. 258 b) Ὁ μὲν ὀκνηρὸς οἰκέτης νεκρὸν θεὶς τὸ χάρισμα καὶ μὴ ἐπεργασάμενος, γυμνὸς καὶ τοῦ δοθέντος ἔσται χαρίσματος· οἱ δὲ τὴν ἀμείνω βαδίσαντες ὁδὸν, ἐν προσθήκαις ἔσονται τῶν ἄνωθεν ἀγαθῶν. — (B. f. 175 b) Σημειωτέον δὲ ὅτι ὁ ἕτερος τῶν εὐαγγελιστῶν οἶδε καὶ ποσότητος διαφορὰς τῆς γενομένης τῶν ταλάντων διανομῆς. « Ὧ μὲν γὰρ, φησὶ, δέδωκε πέντε τάλαντα, ᾧ δὲ δύο, ᾧ δὲ ἕν, τοῖς ἑκάστου μέτροις ἀναλόγως τὴν διανέμησιν ποιούμενος. » Τίνες δ' ἂν εἶεν οἱ θαρσούμενοι, φέρε λέγωμεν. Οἱ τέλειοι τὴν ἕξιν, οἷς ἂν πρέποι καὶ ἡ στερεὰ τροφὴ μυσταγωγεῖν εἰδότες ὀρθῶς, καὶ πρὸς πᾶν ὁτιοῦν τῶν ἐπιτηδευμάτων ἑαυτούς τε καὶ ἑτέρους ἀπευθύνοντες, ὁποῖοι γεγόνασιν οἱ θεσπέσιοι μαθηταὶ, καὶ οἱ μετ' ἐκείνους τὴν αὐτὴν διακονίαν διαδεξάμενοι· τούτοις ὁ Σωτὴρ τὴν τῶν θείων χαρισμάτων δίδωσι διαφοράν· ἵνα ὦσι φωστῆρες ἐν κόσμῳ, λόγον ζωῆς ἐπέχοντες· οὗτοι νουθετοῦντες τοὺς ὑπὸ χεῖρα λαοὺς, προσεργάζονται τῷ ταλάντῳ, καὶ τὸν τοῖς ἁγίοις πρέποντα κερδανοῦσι κλῆρον. — (A f. 259) Οἱ μὴ θελήσαντες ἐπ' αὐτοὺς βασιλεῦσαι τὸν ἄνθρωπον τὸν εὐγενῆ, κατεσφάγησαν ἔμπροσθεν αὐτοῦ. Τοῦτο πεπόνθασιν οἱ ἐξ αἵματος Ἰσραὴλ· ἀρνησάμενοι γὰρ τὴν Χριστοῦ βασιλείαν, ταῖς ἐσχάταις περιπεπτώκασι συμφοραῖς, καὶ κακοὶ κακῶς ἀπολώλασιν.

V. 35. *Et duxerunt illum ad Jesum.*

*Καὶ ἤγαγον αὐτὸν πρὸς τὸν Ἰησοῦν.*

Adducitur jumentum a duobus quos **393** Christus miserat discipulis : cui rei efficiendæ duo suffragantur ordines, prophetæ videlicet atque apostoli, a quibus pertracti fuerunt ad fidem ethnici, quorum figura jumentum erat. Adducitur autem e villa quadam, ut his quoque verbis iniquam ethnicorum denotet mentem, qui non civiliter sed rustice inculteque vivebant. Attamen ad mites mores conversi sunt, postquam docenti omnia Christo se submiserunt. Alius vero evangelista ait pueros quoque palmarum ramos præferentes Christo præcessisse, atque una cum discipulis laudes cecinisse [22] ; ut in his etiam novum ex ethnicis populum, tanquam in tabula pictum videamus. Scriptum est enim : « Et populus qui creabitur laudabit Dominum [23]. » — Pœnales tenebras exteriores intelligit paratum diabolo angelisque ejus ignem. Hæc erit immisericordium sors.

(B f. 178 b, C f. 148) Ἄγεται ὁ πῶλος, δύο μαθητῶν ἀπεσταλμένων παρὰ Χριστοῦ· ὑπηρετοῦσι γὰρ πρὸς τοῦτο αὐτῷ δύο τάγματα, προφῆται καὶ ἀπόστολοι δι' ὧν σαγηνεύεται εἰς πίστιν τὰ ἔθνη, ὧν ἐστι τύπος ὁ πῶλος· ἄγεται δὲ ἀπό τινος κώμης, ἵνα καὶ διὰ τούτων τὴν ἄδικον τῶν ἐθνῶν καταδείξῃ φρένα, οὐκ ἐννόμως, ἀλλ' ἀγρίως καὶ ἀτημελῶς ζησάντων. Πλὴν μετέστη ἐπὶ τὸ ἥμερον· γέγονε γὰρ ὑπὸ Χριστῷ τῷ πάντα διδάσκοντι. Ἕτερος δὲ εὐαγγελιστὴς, καὶ παῖδας ἔφη βαΐα φοινίκων ἀνατείνοντας προτρέχειν αὐτοῦ, καὶ ὁμοῦ τοῖς μαθηταῖς δοξολογεῖν· ἵνα καὶ δι' αὐτῶν τὸν νέον καὶ ἐξ ἐθνῶν λαὸν, ὥσπερ ἐν πίνακι γεγραμμένον ἴδωμεν· γέγραπται γάρ· « Καὶ λαὸς ὁ κτιζόμενος αἰνέσει τὸν Κύριον. » — (I f. 106 b) Τὸν τῆς κολάσεως δηλονότι, τὸν ἐξώτερον σκότον, τὸν ἡτοιμασμένον τῷ διαβόλῳ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ· οὗτος τῶν ἀφιλοικτιρμόνων ὁ κλῆρος (2).

[21] Matth. xxv, 15. [22] Matth. xxi, 8 ; Marc. xi, 8 ; Joan. xii, 13. [23] Psal. ci. 19.

(1) Animadverte divinæ necessitatem gratiæ ad mentes hominum permovendas ; sine qua sacri concionatores frustra declamant.

(2) Fragmentum hoc citatur nominatim ex Cyrillo in Lucæ Evangelium a catena Ottob. Vat. in prophetas, p. 106. Hic autem conjecturaliter ego collocavi, quia in loco parallelo Matth. xxv, 30 (ad quem solet provocare Cyrillus) servus piger, qui talentum abscondit, in tenebras exteriores ejicitur.

Digitized by Google

*Πορευομένου δὲ αὐτοῦ*, κ. τ. λ.

(A f. 260) Ἀνῄει μὲν εἰς Ἱεροσόλυμα Χριστὸς, τὸν ὑπὲρ τῆς ἁπάντων σωτηρίας καὶ ζωῆς ἀνατλῆναι σταυρόν· ἐπεκάθισέ τε τῷ πώλῳ· προσυπήντων δὲ τῶν Ἰουδαίων οἱ δῆμοι, καὶ παῖδες ἄνηβοι σὺν αὐτοῖς, καὶ πολλαῖς αὐτὸν εὐφημίαις καὶ κρότοις ἠπείγοντο στεφανοῦν· οἱ μὲν γὰρ ἐστρώννυον ἐν τῇ ὁδῷ τὰ ἱμάτια ἑαυτῶν, οἱ δὲ βραχεῖαν ἔτι κομιδῇ τὴν ἡλικίαν ἔχοντες, τὰ κάλυντρα (1) τῶν φοινίκων ἀνατείνοντες ὑψοῦ, ᾠδὴν ἐποιοῦντο Χριστῷ, λέγοντες· Εἰρήνη ἐν οὐρανῷ· οὐκέτι τοῦ Θεοῦ ἡμῖν ἐκπεπολεμωμένου, ἀλλ' ἐν τῇ χώρᾳ ἡμῶν τῶν ἐχθρῶν αὐτοῦ περιπατοῦντος, καὶ διὰ τοῦτο ὑπὸ τῶν ἀγγέλων δοξαζομένου· ὁ γὰρ ἄνω βασιλεὺς κατέδη κάτω, καὶ μίαν ὑπακοὴν (2) πεποίηκεν.

A V. 36. *Eunte autem illo*, etc.

Pergebat Hierosolyma Christus, ut pro omnium salute ac vita crucem pateretur. Asello autem insidebat, occurrebantque ei Judæorum turbæ unaque pueri impuberes, multisque eum acclamationibus plausibusque certabant ornare. Nam turbæ quidem vestimenta sua sternebant in via; tenera vero adhuc ætate pueri, erectas palmarum spathulas manu tenentes, canticum Christo accinebant dicentes: Pax in cœlo, quia Deus jam nobis non est adversus, sed in regione nostra, qui ei olim invisi fuimus, incedit; ideoque ab angelis collaudatur. Nam Rex supernus deorsum venit, et unum ab utroque cœtu hymnum elicuit.

*Καί τινες τῶν Φαρισαίων ἀπὸ τοῦ ὄχλου εἶπον*, κ. τ. λ.

B V. 39. *Et quidam Pharisæorum de turbis dixerunt*, etc.

(A f. 260 b) Ἀλλ' οὐκ ἐδόκει συμφέρεσθαι ταῖς τοῦ πλήθους σπουδαῖς τοῖς καθηγεῖσθαι λαχοῦσιν· ὑπέτριζον γὰρ τοὺς ὀδόντας αὐτῶν, καὶ πρὸς τὴν τῶν παίδων ταύτην φωνὴν ἠγανάκτουν οἱ βάσκανοι Φαρισαῖοι, ἐπειδὴ ὁρώμενος ἄνθρωπος τὴν Θεῷ πρέπουσαν ὑμνολογίαν ἐδέχετο· καὶ δὴ καὶ προσῄεσαν οἱ θρασεῖς, μονονουχὶ διαμαρτυρόμενοί τε καὶ λέγοντες· « Οὐκ ἀκούεις τί οὗτοι λέγουσι; » ἀντὶ τοῦ, Ἄνθρωπος ὢν ἀνέχῃ δοξολογούμενος καὶ ὡς Θεὸς ὑμνούμενος, καὶ τὰς Θεῷ πρεπούσας εὐφημίας δέχῃ παρὰ τῶν παίδων; Καὶ τί πρὸς ταῦτα Χριστός; Ἠγανάκτησεν ἄρα κατὰ τῶν παίδων; ἀπεσείσατο τὴν δοξολογίαν; ἐπετίμησε τοῖς εὐφημοῦσιν αὐτὸν ὡς Θεόν; Οὐδαμῶς· ἔφη γὰρ μᾶλλον πρὸς τοὺς φιλεγκλήμονας, ἐπιστομίζων αὐτοὺς, ὅτι « Ἐὰν οὗτοι σιωπήσωσιν, οἱ λίθοι κεκράξονται. » Ὁρᾷς, ὅπως προσμεμαρτύρηκεν ἑαυτῷ τὴν τῆς θεότητος δόξαν, ὁ ἐποχούμενος τῷ πώλῳ καὶ κατὰ σάρκα υἱὸς Δαβίδ; Ἀλλ' οὐκ ἦν δόξης ἀλλοτρίας κοινωνὸς, ὡς οἱ χριστομάχοι φασὶν (3), ἀλλ' οὐδὲ ὕστερος πηρὰ τὸν ἐκ Θεοῦ Πατρὸς Λόγον ὡς Υἱὸς κατὰ μόνας· διὰ τοῦτο καὶ Θεὸς, καὶ Κύριος, καὶ Ὕψιστος ὀνομάζεται.

V. 18. *Tolle hunc et dimitte nobis Barabbam.*

Cum eum judex morte absolveret, sententiam postulant ferri adversus omnis pietatis ducem atque magistrum, ut graviorem scilicet perlaturi sint punitionem. Clamavit enim tota simul multitudo dicens : « Tolle hunc et dimitte nobis Barabbam. » En 433 manifeste sanctum justumque negaverunt, sicut ait beatus Petrus [24], et virum homicidam donari sibi petiverunt, ut ejus sorti communicarent. Quod sane iis pati contigit. Nam traditi fuerunt exitio et cædi. Clamaverunt enim, inquit evangelista, dicentes : « Tolle, tolle, crucifige eum [25] » De hoc ipso expostulabat impio clamore Dominus Jeremiæ ore dicens : « Dereliqui domum meam, dimisi hæreditatem meam, tradidi dilectam animam meam in manus inimicorum ejus. Facta est hæreditas mea mihi tanquam leo in silva, edidit contra me vocem suam ; propterea odio habui [26]. » — Dicit alicubi de Judæorum impietate Oseas propheta : « Væ illis, quia recesserunt a me ! Miseri sunt, quia in me peccaverunt. Ego quidem redemeram illos, sed ipsi adversus me mendacia locuti sunt [27]. » Et rursus : « Cadent gladio principes eorum, propter indisciplinatam linguam suam [28]. »

C

*Ὁ δὲ Πιλάτος ἐπέκρινε γενέσθαι τὸ αἴτημα αὐτῶν.*

(A f. 298, B f. 209 b, C f. 156 b). Ἐπέκρινε τοίνυν, φησὶν, ὁ Πιλάτος γενέσθαι τὸ αἴτημα αὐτῶν, καὶ νίκην νενικήκασιν ὀλέθρου μητέρα. Ἤνεγκε μὲν τὸν σταυρὸν ὁ Σωτὴρ ἐκ τοῦ πραιτωρίου, ὅτι καὶ Ἀβραὰμ ἀνιὼν ἐπὶ τὸ παραδειχθὲν αὐτῷ ὄρος, ἵνα θύσῃ τὸν Ἰσαὰκ, Θεοῦ γενέσθαι τὸ χρῆμα προστάττοντος, ἐπετίθει τῷ παιδίῳ τὰ ξύλα· καὶ ἦν εἰς τύπον Χριστοῦ, τὸν ἑαυτοῦ σταυρὸν εἰς ὤμους ἔχοντος. — (B f. 209 b) Καὶ ἄγεται μὲν ὁ Σωτὴρ ἐπὶ τὸ πάθος· Σίμωνι δὲ, φησὶ, Κυρηναίῳ ἐπέθεσαν τὸν σταυρὸν αὐτοῦ. Ἕτερος δὲ τῶν ἁγίων εὐαγγελιστῶν καὶ αὐτὸν ἔφη τὸν Ἰησοῦν βαστάσαι τὸ ξύλον. Ἀληθὲς δὲ πάντως καὶ τοῦτο κἀκεῖνο· ἤνεγκε μὲν γὰρ σταυρὸν ὁ

V. 24. *Et Pilatus adjudicavit fieri petitionem eorum.*

Adjudicavit ergo Pilatus fieri petitionem eorum ; atque ita matrem exitii sui victoriam retulerunt. Bajulavit igitur ex prætorio Servator crucem ; nam et Abrahamus pergens ad demonstratum sibi montem, ut Isaacum immolaret, Deo sic fieri jubente, imposuit illi ligna [29], fuitque Christi typus crucem suam humeris gestantis. — Ducitur ergo ad patiendum Christus ; Simoni autem, inquit, Cyrenæo crucem ejus imposuerunt. Alius vero sanctus evangelista ipsum quoque Jesum dixit lignum gestasse [30]. Vere omnino utrumque se habet. Nam gestavit reapse crucem Servator ; sed medio, puta, in itinere Cyrenensem quemdam apprehendentes, lignum in

D

[23] Luc. xx, 22-25. [24] Act. iii, 14. [25] Joan. xix, 5. [26] Jerem. xii, 7, 8. [27] Osee vii, 13. [28] ibid. 16. [29] Gen. xxii, 6. [30] Joan. xix, 16.

Digitized by Google

cum translulerunt. Necessario autem admittendum est ipsum quoque Servatorem crucem gestasse. Dictum est enim de illo Isaiæ voce : « Puer natus est nobis, et filius datus est nobis, cujus principatus super humerum ejus [31]. » Utique principatus ejus crux est, per quam toto in orbe regnat. Siquidem vere « factus **434** est obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Propterea et Deus exaltavit illum, et dedit illi nomen quod est super omne nomen, ut in nomine Jesu Christi omne genu flectatur cœlestium, terrestrium, et infernorum, atque omnis lingua confiteatur, quod Dominus Jesus in gloria est Dei Patris [32]. Amen. »

V. 27. *Sequebatur autem illum multa turba populi et mulierum.*

Ibat ergo ad crucifixionis locum Servator; quem sequebantur flentes mulieres cum aliis multis. Pronum quippe ad lacrymas semper femineum genus, atque ad misericordiam flexanimum. Sed, o Jerusalem filiæ, inquit, vestras de me lacrymas cohibete; sed super vos ipsas potius flete et super filios vestros. Venient enim tempora, inquit, quibus potior erit mulieribus sterilitas. Nam incumbente Judæorum regioni bello, cuncti funditus parvuli adultique perierunt. Tunc nihil melius, inquit, quam collibus ac montibus obrui. « Nam si in viridi ligno hoc agunt, quid fiet in arido? » Et parabolæ quidem instar, id est exempli, hic sermo profertur, sed intellectualis rei vim continet. Hic est enim, ut reor, verborum sensus. Viride lignum seipsum nominat, id est vividum, fructuosum et floridum. Fructus vero ejus erant, religiosa doctrina, adhortationes, congruæ Deo potentiæ demonstrationes per ineffabilia prodigia. Nihilominus hæc agentem Christum, Romanorum præfecti, id est damnator Pilatus, tam gravi ignominia affecerunt. Cum igitur talia in me fecerint, quid facient pugnantes contra Israelem, aridum ut ita dicam et infructuosum? Etenim nihil mirum in eo cernent, quamobrem ipsorum reverentia ac venia dignus possit haberi. Igitur eum comburent, id est impietatis adversus Christum pœnas reposcent.

V. 33. *Ibi crucifixerunt eum.*

Attamen dedit operam Dominus, ut nec **435** universim divinitatem suam manifestaret, neque omnino occultaret; illud quidem propter ejus temporis homines, hoc autem propter posteros : nimirum ut divinitatis suæ nec non et humanitatis, perspicue operationes ostenderet; ne vel divina virtus obscuraretur, vel humana natura discrederetur. Nam quia

[31] Isa. IX, 6. [32] Philipp. II, 8-11.

A Σωτὴρ, κατὰ μέσην δὲ ἴσως τὴν ὁδὸν ὑπαντήσαντες τὸν Κυρηναῖον κατεσχήκασιν, καὶ μετέθηκαν ἐπ' αὐτῷ τὸ ξύλον. Ἀναγκαίως δέ πως ἔχει λόγον τὸ καὶ αὐτὸν τὸν Σωτῆρα ἐπικομίσασθαι τὸν σταυρόν. Εἴρηται γὰρ περὶ αὐτοῦ διὰ φωνῆς Ἡσαΐου· « Τὸ παιδίον ἐγενήθη ἡμῖν, υἱὸς καὶ ἐδόθη ἡμῖν, οὗ ἡ ἀρχὴ ἐπὶ τοῦ ὤμου αὐτοῦ. » Ἀρχὴ γὰρ αὐτοῦ γέγονεν ὁ σταυρὸς, δι' οὗ βεβασίλευκε τῆς ὑπ' οὐρανόν (1), εἴπερ ἐστὶν ἀληθὲς, ὅτι « Γέγονεν ὑπήκοος μέχρι θανάτου, θανάτου δὲ σταυροῦ· διὸ καὶ ὁ Θεὸς αὐτὸν ὑπερύψωσε, καὶ ἐχαρίσατο αὐτῷ ὄνομα τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα, ἵνα ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ πᾶν γόνυ κάμψῃ ἐπουρανίων, καὶ ἐπιγείων, καὶ καταχθονίων, καὶ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσηται ὅτι Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς εἰς δόξαν Θεοῦ Πατρός. Ἀμήν. »

B *Ἠκολούθει δὲ αὐτῷ πολὺ πλῆθος τοῦ λαοῦ καὶ γυναικῶν.*

(A f. 298, D f. 79). Ἐβάδιζε μὲν οὖν ὁ Σωτὴρ ἐπὶ τὸν τοῦ σταυροῦ τόπον· εἵποντο δὲ κλαίουσαι αἱ γυναῖκες, σὺν ἑτέροις πολλοῖς. Φιλόδακρυ γάρ πως ἀεὶ τὸ θῆλυ γένος, καὶ τὸν νοῦν εἰς ἔλεον εὐδιάθρυπτον ἔχον. Ἀλλ', ὦ θυγατέρες, φησὶν, Ἱερουσαλὴμ, τὸ μὲν ἐπ' ἐμοὶ δάκρυον στήσατε· κλαύσατε δὲ μᾶλλον ἐφ' ὑμᾶς καὶ ἐπὶ τὰ τέκνα ὑμῶν. Ἔρχονται γὰρ ἡμέραι, φησὶν, ἐν αἷς ἔσται γυναιξὶν ἀμείνων ἡ ἀπαιδία· ἐπισκήψαντος γὰρ τοῦ πολέμου τῇ Ἰουδαίων χώρᾳ, ἅπαντες ἄρδην ὀλώλασι μικροὶ καὶ μεγάλοι. Τότε, φησὶ, τὸ ὑπὸ βουνοῖς καὶ ὄρεσι γενέσθαι, τοῦ παντὸς ἄξιον· « Εἰ γὰρ ἐν τῷ ὑγρῷ ξύλῳ, φησὶ, ταῦτα ποιοῦσιν, ἐν τῷ ξηρῷ τί γένηται; » Καὶ πέπλασται μὲν ὡς ἐν τάξει παραβολῆς ὁ λόγος, ἤγουν παραδείγματος, ὠδίνει δὲ νοητοῦ πράγματος δύναμιν· βούλεται γὰρ δηλοῦν ἐκεῖνο, οἶμαί που. Ὑγρὸν μὲν ξύλον ἑαυτὸν ὀνομάζει, τουτέστι χλωρὸν καὶ ἔγκαρπον καὶ εὐανθές· καρποὶ δὲ ἦσαν αὐτοῦ μυσταγωγίαι, καὶ παραινέσεις, καὶ θεοπρεπεῖς ἐξουσίας ἐπιδείξεις, διὰ τῆς ὑπὲρ λόγον θεοσημείας. Ἀλλ' ἐν τούτοις; ὄντα ταῖς οὕτω δειναῖς περιεβλήκασιν ἀτιμίαις οἱ Ῥωμαίων στρατηγοὶ, ἤγουν ὁ κατακρίνας αὐτὸν Πιλάτος. Ὅτε τοίνυν, φησὶ, τοιαῦτα πεπράχασιν εἰς ἐμὲ, τί δράσουσιν ὡς ξηρῷ καὶ ἀκάρπῳ προσπεπολεμηκότες τῷ Ἰσραήλ; Ὄψονται γὰρ ἐπ' αὐτῷ οὐδὲν τῶν τεθαυμασμένων, ἐφ' οἷς ἦν εἰκὸς τιμῆς καὶ φειδοῦς ἀξιωθῆναι τῆς παρ' αὐτῶν· κατεμπρήσουσι γὰρ

D αὐτὸν, δηλονότι τῆς εἰς Χριστὸν δυσσεβείας εἰσπραττόμενοι δίκας.

*Ἐκεῖ ἐσταύρωσαν αὐτόν.*

(A f. 299 b) (2) Πλὴν ἐσπούδασεν ὁ Κύριος, μήτε δι' ὅλου φανερῶσαι τὴν ἑαυτοῦ θεότητα, μήτε εἰς τὸ παντελὲς ἀποκρύψαι· τὸ μὲν διὰ τοὺς τότε, τὸ δὲ διὰ τοὺς μετὰ ταῦτα· ὥστε δεῖξαι καὶ τῆς θεότητος αὐτοῦ καὶ τῆς ἀνθρωπότητος τρανὰς τὰς ἐνεργείας· ἵνα μήτε ἡ θεία δύναμις ἀμβλυνθῇ, μήτε ἡ ἀνθρωπίνη φύσις ἀπιστηθῇ. Ἐπειδὴ γὰρ ἔμελλεν

(1) Hoc idem jam dixit Cyrillus ad Luc. II, 9, ubi recole nostram adnotationem.

(2) Sequens fragmentum dicitur in codice sumptum ex Cyrilli homilia.

Digitized by Google

αἵρεσις ἀνακύπτειν, ἡ λέγουσα ὅτι φάντασμα ἦν τὸ σῶμα, καὶ ἐξ οὐρανοῦ κατῆλθεν, οὐ γὰρ ἂν ἔλαβε τοῦ φθαρτοῦ σώματος σάρκα ἡ ἄφθαρτος φύσις, οὐδ' ἂν κατεδέξατο ῥύπον, ἢ μολυσμόν, ἢ σπίλον, ἵνα πιστώσηται ὁ Θεὸς τῶν ἀνθρώπων τὸ γένος, ὅτι τοῦτο ἐγένετο ὃ ἐσμεν, μένων ὃ ἦν, διὰ τοῦτο συνεχώρησε τῇ σαρκὶ πάσχειν τὰ ἴδια. Καὶ ἔδειξε διπλῆν τὴν ἐνέργειαν, πάσχων μὲν ὡς ἄνθρωπος, ἐνεργῶν δὲ ὡς Θεὸς ὁ αὐτός· οὐ γὰρ ἄλλος καὶ ἄλλος, εἰ καὶ ἄλλως καὶ ἄλλως (1).

A hæresis exoritura erat, quæ diceret corpus ejus fuisse phantasma de cœlo delatum, quasi corruptibilis corporis carnem natura incorruptibilis assumptura non esset, neque maculam aut inquinamentum vel labem admissura; ut persuaderet Deus hominibus se id factum quod nos sumus, manentem nihilominus in eo quod erat; idcirco carnem permisit ea pati quæ ejusdem sunt propria. Ostenditque duplicem operationem, patiens ut homo, agens ut Deus, idem semper. Non enim est alius et alius, sed aliter atque aliter.

*Ἐξεμυκτήριζον δὲ καὶ οἱ ἄρχοντες.*

(A f. 303 b) Μάτην μέν τοι αὐτοῦ κατειρωνεύονται οἱ τῆς Συναγωγῆς ἡγούμενοι, κατασείοντες τὰς κεφαλὰς, καὶ πικρὸν αὐτῷ μειδίαμα καταχέοντες· « Ἄλλους ἔσωσεν, ἑαυτὸν σωσάτω, » φασίν. Εἰ ἄλλους ἔσωσε (καὶ οἶσθα τοῦτο κατὰ ἀλήθειαν γεγονὸς), πῶς οὐκ ἂν ἴσχυσε τῶν σῶν ἑαυτὸν ἐξελέσθαι χειρῶν;

B

V. 35. *Principes quoque deridebant eum.*

Stulte jocabantur adversus eum Synagogæ principes, quassantes capita et amaro risui indulgentes: « Alios salvavit, aiebant, nunc se ipsum salvet. » Sane si alios salvavit (tuque, Judæe, id ita factum revera scis), cur non posset manibus tuis se ipsum eripere?

*Ἦν δὲ καὶ ἐπιγραφὴ γεγραμμένη ἐπ' αὐτῷ*, κ. τ. λ.

(D f. 79 b) Ἡ ἐν τῷ τίτλῳ προγραφὴ τῆς τοῦ Κυρίου αἰτίας, πρακτικῆς, καὶ φυσικῆς, καὶ θεολογικῆς φιλοσοφίας· ὄντα βασιλέα τὸν σταυρωθέντα σαφῶς καὶ Κύριον ἔδειξεν· Ῥωμαϊστὶ γὰρ, καὶ Ἑλληνιστὶ, καὶ Ἑβραϊστὶ φησὶν ἀναγεγράφθαι τῷ λόγῳ. Νοῶ δὲ διὰ μὲν τοῦ Ῥωμαϊστὶ τὴν πρακτικὴν, ὡς τῆς Ῥωμαίων βασιλείας κατὰ τὸν Δανιὴλ ὁρισθείσης ἀνδρικωτέρας τῶν ἐπὶ γῆς βασιλειῶν· πρακτικῆς δὲ ἴδιον, εἴπερ τι ἄλλο, ἡ ἀνδρεία. Διὰ δὲ τοῦ Ἑλληνιστὶ, τὴν φυσικὴν θεωρίαν, ὡς μᾶλλον τοῦ Ἑλλήνων ἔθνους, παρὰ τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους τῇ φυσικῇ σχολάσαντος φιλοσοφίᾳ. Διὰ δὲ τοῦ Ἑβραϊστὶ τὴν θεολογικὴν μυσταγωγίαν, ὡς τοῦ ἔθνους τούτου προδήλως ἀνέκαθεν τῷ Θεῷ διὰ τοὺς πατέρας ἀνατεθέντος.

V. 38. *Erat autem et superscriptio scripta super eum*, etc.

Tituli scriptura Domini causam continens demonstrabat manifeste crucifixum hunc regem esse ac dominum practicæ, physicæ ac theologicæ philosophiæ. Latine enim, Græce et Hebraice scriptum ait fuisse evangelista titulum. Existimo autem Romano idiomate significari practicam philosophiam, quia Romanorum regnum fortius cæteris orbis terræ apud Danielem definitur [33]. Porro practicæ apprime propria est fortitudo. Græco idiomate denotatam judico physicam doctrinam, quia Græca gens præ cæteris hominibus physicæ studuit philosophiæ; denique Hebraico idiomate theologicum magisterium, quia sine dubio hic populus, a generis sui origine, Deo per majores suos addictus fuit.

C

(A f. 304) Ὁ μὲν εἷς, φησὶ, τῶν λῃστῶν τὰ αὐτὰ τοῖς Ἰουδαίοις ἠρεύγετο· ὁ γε μὴν ἕτερος, ταῖς τοῦ συγκρεμαμένου φωναῖς ἐπετίμα· ὁμολόγησε τὴν ἁμαρτίαν, μεμαρτύρηκε Χριστῷ τὸ ἀνυπαίτιον, πεπίστευκεν εἰς αὐτὸν, βασιλέα ἐκάλει καί τοι σταυρούμενον. Ταύτῃτοι τὸν τῶν ἁγίων ἥρπασε κλῆρον.

Latronum quidem unus, inquit evangelista, paria Judæis eructabat; alter tamen verba ejus, qui secum erat crucifixus, reprehendebat; suumque peccatum fatebatur, Christi innocentiæ testimonium dabat, eidem credebat, regem quamvis crucifixum appellabat. Idcirco sanctorum hæreditatem sibi rapuit.

*Σκότος ἐγένετο ἐφ' ὅλην τὴν γῆν.*

(A f. 306) Ὁ παντὸς ἐπέκεινα γενητοῦ, ὁ σύνεδρος τῷ Πατρὶ, καθῆκεν ἑαυτὸν εἰς κένωσιν, καὶ ἔλαβε δούλου μορφὴν, καὶ τῶν τῆς ἀνθρωπότητος ἠνέσχετο μέτρων, ἵνα πληρώσῃ τὴν ἐπαγγελίαν τὴν τοῖς πατράσι τῶν Ἑβραίων ἐπηγγελμένην παρὰ Θεοῦ. Οἱ δὲ γεγόνασιν οὕτω σκληροί τε καὶ ἀπειθεῖς ὥστε καὶ ἀντανίστασθαι Δεσπότῃ. Τὸν γὰρ ἀρχηγὸν τῆς ζωῆς θανάτῳ περιβαλεῖν ἐσπούδασαν, καὶ τὸν Κύριον τῆς δόξης ἐσταύρωσαν· ἐπειδὴ δὲ σταυρῷ παρέδοσαν τὸν τῶν ὅλων Δεσπότην, ἔδυνεν ὁ ἥλιος ἐπ' αὐτοῖς· συν-

V. 44. *Tenebræ factæ sunt per universam terram.*

Qui creatas res omnes excedit, qui Patri consessor est, demisit se ad exinanitionem, servique formam suscepit, et humana mensura se conclusit, ut promissionem compleret Hebræorum majoribus a Deo editam. Hi vero tantopere perversi contumacesque evaserunt ut in herum suum consurrexerint, vitæ auctorem morti tradiderint, gloriæ Dominum crucifixerint [34]. Postquam itaque ligno suspenderunt omnium Dominum, sol eis occidit, luxque

[33] Dan. II, 40; VII, 23. [34] I Cor. II, 8.

(1) Pertinet ad hunc locum fragmentum quod est in cat. Lat. S. Thomæ. « Cyrillus: Non autem ipse unigenitus Dei Filius in propria natura qua Deus est, passus est quæ sunt corporis, sed magis in natura terrena. Decet enim utrumque de uno et eodem Filio dici, scilicet et non pati divine, et passum esse humanitus. »



Digitized by Google

diurna in tenebras versa est, ut ait divus Amosus [35]. Factæ sunt enim tenebræ ab hora sexta, usque ad nonam [35a]; quod fuit evidens Judæis indicium obscuratarum intellectualiter illorum qui crucifigebant animarum. Cæcitas enim partem certe Israelis corripuit. Imprecatur utique illis, Dei zelo instinctus, etiam David dicens : « Obscurentur oculi eorum, ne videant [36]. » Ipsa quoque creatura Dominum suum deflebat : ideoque sol obtenebrabatur, petræ frangebantur, et ipsum templum lugentium speciem imitabatur, velo suo deque discisso. Quid autem hoc rei fuerit, jam nobis significaverat Isaiæ voce Deus, dicens : « Et induam cœlum tenebris, et saccum ponam operimentum ejus [37]. »

A Ἐσκότασε δὲ ἐν ἡμέρᾳ τὸ φῶς, κατὰ τὸν θεῖον Ἀμώς. Γέγονε γὰρ σκότος ἀπὸ ὥρας ἕκτης, ἕως ὥρας ἐνάτης· καὶ τοῦτο τοῖς Ἰουδαίοις σημεῖον ἦν ἐναργὲς τοῦ κατασκοτισθῆναι νοητῶς τὰς τῶν σταυρωσάντων ψυχάς. Πώρωσις γὰρ ἀπὸ μέρους γέγονε τῷ Ἰσραήλ. Ἐπαρᾶται δὲ αὐτοῖς καὶ Δαβὶδ ἐκ φιλοθεΐας, λέγων· « Σκοτισθήτωσαν οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν τοῦ μὴ βλέπειν. » Καὶ αὐτὴ δὲ ἡ κτίσις, τὸν ἑαυτῆς ἐπένθει Δεσπότην· ὁ μὲν γὰρ ἥλιος ἐσκοτίζετο, διερρήγνυντο δὲ πέτραι, καὶ αὐτὸς δὴ ὁ ναὸς τὸ τῶν πενθούντων ἐπλήρωσε σχῆμα, περιερρηγνυμένου καταπετάσματος ἀπὸ ἄνωθεν ἕως κάτω. Καί τι τοιοῦτον ὑπεσήμαινεν ἡμῖν ὁ Θεὸς διὰ φωνῆς Ἡσαΐου, λέγων· « Καὶ ἐνδύσω τὸν οὐρανὸν σάκκος, καὶ θήσω σάκκον τὸ περιβόλαιον αὐτοῦ (1). »

V. 47. **437** *Videns autem centurio quod factum fuerat, glorificavit Deum*, etc.

Considera rursus mecum, quod crucis pro nobis passus cruciatum, cœperit multos ad veritatis cognitionem pertrahere. Nam centurio, inquit evangelista, cernens quæ acciderant, Deum glorificabat, dicens : « Vere hic homo justus erat. » Nonnulli quoque ex Judæis pectora sua pœnitentes prorsus tundebant, mentisque oculis Dominum spectantes, et fortasse etiam impietatis in Christum se complices esse negantes, crucifixoribus maledicebant, quanquam haud palam propter principum iniquitatem. Ergo vere dixerat Dominus : « Cum exaltatus fuero de terra, omnes traham ad me ipsum [38]. »

B Ἰδὼν δὲ ὁ ἑκατόνταρχος τὸ γενόμενον, ἐδόξασε τὸν Θεόν, κ. τ. λ.

(A f. 309 b) Ἄθρει δή μοι πάλιν, ὅτι πεπονθὼς ὑπὲρ ἡμῶν τὸ ἐπὶ τοῦ σταυροῦ πάθος, ἤρξατο τοῦ σαγηνεύειν πολλοὺς εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας. Ὁ γὰρ ἑκατόνταρχος, φησὶν, ἰδὼν τὰ γεγενημένα, ἐδόξαζε τὸν Θεὸν, λέγων, ὅτι « Ὄντως ὁ ἄνθρωπος οὗτος δίκαιος ἦν. » Ἔτυπτον δὲ καὶ τὰ στήθη τῶν Ἰουδαίων τινὲς, κατανυττόμενοί που πάντως, καὶ τοῖς τῆς διανοίας ὄμμασιν ἀναβλέποντες πρὸς Κύριον, καὶ τάχα που τῆς κατὰ Χριστὸν δυσσεβείας ἀπαλλάττοντες ἑαυτοὺς, διὰ τοῦ τῶν σταυρωσάντων καταδοᾷν, εἰ καὶ μὴ ἐμφανῶς διὰ τὴν τῶν ἡγουμένων ἀνοσιότητα. Οὐκοῦν ἀληθὴς ἦν λέγων ὁ Κύριος· « Ὅταν ὑψωθῶ ἐκ τῆς γῆς, πάντας ἑλκύσω πρὸς ἐμαυτόν. »

V. 55. *Subsecutæ autem mulieres, quæ cum eo venerant de Galilæa*, etc.

Subsecutæ sunt prudentes mulieres communem nostrum Servatorem Christum, ea quæ ad fidem erga eum firmandam utilia erant vel necessaria observantes. Scilicet quia pro communi salute carnem suam obtulerat, accurrerunt hæ prudentes ad illius corpus curandum. Putabant enim mortuum in monumento permansurum.

C Κατηκολούθησαν δὲ καὶ γυναῖκες, αἵτινες ἦσαν συνεληλυθυῖαι αὐτῷ ἐκ τῆς Γαλιλαίας, κ. τ. λ.

(A f. 310 b) Ἠκολούθουν σοφαὶ γυναῖκες τῷ πάντων ἡμῶν Σωτῆρι Χριστῷ, τὰ εἰς πίστιν τὴν ἐπ' αὐτῷ χρήσιμά τε καὶ ἀναγκαῖα συλλέγουσαι. Ἐπειδὴ δὲ τῆς ἁπάντων ζωῆς ἀντάλλαγμα τὴν ἑαυτοῦ ἔδωκε σάρκα, ἔδραμον αἱ σοφαὶ πρὸς τὴν τοῦ σώματος θεραπείαν· ᾠήθησαν γὰρ ὅτι ἀπομενεῖ νεκρὸς ἐν μνημείῳ.

CAP. XXIV.

ΚΕΦΑΛ. ΚΔ'.

V. 4. *Et factum est, dum mente consternatæ essent de isto*, etc.

Venerunt mulieres ad monumentum ; non invento autem Jesu corpore, quia jam resurrexerat, in multam inciderunt perplexitatem. Quid inde

Ἐγένετο ἐν τῷ διαπορεῖσθαι αὐτὰς περὶ τούτου, κ. τ. λ.

(A f. 311) Ἀφίκοντο μὲν αἱ γυναῖκες ἐπὶ τὸ μνῆμα· οὐχ εὑροῦσαι γε μὴν τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ, ἐγήγερτο γὰρ, εἰς πολλὴν πεπτώκασιν ἀπορίαν. Καὶ

[35] Amos v, 18. [35a] Matth. xxvii, 45. [36] Psal. lxviii, 24. [37] Isa. l, 3. [38] Joan. xii, 32.

(1) Circa hunc locum, nempe ad v. 46 : *Pater, in manus tuas commendo spiritum meum*, pertinet fragmentum in cat. Lat. S. Thomæ. « Cyrillus : Hæc autem vox edocet quod animæ sanctorum non deinceps in inferno claudantur, ut prius, sed apud Deum sunt, hujus rei facto Christo principio. » — Catena Crameri in Acta apostolica, p. 130, ad Stephani verba (cap. vii, vers. 59) : « Κύριε Ἰησοῦ, δέξαι τὸ πνεῦμά μου, » hæc habet quæ ad eumdem vers. 46 spectant : *Τοῦ ἁγίου Κυρίλλου εἰς τό, « Πάτερ, εἰς χεῖράς σου παρατίθημι τὸ πνεῦμά μου. »* Μέγα πάλιν καὶ ἐξαίρετον κατόρθωμα ταῖς ἡμετέραις ψυχαῖς, διὰ τοῦ πάντων ἡμῶν Σωτῆρος Χριστοῦ. Ἐπειδὴ γὰρ δεδικαιώμεθα διὰ τῆς πίστεως τῆς εἰς αὐτὸν, καὶ ἐν αὐτῷ τὸ ἀπλημμελὲς ἡ ἀνθρώπου φύσις εὑρέθη πλουτήσασα· καὶ κεκαινοτόμηκεν ἡμῖν, τὸ μηκέτι μὲν εἰς ᾅδου τρέχειν τὰς τῶν σωμάτων ἀπαλλαττομένας ψυχὰς καθὰ καὶ πρώην, πέμπεσθαι δὲ μᾶλλον εἰς χεῖρας Θεοῦ ζῶντος. Καὶ τοῦτο εἰδὼς ὁ ἅγιος ἔφη Στέφανος, « Κύριε Ἰησοῦ, δέξαι τὸ πνεῦμά μου. » Καὶ ὁ μακάριος δὲ γράφει Πέτρος· « Ὥστε καὶ πάσχοντες κατὰ θέλημα τοῦ Θεοῦ πιστῷ κτίστῃ παρατιθέσθωσαν τὰς ἑαυτῶν ψυχάς. »

Digitized by Google

τί τὸ ἐντεῦθεν; τῆς εἰς Χριστὸν ἀγάπης ἕνεκα, καὶ τῆς εἰς τοῦτο γενομένης σπουδῆς ἠξιώθησαν ἰδεῖν ἀγίους ἀγγέλους· καὶ δὴ καὶ γεγόνασιν αὐταῖς εὐαγγελισταὶ, καὶ τῆς ἀναστάσεως κήρυκες, « Τί ζητεῖτε, φάσκοντες, τὸν ζῶντα μετὰ τῶν νεκρῶν; Οὐκ ἔστιν ὧδε, ἀλλ' ἠγέρθη. » Ζῇ μὲν γὰρ ἀεὶ, καὶ ζωὴ κατὰ φύσιν ἐστὶν ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος· καθεὶς δὲ ἑαυτὸν εἰς κένωσιν, καὶ τὴν πρὸς ἡμᾶς ὁμοίωσιν ὑπελθών, ἐγεύσατο θανάτου. Ἀλλ' ἦν τοῦτο τοῦ θανάτου θάνατος. Ἐγήγερται τοίνυν ἐκ νεκρῶν, ὁδὸς τῆς εἰς ἀφθαρσίαν ἀναδρομῆς, οὐχ ἑαυτῷ μᾶλλον, ἀλλ' ἡμῖν, γενόμενος· καὶ μηδεὶς ζητείτω τὸν ἀεὶ ζῶντα μετὰ νεκρῶν· οὐκ ἔστι γὰρ ὧδε, τουτέστιν ἐν θανάτῳ καὶ μνήματι. Ποῦ δὲ μᾶλλον; Ἐν οὐρανῷ δηλονότι καὶ ἐν δόξῃ θεοπρεπεῖ. Ἵνα δὲ βεβαιοτέραν αὐταῖς τὴν ἐπὶ τούτοις ἐνιδρύσειαν πίστιν, εἰς μνήμην ἀναφέρουσιν, ὡς ἔφη Χριστὸς, ὅτι χρὴ πάντως αὐτὸν εἰς χεῖρας ἁμαρτωλῶν δοθῆναι καὶ παθεῖν, καὶ ἀναστῆναι τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ.—(A f. 312) Ἄγγελοι μέν τοι καὶ τοῖς ποιμέσιν ἐν Βηθλεὲμ τὸν τόκον εὐηγγελίζοντο, καὶ νῦν τὴν ἀνάστασιν. Καὶ λελειτούργηκεν οὐρανὸς τοῖς περὶ αὐτοῦ κηρύγμασι, καὶ περιέπουσι τὸν Υἱὸν ὡς Θεὸν, καὶ ὅτε γέγονε σὰρξ, αἱ τῶν ἄνω πνευμάτων στρατιαί.

porro? Propter suam erga Christum charitatem et pii officii studium dignæ habitæ sunt visione angelorum, qui bonum illis nuntium tulerunt; et resurrectionis facti præcones: « Cur quæritis, dixerunt, vivum inter mortuos? Non est hic, sed resurrexit. » Utique semper vivit, et suapte natura Dei Verbum vita est; sed tamen quatenus ad exinanitionem se demisit, nostramque similitudinem subiit, mortem gustavit. Verum hæc mortis mors erat. Surrexit ergo a mortuis, non sibi magis quam nobis via factus ad immortalitatem **438** deducens. Nemoque jam quærat inter mortuos perpetuo viventem. Non est enim hic, id est, in morte vel monumento. Ubinam potius? in cœlo scilicet et gloria Deo congruente. Ut autem firmiorem mulieribus fidem faciant, in memoriam revocant, ut dixerat Christus, prorsus ipsum oportuisse peccatorum manibus tradi, ac pati, et tertia die resurgere [49]. — Angeli quidem pastoribus etiam apud Bethlehemum nativitatem ejus nuntiaverunt, iidemque nunc resurrectionem. Famulatur cœlum prædicando Christum, et Filium utpote Deum, etiamsi caro sit factus, supernorum spirituum agmina stipant.

*Καὶ ὑποστρέψασαι ἀπὸ τοῦ μνημείου ἀπήγγειλαν ταῦτα πάντα τοῖς ἕνδεκα καὶ πᾶσι τοῖς λοιποῖς.*

V. 9. *Et regressæ a monumento nuntiaverunt hæc omnia illis undecim et cæteris omnibus.*

(A f. 312) Μυσταγωγηθεῖσαι διὰ φωνῆς ἀγγέλων αἱ γυναῖκες, ἀπαγγέλλουσι ταῦτα δρόμῳ τοῖς μαθηταῖς. Ἔδει γὰρ γυναιξὶ τὴν οὕτω λαμπρὰν δοθῆναι χάριν· ἡ γὰρ πάλαι γεγενημένη τοῦ θανάτου διάκονος, ἀπαλλάττεται τῆς αἰτίας, διακονοῦσα φωναῖς ἁγίων ἀγγέλων, καὶ τὸ σεπτὸν τῆς ἀναστάσεως μυστήριον καὶ πρώτη μαθοῦσα καὶ ἀπαγγέλλουσα. Κεκέρδαγκε [ita cod.] τοίνυν τὸ θῆλυ γένος, καὶ λύσιν ὀνειδισμοῦ καὶ κατάρας ἀνατροπήν. Ὁ γὰρ εἰπὼν πάλαι πρὸς αὐτάς· « Ἐν λύπαις τέξῃ τέκνα, » παῦλαν αὐταῖς δέδωκε τοῦ κακοῦ, συναντήσας αὐταῖς ἐν τῷ κήπῳ, ὥς φησιν ἕτερος εὐαγγελιστὴς, καὶ εἰπών· « Χαίρετε. » Πλὴν τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις ὁ περὶ τῆς ἀναστάσεως λόγος ἔδοξεν εἶναι λῆρός τις ἁπλῶς καὶ πρᾶγμα κατεψευσμένον, διά τοι τὸ μηδὲ αὐτοὺς εἰδέναι τὴν θεόπνευστον Γραφήν. Ἠπίστησαν γοῦν, καὶ τὸ ἀπαγγελθὲν ἔσκωψαν καὶ διέπτυσαν.

Angelorum voce edoctæ mulieres, eam cursim ad discipulos notitiam deferunt. Oportuit enim hanc mulieribus splendidam dari gratiam. Nam femina quæ fuit olim mortis ministra, nunc eo crimine absolvitur dum sanctorum angelorum vocibus ministrat, et venerandum resurrectionis mysterium prima dicit atque annuntiat. Lucratum est itaque femineum genus et ignominiæ finem et maledictionis abolitionem. Nam qui olim mulieribus dixerat, « In dolore paries filios [50], » nunc eis mali solamen attulit, occurrens ipsis in horto, ut alius evangelista ait [51], dicensque: « Avete. » Nihilominus sanctis apostolis resurrectionis notitia visa est nugarum instar et res conficta, quia ne ipsi quidem divinam Scripturam adhuc noverant. Ergo erant increduli, remque nuntiatam risui et contemptui habebant.

(D f. 81 b) Πῶς παρὰ μὲν τῷ Ἰωάννῃ τῆς Μαρίας ἀκούσαντες οἱ μαθηταὶ δρομαῖοι ἐλθόντες ἐπὶ τὸ μνημεῖον ἐπίστευσαν; καὶ τοῦτο αὐτοῖς μαρτυρεῖ ἡ Γραφὴ λέγουσα· « Ὅτε οὖν εἰσῆλθον, ὁ ἄλλος μαθητὴς ὁ ἐλθὼν πρῶτος εἰς τὸ μνημεῖον, καὶ εἶδε καὶ ἐπίστευσε. » Παρὰ δὲ τῷ Λουκᾷ εἴρηται· « Καὶ ὑποστρέψασαι ἀπὸ τοῦ μνημείου, ἀπήγγειλαν ταῦτα πάντα τοῖς ἕνδεκα καὶ πᾶσι τοῖς λοιποῖς (ἦν δὲ ἡ Μαγδαληνὴ Μαρία, καὶ Ἰωάννα, καὶ Μαρία Ἰακώβου, καὶ αἱ λοιπαὶ σὺν αὐταῖς, αἳ ἔλεγον πρὸς τοὺς ἀποστόλους ταῦτα), καὶ ἠπίστουν αὐταῖς. »

Quomodo apud Joannem quidem cum a Maria rem audissent, discipuli cursim ad monumentum venientes crediderunt? quod sane de iis testatur Scriptura dicens: « Cum ergo introiissent, alter de discipulis, qui primus intraverat in monumentum, vidit et credidit [52]. » Apud Lucam autem dicitur: « Et a monumento regressæ, nuntiaverunt cuncta hæc undecim discipulis reliquisque **439** omnibus (erant autem Maria Magdalene, et Joanna, et Maria Jacobi, et reliquæ cum ipsis, quæ hæc apostolis dixerunt), neque fidem impetrarunt. »

*Ἰδοὺ δύο ἐξ αὐτῶν ἦσαν πορευόμενοι ἐν αὐτῇ τῇ ἡμέρᾳ εἰς κώμην.*

V. 13. *Ecce duo ex illis ibant ipsa die in castellum.*

(D f. 82) Δύο τῶν μαθητῶν βαδίζοντες εἰς κώ-

Duo ex discipulis in castellum euntes nomine

[49] Matth. xvii, 21. [50] Gen. iii, 16. [51] Matth. xxviii, 9. [52] Joan xx, 22.

Digitized by Google

Emmaum, ceu jam vivere non sperantes Christum, sed exstinctum dolentes, colloquebantur invicem de vicibus ejus.« Dum autem sermocinarentur, ipse Jesus accedens cum illis ibat incognitus. Tenebantur enim oculi eorum quominus eum agnoscerent. Aiebat autem illis : Qui sunt isti sermones quos confertis invicem ambulantes, et estis tristes? » Et respondens unus, cui nomen Cleopas, ait : Tu solus peregrinus in urbe Jerusalem? » et reliqua. Deinde famam de resurrectione ejus a mulieribus Petroque diditam narrant quidem, sed ei minime credunt. Nam cum dicunt : « Sed et mulieres quædam terruerunt nos, corpore non invento ; » satis demonstrant, se vere ea dicta non putare, neque tam veritatem sibi nuntiatam, quam perturbationem ac terriculamentum ob eam rem exstitisse. Ipsum Petri testimonium, qui linteamina tantum in sepulcro viderat, haud fidem facere resurrectionis judicabant, quia non ipsum Jesum se vidisse dixerat, sed ex eo quod non ibi jacebat, resurrexisse conjecta-verat. Sciendum vero est hos fuisse de septuaginta discipulorum numero ; et Cleopæ socium fuisse Simonem, non tamen Petrum, neque illum Cananæum, sed de prædicto numero alium.

V. 27. *Incipiens a Moyse et omnibus prophetis*, etc.

Necessarium his verbis demonstrat Dominus legis ductum et prophetarum adjutorium, ad conciliandam rei mirabili fidem ; ut facta postea resurrectione, ii qui magnitudine rei conturbabantur, meminissent veteris prædictionis, atque ita ad credendum converterentur. Ideo producit testem Moysem atque prophetas, dum recondita **440** interpretatur, et quæ indignos latent dignis exponit, veterem avitamque iis fidem inserens, ope sacrarum quæ apud se habebant Litterarum. Nihil enim, quod quidem a Deo proveniat, vanum est, sed cuncta ordinem servant, et singularum rerum proprius est usus. Præmissi ordinatim servi fuere, qui Domini adventui viam sternebant, vaticinia fidei faciendæ necessaria hominibus occinentes ; ut veluti thesaurus regius idoneo tempore proferrentur res supradictæ, ex vetere obscuritate in apertum interpretando explicatæ. Jam postquam illos tum legis tum prophetarum Scriptura permoverat, deinde manifestiorem se facit, rogantibus nempe ut veniret secum in castellum, cum acceptum manu panem benedicens frangensque iis porrigebat. « Tenebantur enim, inquit, oculi illorum ne eum agnoscerent, » donec videlicet sermo penetravit, cor ad credendum permovens ; atque ita tempestivam visionem una cum rei auditu exhibuit ; rem scilicet auditam et creditam conspectui præsentans. Neque tamen cum illis manet ; namque « Ipse, inquit Scriptura, invisibilis factus est. » Etenim post resurrectionem res Domini non sunt eædem atque antea cum hominibus ; namque et hi renovatione egebant, vitæque in Christo secundæ, ut novi cum novo versarentur, et incorrupti ad in-

μην Ἐμμαοῦν λεγομένην, πρὸς ἀλλήλους ὡς οὐ ζῶντα προσδοκῶντες ἔτι τὸν Χριστὸν, ἀλλ' ὡς ἀνῃρημένου ἀνιώμενοι, ὡμίλουν λέγοντες τὰ περὶ αὐτοῦ « Ἐν δὲ τῷ ὁμιλεῖν αὐτοὺς, καὶ αὐτὸς ὁ Ἰησοῦς προσελθὼν συνεπορεύετο αὐτοῖς, μὴ γινωσκόμενος ὑπ' αὐτῶν· ἐκρατοῦντο γὰρ οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν τοῦ μὴ ἐπιγνωναι αὐτόν. Καί φησιν πρὸς αὐτούς· Τί ποτέ ἐστι δ διαλέγεσθε πρὸς ἀλλήλους περιπατοῦντες σκυθρωποί; Ἀποκριθεὶς δὲ εἷς ἐξ αὐτῶν ᾧ ὄνομα Κλεόπας, εἶπε· Σὺ μόνος παροικεῖς ἐν Ἰερουσαλήμ; » καὶ ἑξῆς. Ἔπειτα τὴν φήμην τῆς ἀναστάσεως τὴν διὰ τῶν γυναικῶν, καὶ τὴν διὰ Πέτρου λέγουσι μὲν, οὐ πιστεύουσι δέ. Λέγοντες γάρ· « Καὶ γυναῖκες ἐξέστησαν ἡμᾶς τὸ σῶμα μὴ εὑροῦσαι, » οὐχ ἥγοῦντο πρὸς τὸ λεγόμενον ἀληθεύειν, οὐδὲ εὐαγγελισμὸν ἀληθείας, ἀλλ' ὡς ταραχῆς τινος καὶ ἐκστάσεως αἴτιον ὑπέλαβον εἶναι. Καὶ τὴν τοῦ Πέτρου μαρτυρίαν τὰ ὀθόνια μόνον ἐπὶ τοῦ μνήματος ἑωρακότος, οὐ πιστὴν εἶναι περὶ τὴν ἀνάστασιν ἐνόμιζον, ὅτι μὴ αὐτὸν εἶδον, ἔλεγεν, ἀλλ' ἐκ τοῦ μὴ κεῖσθαι τὸ ἀνεστηκέναι αὐτὸν ἐτεκμαίρετο. Ἰστέον δὲ ὅτι οὗτοι τῶν ἑβδομήκοντα ὑπῆρχον, καὶ ὁ μετὰ Κλέοπα ὁ Σίμων ἦν, οὐχ ὁ Πέτρος οὐδὲ ὁ ἀπὸ Κανᾶ, ἀλλ' ἕτερος τῶν ἑβδομήκοντα.

Ἀρξάμενος ἀπὸ Μωϋσέως καὶ ἀπὸ πάντων τῶν προφητῶν, κ. τ. λ.

(B f. 222) Ἀναγκαίαν ἐν τούτοις δείκνυσιν ὁ Κύριος τὴν τοῦ νόμου πρόοδον, καὶ τὴν τῶν προφητῶν λειτουργίαν, πίστιν ἐπὶ τῷ παραδόξῳ πράγματι προεισαγόντων, ἵν' ἐπιστάσης τῆς ἀναστάσεως οἱ θορυβούμενοι τῷ μεγέθει τοῦ πράγματος ἀναμνησθῶσι τῆς πάλαι προῤῥήσεως, καὶ εἰς τὸ πιστεύειν ἐπιστρέφοιντο. Διὸ παράγει μάρτυρα Μωϋσέα καὶ τοὺς προφήτας, τὸ ἐπικεκρυμμένον ἑρμηνεύων, καὶ τὰ τοῖς ἀναξίοις ἀσαφῆ σαφηνίζων τοῖς ἀξίοις, ἀρχαίαν τε καὶ πάτριον τὴν πίστιν αὐτοῖς ἐντιθεὶς ἐξ ὧν κατεῖχον Γραμμάτων ἱερῶν. Οὐδὲν γὰρ τῶν παρὰ Θεοῦ μάταιον, ἀλλὰ τάξις ἁπάντων καὶ χρεία τῶν καθέκαστον· ἐν τάξει προαπεστέλλοντο δοῦλοι, καὶ προῳκονόμουν τῇ τοῦ Δεσπότου παρουσίᾳ, ἀναγκαίαν τὴν προφητείαν εἰς τὴν πίστιν ἀνθρώπων προεισάγοντες· ἵν' ὥσπερ θησαυρὸς βασιλέως ἐν καιρῷ προβληθείη τὰ προειρημένα ἐξ ἀποκρύφου τῆς πρότερον ἀσαφείας, εἰς τοὐμφανὲς διὰ τῆς σαφηνείας, ἀποκαλυπτόμενα. Οὕτω δὴ προϋποκινήσας αὐτοὺς διὰ τῶν νομικῶν καὶ προφητικῶν Γραμμάτων, μετὰ ταῦτα ἐμφανέστερον ἤδη καθίστησιν ἑαυτὸν, ἀξιώσασιν οὖν ἐλθεῖν εἰς τὴν κώμην, ὅτε λαβὼν τὸν ἄρτον εὐλογήσας, καὶ κλάσας ἐπεδίδου· « Ἐκρατοῦντο γὰρ, φησὶν, οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν τοῦ μὴ γνῶναι αὐτὸν, » ἕως οὗ δηλονότι ὁ λόγος εἰσέλθῃ κινῶν τὴν καρδίαν εἰς τὴν πίστιν, ἔπειτα οὕτω καιρίαν τὴν ὄψιν ἐπὶ τῇ ἀκοῇ παραστήσῃ, τὸ προακουσθὲν καὶ πιστωθὲν ἐμφανὲς καθιστάς. Οὐ μὲν συμπαραμένει γε αὐτοῖς· « Καὶ αὐτὸς γὰρ, φησὶν, ἄφαντος ἐγένετο ἀπ' αὐτῶν. » Οὐκ ἔστι γὰρ μετὰ τὴν ἀνάστασιν τὰ τοῦ Κυρίου τοιαῦτα πρὸς τοὺς ἀνθρώπους οἷα τὰ πρότερον, ὅτι καὶ αὐτοῖς ἀναγκαιώσεως ἔδει, καὶ δευτέρας ζωῆς τῆς κατὰ Χριστὸν,

Digitized by Google

ἵνα καινοὶ καινῷ συνῶσιν, καὶ ἄφθαρτοι πλησιάζωσιν ἀφθάρτῳ. Διὸ καὶ τὴν Μαρίαν ἐκώλυσεν ἐφάψασθαι αὐτοῦ, καθά φησιν Ἰωάννης, ἕως ἂν ἀπελθὼν ἀφίκηται.

A corruptam propinquarent. Quamobrem Mariæ quoque interdixit quominus se attingeret, ut ait Joannes [43], donec post discessum rediret.

Ἀναστάντες αὐτῇ τῇ ὥρᾳ, κ. τ. λ.

(D f. 83) Ἀναστάντες, φησίν, οἱ περὶ Κλεόπαν αὐτῇ τῇ ὥρᾳ, τουτέστιν, ἐν ᾗ ἄφαντος ἀπ' αὐτῶν ἐγένετο ὁ Ἰησοῦς, ἐπέστρεψαν εἰς Ἱερουσαλήμ. Οὐκ ἐν αὐτῇ δὲ τῇ ὥρᾳ, φησίν, εὗρον τοὺς ἕνδεκα συνηθροισμένους, καὶ ἀπήγγειλαν τὰ κατὰ τὸν Ἰησοῦν, ἀλλὰ τῇ τεσσαρακοστῇ ἡμέρᾳ τῆς αὐτοῦ ἀναστάσεως, ὅτε καὶ ἀνελήφθη. Τὰ τοίνυν ἐν ταῖς μεταξὺ τῶν ἡμερῶν τούτων γενόμενα, παρῆκεν ὁ οὗτος ἅπερ οἱ περὶ Κλεόπαν διηγουμένους εὗρον τοὺς ἕνδεκα καταμόνας λέγοντας, ὅτι ἠγέρθη ὁ Κύριος καὶ ὤφθη Σίμωνι· περὶ οὗ οὐκ ἐμνήσθη ποῦ ἢ πότε ἢ πῶς ὤφθη. Ἐν ταύταις οὖν ταῖς ἡμέραις καὶ τὰ κατὰ τὴν Γαλιλαίαν πέπρακται, περὶ ὧν ἐμνήσθη ὁ Ματθαῖος.

V. 33. *Surgentes eadem hora*, etc.

Surgens, inquit, Cleopas cum socio, eadem hora, id est, in qua sese eorum visui Jesus subduxerat, reversi sunt Jerusalem. Non autem dicit, eadem hora eos invenisse undecim congregatos, eisque notitiam de Jesu attulisse; sed quadragesimo demum post resurrectionem die, quo etiam assumptus fuit. Ergo quæ horum dierum intervallo acciderunt, omisit præsens evangelista; quæ videlicet Cleopas invenit **441** narrantes privatim undecim, nempe quod Dominus resurrexisset, et Simoni visus fuisset; quin tamen dicat evangelista ubinam et quando et quomodo visus esset. His item igitur diebus, ea quoque in Galilæa evenerunt, quorum meminit Matthæus [44].

B

Αὐτὸς ὁ Ἰησοῦς ἔστη ἐν μέσῳ αὐτῶν.

(A f. 317, D f. 83 b) Νῦν δὲ τῆς ἀκολουθίας ἐχόμενοι, φαμὲν, ὅτι ἤδη πολλαχόθεν τοῦ λόγου τῆς ἀναστάσεως περιθέοντος τοὺς ἀποστόλους, καὶ τοῦ πόθου πρὸς τὴν ὄψιν ἐγηγερμένου, ποθούμενος ἔρχεται, καὶ ζητοῦσι καὶ προσδοκῶσιν ἐμφανίζεται καὶ ἀποκαλύπτεται· πλὴν οὐκέτι κρατουμένοις ὀφθαλμοῖς ἐπιφαίνεται, οὐκέτι ὡς περὶ ἑτέρου διαλέγεται (1), ἀλλ' ἐμφανῆ ἑαυτὸν δίδωσι καὶ θαρρεῖν παρακελεύεται. Οἱ δὲ καὶ οὕτως εἰσὶν ἀμφίβολοι καὶ δεδίασιν· ᾤοντο γὰρ οὐκ αὐτὸν βλέπειν, φάσμα δέ τι καὶ σκιάν. Εἶτα, καὶ τὸν ἐκ τῶν τοιούτων λογισμῶν κατευνάζει θόρυβον, τὸ ἐντρίβες αὐτοῖς καὶ οὐκ ἄηθες ἐπιφθεγξάμενος ῥῆμα. Ἔφη γάρ· « Εἰρήνη ὑμῖν. »

V. 36. *Ipse Jesus stetit in medio eorum.*

Nunc narrationis seriem prosequentes, ita dicimus. Rumore jam sæpius de Christi resurrectione apostolos circumsonante desideriumque ejus videndi excitante, is denique exoptatus adest, seque quærentibus ac præstolantibus spectandum revelat; nec jam impeditis oculis apparet, nec veluti de alio homine verba facit, sed visibilem semet sistit, bonoque animo discipulos esse jubet. Illi tamen adhuc erant perplexi ac pavidi; putabant enim se non ipsum Jesum, sed phantasma quoddam umbramque C videre. Ecce autem Jesus suborientem ex hujusmodi cogitationibus perturbationem sedat, familiare illud nec insolitum pronuntians vocabulum. Dixit enim: « Pax vobis (2). »

Εἶπεν αὐτοῖς· Τί τεταραγμένοι ἐστὲ, καὶ διὰ τί διαλογισμοὶ ἀναβαίνουσιν ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν;

V. 38. *Dixit eis: Quid turbati estis, et cogitationes ascendunt in corda vestra?*

(A f. 317 b, C f. 159, D f. 83 b) Ἵνα βεβαίως καὶ ἐνδοιασμοῦ δίχα πιστεύσειαν αὐτὸν ἐκεῖνον ὄντα τὸν πεπονθότα, διαδείκνυσιν εὐθὺς, ὅτι Θεὸς ὢν φύσει, γινώσκει τὸ κεκρυμμένον, καὶ τὸν ἐν αὐτοῖς τῶν ἐννοιῶν οὐκ ἠγνόησε θόρυβον. Ἔφη γάρ· « Τί τεταραγμένοι ἐστέ; » Ἀπόδειξις αὕτη καὶ μάλα σαφὴς τοῦ μὴ ἕτερον εἶναί τινα τὸν ὁρώμενον, ἀλλ' ἐκεῖνον αὐτὸν, ὃν καὶ τεθέανται τὸν ἐπὶ ξύλου παθόντα θά-

Ut firmiter et absque ulla dubitatione crederent ipsum esse illum qui passus fuerat, demonstrat illico se, quoniam Deus naturaliter esset, res arcanas cognoscere, id est, tumultuantes illorum cogitationes non ignorare. Dixit enim: « Cur turbati estis? » Evidens hæc demonstratio est, ipsum qui cernebatur, non alium esse, quam quem **442** jam D viderant in ligno necem perpessum, et in monu-

[43] Joan. xx, 17. [44] Matth. xxviii, 16.

(1) Veluti fecerat Christus cum discipulis duobus colloquens. Non ergo passivum est διαλέγεται, ut sumitur ab interprete Lat. apud D. Thomam in cat. *Nec disceptatur de alio.*

(2) Huc pertinet notabilis tractus apud D. Thomam in catena Latina. « CYRILLUS: Pudeat ergo nos pacis munus deserere, quam nobis hinc discedens Christus reliquit. Pax et res et nomen dulce, quam et Dei esse accepimus, juxta illud ad Philip. IV, 7: *Pax Dei.* — Et ejus esse Deum, juxta illud II Cor. XIII, 11: *Deus pacis.* — Et ipsam esse Deum, juxta illud Ephes. II, 14: *Ipse pax nostra.* — Pax bonum commendatum ab omnibus, observatum autem a paucis. Quæ autem est causa? Fortassis ambitio dominii vel facultatum, aut livor, aut odium, aut contemptus, aut aliquid hujusmodi ex his quæ Dei ignaros videmus incurrere. Dei quippe præcipue pax est, quæ confœderat omnia; cujus nihil est adeo proprium sicut unitas naturæ et pacificus status. Transsumitur vero ab angelis et divinis potestatibus, quæ ad Deum, et ad invicem pacifice se habent; diffunditur vero per totam creaturam, cujus est decor tranquillitas: in nobis autem manet secundum animam quidem per investigationem virtutum et communicationem, secundum corpus vero in membrorum et elementorum commensuratione, quorum alterum pulchritudo, alterum sanitas appellatur. »

Digitized by Google

mento depositum, qui et renes et cor introspicit, quemque nihil nostrarum rerum latet. Argumentum itaque præsentiæ suæ vult hoc esse, quod illorum fluctuantes mentes cognoscit. Tum, ut etiam aliter se vicisse mortem confirmet, atque humanam exuisse in se primo corruptionem, manus ostendit atque pedes, et clavorum foramina, atque ut tangant hortatur omnimodisque sibi persuadeant illud quod passum fuerat corpus, nunc resurrexisse. Nemo itaque resurrectionem calumnietur. Et quamvis audias in sacris Litteris dici : « Seminatur corpus animale, surgit corpus spiritale [55], » ne idcireo neges humanorum corporum ad incorruptibilitatem reditum. Nam sicut animale est quod animalibus seu carnalibus cupiditatibus deditum est atque subjectum, ita spiritale est quod sancti Spiritus voluntatibus obsequitur. Nam post resurrectionem a mortuis, haud ulterius carnalium affectuum tempus erit, sed iners omnino futurus est peccati stimulus. Ipsum illud itaque quod in pulverem abierat, immortalitate vestietur.

Ut ergo manifeste hoc discipuli cognoscerent, nempe illum esse, qui passus sepultusque, mox resurrexerat, ostendit, ut jam dixi, pedes manusque. Quodque haudquaquam, ut ipsi putabant, spiritus esset, sed verum corpus, ut sibi persuadeant mandat dicens : « Quia spiritus carnem et ossa non habet, sicut me videtis habere. » Umbra enim et spiritus et omnino phantasma, manus tactum sustinere nequiret. — Ergo, sicuti diximus, manus ostendens ac pedes discipulis Dominus, persuasit illis passum corpus resurrexisse. Atque ut insuper magis adhuc firmam in iis efficeret hac de re fidem, postulavit edule aliquid. Oblata autem piscis assi parte, sumptam spectantibus ipsis comedit. Id autem haud ob aliam causam fecit, nisi ut manifeste demonstraret, eumdem se esse qui resurrexerat a mortuis, et qui antea toto **443** incarnationis tempore cum eis manducaverat ac biberat, unaque cum illis, juxta prophetæ dictum [56], fuerat conversatus : atque ut cognoscerent, corpus quidem humanum alimonia hujusmodi egere, spiritum non item. Quis ergo, si modo fidelis esse velit et sanctorum evangelistarum testimonium absque hæsitatione admittere, hæreticas fabulas adhuc audiat, vel phantasiastas toleret? Vincit enim humanam inquisitionem et consuetarum nobis rerum rationem potentia Christi. Comedit piscis partem, resurrectionis suæ tempore; neque tamen quod hic consequi solet, in Christo consecutum est, ut incredulus aliquis cavillabitur, sciens ea quæ per os intrant, prorsus etiam exire atque in secessum emitti [57]. Id tamen fidelis quivis in mentem suam non admittet, sed Dei potentiæ rem permittet.

νατον καὶ τεθειμένον ἐν μνημείῳ, ὃς καὶ νεφροὺς ὁρᾷ καὶ καρδίαν, καὶ οὐκ ἂν αὐτὸν λάθοι τῶν ἐν ἡμῖν οὐδέν. Σημεῖον οὖν ἄρα ποιεῖται τὸ χρῆμα, τὸ εἰδέναι φημὶ τὸν τῶν ἐν αὐτοῖς ἐννοιῶν θόρυβον. Πιστούμενος δὲ καὶ ἑτέρως, ὅτι καὶ νενίκηται θάνατος, καὶ ἀπεδύσατο τὴν φθορὰν ἡ ἀνθρώπου φύσις ὡς ἐν αὐτῷ καὶ πρώτῳ, δείκνυσι τὰς χεῖράς τε καὶ τοὺς πόδας, καὶ τὰς διατρήσεις τῶν ἥλων, καὶ ψηλαφᾶν ἐπιτρέπει καὶ πληροφορεῖσθαι διὰ τρόπου παντὸς, ὅτι τὸ πεπονθὸς, ὡς ἔφην, ἐγήγερται σῶμα. Οὐκοῦν συκοφαντείτω μηδεὶς τὴν ἀνάστασιν. Κἂν ἀκούσῃς τοῦ ἱεροῦ Γράμματος λέγοντος περὶ τοῦ ἀνθρωπίνου σώματος· « Σπείρεται σῶμα ψυχικὸν, ἐγείρεται σῶμα πνευματικὸν, » μὴ ἀνέλῃς τῶν ἀνθρωπίνων σωμάτων τὴν εἰς ἀφθαρσίαν ἀναδρομήν. Ὥσπερ γὰρ ψυχικόν ἐστι τὸ ταῖς ψυχικαῖς ἡγοῦν σαρκικαῖς ἐπιθυμίαις ἀκολουθοῦν καὶ ὑπεζευγμένον, οὕτω καὶ πνευματικὸν τὸ τοῖς τοῦ ἁγίου Πνεύματος θελήμασιν ὑποκείμενον. Μετὰ γὰρ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν, οὐκ ἔστιν ἔτι φιλοσαρκίας καιρὸς, ἀλλ' ἀπρακτήσει παντελῶς τῆς ἁμαρτίας τὸ κέντρον. Αὐτὸ μέν τοι τὸ κατενεχθὲν εἰς τὴν γῆν, τὴν ἀφθαρσίαν ἐνδύσεται.

(A f. 318, B f. 224, C f. 117 b) Ἵνα τοίνυν αὐτὸ τοῦτο εἰδεῖεν σαφῶς οἱ μαθηταὶ, ὅτι αὐτὸς ἐκεῖνός ἐστιν ὁ παθὼν καὶ ταφεὶς καὶ ἀναστὰς, δείκνυσιν, ὡς ἔφην, πόδας τε καὶ χεῖρας. Καὶ ὅτι μὴ καθάπερ φοντο πνεῦμα μᾶλλόν ἐστιν, ἀλλὰ σῶμα κατὰ τὸ ἀληθὲς, πληροφορεῖσθαι προστάττει λέγων· « Καὶ βλέπετε ὅτι πνεῦμα σάρκα καὶ ὀστέα οὐκ ἔχει, καθὼς ἐμὲ θεωρεῖτε ἔχοντα. » Σκιὰ γὰρ καὶ πνεῦμα καὶ δόκησις ἁπλῶς, οὐκ ἂν ὑπομείνῃ τὴν χειρὸς ἁφήν. — (A f. 319, B f. 224, C f. 117 b) Ἀλλ' ὅπερ ἐλέγομεν, δείξας τὰς χεῖρας καὶ τοὺς πόδας τοῖς μαθηταῖς ὁ Κύριος, ἐπληροφόρησεν αὐτοὺς, ὅτι τὸ παθὸν ἀνέστη σῶμα· ἵνα δὲ πρὸς τούτοις καὶ ἔτι μειζόνως ἱδρυμένην αὐτοῖς ἐργάσηται τὴν ἐπὶ τούτῳ πίστιν, ᾔτησέ τι τῶν ἐδωδίμων· ὀπτοῦ δὲ ἰχθύος μέρος ἦν. Καὶ λαβὼν, κατεδήδοκεν ὁρώντων αὐτῶν· τοῦτο γὰρ δι' οὐδὲν ἕτερον ἔπραξεν, ἢ ἵνα δείξῃ σαφῶς ὡς αὐτός ἐστιν ἀναστὰς ἐκ νεκρῶν, ὁ καὶ πρὸ τούτου καὶ παρὰ πάντα τὸν καιρὸν τῆς οἰκονομίας συνεσθίων καὶ συμπίνων αὐτοῖς καὶ συναναστρεφόμενος ἀνθρωπίνως κατὰ τὴν τοῦ προφήτου φωνήν. Ἵν' οὖν εἰδεῖεν ὅτι σῶμα μὲν τὸ ἀνθρώπινον, δέοιτ' ἂν τῆς τοιᾶσδε τροφῆς, πνεῦμα δὲ οὐκέτι. Τίς οὖν ἀξιῶν πιστὸς εἶναι, καὶ τῶν ἁγίων εὐαγγελιστῶν τὴν μαρτυρίαν ἀναμφιβόλως δεχόμενος, ἔτι πλασμάτων ἀκούσειεν αἱρετικῶν, ἔτι δοκησισόφων ἀνάσχοιτο; Νικᾷ γὰρ ἀνθρωπίνην ἐξέτασιν, καὶ τὴν ἐκ τῶν συνήθων πραγμάτων ἔννοιαν, ἡ τοῦ Χριστοῦ δύναμις. Ἔφαγεν ἰχθύος μέρος, διὰ τὴν ἀνάστασιν· καὶ τὸ τῇ βρώσει ἀκολουθοῦν, οὐκέτι ἐπὶ Χριστοῦ ἠκολούθησεν, ὅπερ ἄπιστος ἂν τις ἐπιζητοίη, εἰδὼς ὅτι τὰ εἰσιόντα εἰς τὸ στόμα, πάντως ἐκχωροῦσι καὶ εἰς ἀφεδρῶνα βάλλονται. Ἀλλ' οὐχ ὅ γε πιστὸς, εἰς ἔννοιαν τοιοῦτόν τι λήψεται, ἀλλὰ δυνάμει Θεοῦ δώσει τὸ πρᾶγμα (1).

[55] I Cor. xv, 44. [56] Baruch III, 38. [57] Matth. xv, 17.

(1) Videsis hac super re S. Basilii locum epistolæ a nobis editæ post Cyrilli commentarium in Psal-

Digitized by Google

*Τότε διήνοιξεν αὐτῶν τὸν νοῦν, τοῦ συνιέναι τὰς Γραφάς*, κ. τ. λ.

A f. 319 b) Ὅτε τὸν λογισμὸν αὐτῶν, δι' ὧν εἶπε, δι' ὧν ἐψηλαφήθη, δι' ὧν ἔφαγεν, εἰρήνευσε, τότε διήνοιξε τὸν νοῦν τοῦ συνιέναι ὅτι οὕτως ἔδει παθεῖν αὐτὸν, δῆλον δὲ ὅτι διὰ ξύλου σταυροῦ. Ἀποφέρει τοίνυν τοὺς μαθητὰς ὁ Κύριος, εἰς ἀνάμνησιν ὧν ἔφη. Προαπήγγειλε γὰρ αὐτοῖς τὰ ἐπὶ τῷ σταυρῷ πάθη, καθ' ἃ φθάσαντες ἔφασαν οἱ προφῆται. Ἀνοίγνυσι δὲ καὶ τοὺς τῆς καρδίας αὐτῶν ὀφθαλμοὺς, ὥστε συνιέναι τὰ πάλαι προειρημένα. — (A f. 320) Πνεύματος ἁγίου κάθοδον, ὃ διὰ Ἰωὴλ ὁ Θεὸς προεπηγγείλατο, τοῖς μαθηταῖς ὁ Σωτὴρ ἐπαγγέλλεται καὶ τὴν ἐξ ὕψους δύναμιν, ἵν' εἶεν εὐσθενεῖς καὶ ἀκαταγώνιστοι, καὶ δίχα παντὸς δέους διακηρύξειαν τοῖς ἁπανταχοῦ τὸ θεῖον μυστήριον. — (D f. 83) Λαβοῦσι B Πνεῦμα, λέγει· « Λάβετε Πνεῦμα ἅγιον, » μετὰ τὴν ἀνάστασιν· καὶ φησιν· « Ὑμεῖς δὲ καθίσατε εἰς Ἱεροσόλυμα, καὶ παραμείνατε τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ Πατρὸς, ἣν ἠκούσατέ μου· ὅτι Ἰωάννης μὲν ἐβάπτισεν ὕδατι, ὑμεῖς δὲ βαπτισθήσεσθε ἐν Πνεύματι ἁγίῳ· » οὐκέτι ὕδατι, ἔλαβον γὰρ, ἀλλὰ Πνεύματι ἁγίῳ· οὐκ ἐπεισάγει ὕδωρ τῷ ὕδατι, ἀλλὰ ἀναπληροῖ τὸ λεῖπον τῷ λειπομένῳ. — (B f. 226, C f. 159 b, G f. 119 b) Εὐλογήσας αὐτοὺς καὶ βραχὺ προελθὼν, ἀνεφέρετο εἰς τὸν οὐρανὸν, ἵνα σύνεδρος ᾖ τῷ Πατρὶ καὶ μετὰ τῆς ἑνωθείσης αὐτῷ σαρκός. Καὶ ταύτην ἡμῖν ἐνεκαίνισε τὴν ὁδὸν ἐν ἀνθρωπείᾳ μορφῇ γεγονὼς ὁ Λόγος. Ἥξει δὲ πάλιν κατὰ καιροὺς ἐν τῇ δόξῃ τοῦ Πατρὸς αὐτοῦ, μετὰ τῶν ἀγγέλων, καὶ παραλήψεται ἡμᾶς μεθ' ἑαυτοῦ. Δοξολογήσωμεν τοίνυν C αὐτὸν τὸν ἐνανθρωπήσαντα δι' ἡμᾶς Θεὸν Λόγον, τὸν ἑκουσίως παθόντα σαρκὶ, καὶ ἀναστάντα ἐκ νεκρῶν, καὶ λύσαντα τὴν φθοράν. Τὸν ἀναληφθέντα, καὶ μετὰ τοῦτο ἥξοντα μετὰ δόξης πολλῆς ἐπὶ τὸ κρῖναι ζῶντας καὶ νεκροὺς, καὶ ἀποδοῦναι ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ. Δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ καὶ Θεῷ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος σὺν Πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

V. 45-51. *Tunc aperuit illis mentem ut intelligerent Scripturas*, etc.

Postquam cogitationes illorum per verba sua, per tactum, per esum, sedavit; tunc aperuit illis mentem ad intelligendum, sic se oportuisse pati, id est, in crucis ligno. Revocat itaque discipulis in memoriam Dominus ea quæ dixerat. Prænuntiaverat enim ipsis suam in cruce passionem, sicut antea jam prophetæ dixerant. Reserat ipsis etiam cordis oculos, ut prisca vaticinia intelligant. — Spiritus sancti descensum, prout per Joelem Deus prænuntiaverat [48], promittit discipulis Servator, virtutemque ex alto, ut fortes fierent ac insuperabiles, et absque ullo metu ubique terrarum mysterium prædicarent. — Spiritum recepturis ait : « Accipite Spiritum sanctum [49], » nempe post resurrectionem; aitque : « Vos autem, sedete Hierosolymis, et Patris promissionem expectate, quam ex me audistis [50]. Quia Joannes quidem baptizavit 444 aqua; vos autem baptizabimini Spiritu sancto [51]; » haud, inquam, aqua, id enim jam actum fuerat, sed Spiritu sancto. Non addit aquæ aquam; sed quod deerat indigenti supplet. — Cum iis benedixisset, et paululum esset progressus, ferebatur in cœlum, ut cum unita etiam sibi carne Patri consessor fieret. Atque hanc nobis viam renovavit postquam humanam formam Verbum assumpsit. Redibit autem statuto tempore cum Patris sui gloria, et cum angelis, atque ad se nos recipiet. Glorificemus itaque eumdem qui propter nos est humanatus Deus Verbum, qui sponte carne passus est, resurrexit a mortuis, et corruptionem exterminavit; qui assumptus est, et postea reversurus cum gloria multa ad judicandos vivos ac mortuos et unicuique secundum opera sua retribuendum. Per quem et cum quo Patri Deo gloria ac potentia cum Spiritu in sæcula sæculorum. Amen.

*Cyrillus, homilia XXVIII in Lucam* (1).

Etiamsi igitur suamet natura Deus est, nihilominus factus homo, dicitur nomen accepisse a Patre quod est super omne nomen, ut et Deus crederetur et omnium rex simul cum carne cui se copulavit. Passus autem nostri causa crucis supplicium, et morte in suo corpore per resurrectionem destructa, ascendit ad Patrem.

*Idem Cyrillus, homilia XLV.*

Solius propria est excelsæ naturæ suscitandi mortuos facultas; sola hæc possidet immortalitatem : ab ipsa vero quicunque ab inferis revocantur, motum vitamque mutuantur.

[48] Joel II, 28. [49] Joan. XX, 22. [50] Luc. XXIV, 49; Act. I, 4. [51] Act. I, 5.

mos (*a*); multoque magis Athanasii Corinthi archiepiscopi fragmentum quod dedimus in nostro volumine X, AA. class., p. 499-500. Eadem de re scribit etiam anonymus quidam in cod. G. f. 118, iisdem prope ac Cyrillus verbis.

(1) Ex Severi libris adversus Julianum Halicarnassensem (cod. Vat. Syriac.) ap. Maium, *Bibl. nov. Patr.*, *II*, 456.

(*a*) Inter Opp. S. Basilii, nostræ editionis tom. IV, epist. 366, *Ad Urbicium*. EDIT. PATR.

Digitized by Google

# INDEX RERUM ET VERBORUM

QUÆ

## IN CYRILLI COMMENTARIIS IN DUODECIM PROPHETAS MINORES INVENIUNTUR.

*Revocatur Lector ad numeros typis crassioribus expressos.*


A

Aaron thuribulo accepto et imposito thymiamate, stetit inter mortuos et vivos, et cessavit plaga, 71. Ad præmonstrandum Emmanuelem delectus, 366. Summi sacerdotii circumdatus ornamentis, et in Sancta sanctorum ingrediens, 366. Cum Maria de Mose detraxit, 366. Israelitis in solitudine vitulum conflavit, 366. A Deo delectus inter se et homines sequester, 446.

Abdias propheta eodem sæculo quo Joel vaticinatus, 334.

Abraham et posteri ejus Deo placuerunt, 28. Servierunt Deo viventi et vero, 16. Justitiæ cultores, 16. In fide immobiles, 16.

Abraham sacrificaturus Deo filium suum Isaac colligavit, 138. Abraham dixit ad Lot : *Ne sit jurgium inter me et te, et inter pastores meos ac pastores tuos, quia fratres sumus*, 259.

Achab rex Israel metuit Ader regem Syriæ, 14. Pepercit illi, quem Deus perdi jusserat, 14. Pro anima ejus ipse traditus est, 14. Conjugem habuit Jezabel, 18. Affectat vineam Naboth, 18. Infando dæmonum cultui addictus, 18. Ab Jehu cum filiis et Jezabele occisus, 18. Figura ducum Israel, 121. Regnavit super Samaria et Israel, 249. Domum eburneam sibi excitavit, 286. Convocat quadringentos pseudoprophetas, eosque consulit, 296. Jussit duci Michæam prophetam in carcerem; mutat ornatum regium, 286. Casu inter cervicem et humeros sagitta sauciatus, occidente sole, ex vulnere mortuus est, 286.

Achar de anathemate pretiosiora furatus, 47. Furti compertus, et peccatum confessus, 47. Lapidatus cum omnibus quæ habebat, 47. Exponitur distortio seu perversio, 47.

Achaz rex Hierosolymorum impius et idololatra, 8. Filium suum per ignem transfert, 8. Novum altare construit, 9.

Achaz filius Joatham, 92. Per legatos numerata pecunia Teglatphalasar ad sibi opitulandum impellit, 92 et 135. Regnavit super Judam, 181. Ambulavit in via regum Israel, 181. Adolevit incensum in excelsis, 181. Transtulit filium suum per ignem, 181. Pecunia Teglatphalasar Assyrium conduxit, 256 et 391. Bello diuturniore hostem reprimere nequit, 256 et 391. Flagitiosus, et exosus, et ob impietatem summa laborans infamia, 457. Traditus a Domino in manus regis Syriæ, et in manus regis Israel, 457. Improbus et apostata, suorumque liberorum interfector, 458.

Adam in principio hominis naturam maledicto obnoxiam reddidit, 98 Spirituali gratia prophetiæ non carebat, priusquam divinum mandatum transgrederetur, 227. Naturæ bonis præstans et insignis, 227.

Adama, urbs Sodomitica, igne cœlesti absumpta, 163.

Adamas nulla vi rumpi aut domari potest, 325. Ignis vigorem contemnere suetus, 325.

Ader rex Syriæ contra Israelitas expeditionem suscepit, 14. Tradidit illum Deus in manus Achab regis Israel, 14. Pepercit illi Achab, contra Dei mandatum, 14. Vincit tribus Israel, 19. Urbes Samariæ quamplurimas evertit, 19.

Adolescentuli sive impuberes in idolorum delubris degentes, 339.

Adrianus Judæorum nationem bello lacessit, 350.

Ægyptii puniti aquis in sanguinem, et cinere seu pulvere in ciniphes commutatis, 23. Apim seu vitulum pro Deo colunt, 81. A Babyloniis triumphati perierunt, 129. Equites sagittarii sive equestris militiæ guari, mercede conducti, 191. Ægyptus punita, regno a Cambyse Cyri filio subacto, 244. Ad occidentalem Judæam respicit, 322. Regio pinguis et frumentifera, 401. Vastata a Sennacherib, 401.

Æmath, duæ urbes in regno Damasceno, ad orientem spectantes, 312. Alia latior et major, alia minor, 312. Æmath Raba, id est, major et latior, 312 Nunc Antiochia dicitur, 312, 322. Æmath minor et angustior, vicina et confinis, Epiphania Antiochi, 322, 323.

Agag rex Amalecitarum in Israelitas nefanda molitus, 13. Divina auctoritate damnatus, 13. A Samuele occisus, 13.

Ageb sonat Austrum, 361.

Aggæus propheta, 232.

Agni duo quotidie immolati in sancto tabernaculo, 220.

Agrostis, nascitur in agris, inaratis præsertim et desertis, terram obviam et vicinam corripiens, 144.

Altare novum a rege Achaz exstructum, 9. Unum victimarum in primo seu exteriore tabernaculo, alterum thymiamatis aureum in secundo et intimo tabernaculo, 210. Vitulorum, 341.

